Universidad de Deusto
Biblioteca

1545

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 94.

Est. 13.

Plut. 4.

I. H. S.

Siglo 15 ........ Año 1545 Andr...

Commentaria et Praelectiones in Decretales. Apud ...

...Lugduni ... 1545. (Archivo de


Archivo de Loyola

Estante ..........

Plúteo ..........

Universidad de Deusto
Biblioteca

I. H. S. ~~7-A-22.~~

Andrea ab Exea Commentaria et Prælectiones in Decretales. Apud Seb. Gryphium Lugduni.

**Año** 1545.

(Archivo de Loyola).

Vitrina $\frac{C}{5}$ S
3-A-A-13

# ANDREAE AB EXEA I. V. DOCTORIS,

& interpretis in Academia Valentina longè clariſsimi, in titulum de Conſtitutionibus, libro primo eius tomi, quem Decretales uocant, Commentaria & Prælectiones.

*In quibus certè, candidè Lector, autoris ſubtilitatẽ, ac efficaciſsima epicheremata, allegationum copiam, &, ut omnia dicã, encyclopædiã quãdam miraberis. Dum arduos iuris utriuſq; nodos multijuga diſputatione diſſoluit, ſententias ſuas non aliorũ modò pontificiæ, ac Cæſareæ ſcientiarũ interpretum: uerùm etiam Oratorum, Poëtarum, ac Philoſophorũ autoritate cõfirmauit, exornauitq́;. Et (quod omnium maximũ eſſe puto) uerã conſtitutionum eccleſiaſticarũ interpretationem ex penitioribus priſcorum patrum dogmate, ac ſacroſanctis generalibus concilijs elicuit. Quò fit, ut nihil protinus addubitem, quin hæc commentaria ingenium tuum exacuant, animum reficiant, deniq; conſcientiam tuam informent, ſententiarum ſcilicet maturitate, ſinceritate, ac fide.*

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1545.

Universidad de Deusto
Biblioteca
BIBLIOTHECA ONNIENSIS SOCIETATIS IESV
SAN

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTHECA COLLEGII LOIOLAE SOCIETATIS JESU

# AD ILLVSTREM

PRINCIPEM, SACROSANctumq́ꝫ Antiſtitem, ac Cardinalem, in omni laudum genere eminentiſsimũ, Franciſcum à Turnone, comitẽ Roſsi honis, nobiliſsimamq́ꝫ, ue[illegible]ſtiſsimã, & omni præconio digniſsimam T[illegible]noniorũ familiam Andreæ ab Exea, Iuris ut[illegible]uſq́ꝫ doctoris, & interpretis, in eius ſuper titulum de Conſtitutionibus commentaria, Præfatio.

*CV'M ex Montepeſſulo (ubi ſeptennium publicis conductus ſtipendijs Iuri ciuili interpretando operam nauaui) in Valentiam natale ſolum, tũ ſuaſu parentum, tum dulci patriæ amore illectus, tum uerò etiam academiæ Valentinæ ſanè alumnæ meæ impulſu remigraſſem, et ad utriuſq; iuris interpretationes quoto quoque die in eadem prælegendas aſſumerer, hic titulus in primo Decretalium libro à me ex ſcholarium uoto ſuſceptus eſt. Quĕ cùm interpretarer, nullus certè alius mihi occurrit, cui me has meas elucubratiões debere agnoſcerem quàm tu. Cui in primis, & generoſæ Turnoniorũ familiæ, Bernardinus ab Exea, quõdam pater meus, omne ſtudium ſuum, omnem curam, ſollicitudinem, & quicquid in eo erat, miro quodam ardore nunquam non ſyncerè deuouit. Quod ipſum te ſacroſanctum Antiſtitem memoria conſeruaſſe, tùm maximè perſpectum habui, cùm in Lucenaij oppidulo, tunc aulæ Regiæ ſtatiua, Arnaldus Ferrerius Iureconſultus optimus, & in omni dicendi genere or*

Universidad de Deusto Biblioteca

natißimus, & ego te coram de librorum multitudine, &
pleriſq; alijs, ad Canonum, & Legum ſcientiam pertinen
tibus, loqueremur. Quo tempore nobis ipſis loquentibus
erectis auribus incredibilem attentionem præbuiſti, noſq;
tuarum uirtutum ſplendore facilè obrutos dici non po-
teſt, quàm miti, ac blando, quàm humano, placidoq; uultu,
quàm magnifica, planeq; heroica maieſtate quadam ſuble
uaſti, noſtros ſermones opinione tua concluſiſti, & addi-
diſti, te patrem meum aliquando cognouiſſe. Equidem me-
moria repeto ſingularem illam beneuolentiam, humanita
tem, & amicitiam, quā illi Gaſpar, & Iuſtus, fratres tui,
præſtiterunt. Dùm alter Valentinenſis, ac Dienſis eccle-
ſiarum pontifex, dominicum gregem intra orthodoxæ fi-
dei limites iugi uigilantia, & uitæ uexillo inculpatæ non
ſolùm contineret, uerùmetiam perennis philoſophiæ bal-
ſamo conſoueret enutriretq; : alter Turnonicarū terrarū
dominus, & ut uulgò dicitur, Baro ut erat miles ſtrenuus,
& ad hoſtes dimicandos in bello ferocißimus, ſic extra bel
lum mitis, & clemens hoc admirandæ manſuetudinis uelu
ti magnete uinculo omniū animos ad ſe traheret. Id quod
dum in Narbonenſi prouincia tam iuſtè proregem age-
ret, quàm iuſtus erat, & omnibus uirtutum titulis adorna
tus, Hieronymus ab Exea frater meus patruelis doctrinæ
ſingularis, totuſq; ni fallor Mineruæ conſecratus dum ui-
ueret, etiam etiamq; expertus eſt. Qui ut primùm totius
Turnonicæ domus uirtutem in uno Iuſto cognouit, ut ge-
nus, ut originem, è cœlo, quod aiunt, accerſiuit, ut Exeanā
quantulancunque familiam Turnonicæ nuncupatam in-
tellexit, mox totus Turnonius factus eſt, totuſq; ex Tur-
none Iuſto (ut de magnete Platonis anuli ferrei) pepēdit.
Sed ecquid aliud eſt quod Phaonem Veneris beneficio è
ſene



ſene in adoleſcentē reuocatum poëtæ fabulantur? quàm ut
Iuſtum fratrem tuum ætate ſenem, meritiſq; grauem in
Carolum, Iacobū & alterum Iuſtum tres eius filios Dei
opt. max. beneficio reuocatum ſuo ſe cinere, phœnicis in-
ſtar, rediuiuum præſtitiſſe intelligamus. Quid aliud eſſe
credimus Platonis illam pluriumq; philoſophorum Adra
ſtiam, qua morientiū animas in aliena corpora redire ar-
bitrati ſunt, bene actorum prœmia conſequuturas, aut ſce
lerum ſuorum pænas etiam non luituras? niſi quam oculo
rum caligine haud quaquam intueri poterant, diuinam il
lam iuſtitiam liberorum procreationi ſuos quoq; effectus,
quos Græci apotheleſmata uocant, miniſtrantem, & ſub-
inde conſpurcatis hominibus obſcuros ſucceſſores relin-
quentem: uirtutum autem indolem, & igniculos per gra-
dus gentilitios fauſtaq; natalitiorū ſydera traducentem,
& erigentem. Ecquis tam cæcus eſt, qui Iuſtum fratrem
tuum, quem militiæ decora, & ardēs euexit ad æthera uir
tus, præſentißimum eſſe, ſuæq; propaginis acceßione Tro
adum originem, & ſtemmata eò amplius illuſtrari non iu-
dicet? Dùm Carolum Viuarienſis, Iacobum item Valenti
nenſis ac Dienſis eccleſiarum præſulatus opidò quàm ſe-
dula, pia & in Chriſtum optimum maximum feruenti re-
ligionis obſeruantia gerere circonſpicit: dum Iuſtum no-
bili, & ſplendido coniugio renidentem Turnonicarum
terrarum gubernacula incorruptißimè, innocentißimeq;
moderari ſuſpicit: dùm in hac nobilißima, excelſaq; per-
ſonarum triada τὴν φιλομουσίαν acerrimum ingenium, &
in rempublicam literariam propenſum, coherentiū omniū
undecunque uirtutum conſenſum elucere, & ſacrorum
prophanorumq; rituum nexibus, Muſarum omnium orga
na canoro ſonitu dulcem harmoniæ concentum reſonare


etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

*etiam lippis(quod aiunt)ac tonſoribus notum eſt,atq; manifeſtum. At quando te, ſacroſanctæ Antiſtes, ac fratres tuos pater meus tanto feruore adamauit, tanta ueneratione coluit, tum ſolicitè iugiterq́; obſeruauit, uihil ut magis in uotis haberet, quàm ut omni ope, omnibus officijs, obſequisq́; Turnoniorum cælebraret auſpicia, laudes & encomia referaret: ingratus certè, ne impius dicam, iudicandus eſſem, ſi te uirtutum omnium aſylum, & unicum ueræ probitatis exemplar, cum illuſtri Iuſti fratris tui prole, quodam uelut hæreditario amore in me deriuato, non proſequerer. Et quemadmodum Turnoniorum familiæ ſe totum pater ipſe meus dedicabat, utiq; meipſum, & quicquid in peculio eſſet meo nõ deuouerẽ. Addo quòd cùm pleraq; de Conſtitutionum uinculo, de legum inſtituendarum forma & ſerie, de Pontifficatus maximi reuerentia & maieſtate, de his quæ ius dicturum maximè decent, quæ'ue ad rempublicam eccleſiaſticam ſanctius adminiſtrandam pertinent, tum ex reliquis utriuſq; iuris commentarijs, tum ex multis Oratorum, Philoſophorum & ſacroſancto Theoſophiæ interpretum ſententijs, tum uerò etiam ex reconditioribus eccleſiaſticarum inſtitutionum ſyngraphis collecta, in hæc commentaria redegerim: nihil ueritus ſum ne temeritatis et audaciæ nota inurerer, ſi rudes adhuc, incultas, & uixdũ dedolatas has meas prælectiones, ex plurium diſciplinarũ acroamatis, ueluti membris ſuis ut cunq; compactas, tibi quoq; dedicem, aut etiam in manu porrigam. Qui totus arcanorũ diuinæ, ac humanæ hierarchiæ dux & miniſter es, ſubindeq́; leges, iudicia, & quicquid ad orthodoxæ fidei culmẽ, ad rempublicã gerendam, deniq; ad encyclopædiam illam omnium diſciplinarum conſulis abſolutam attinet penitiſsimè calles.*



# ANDREAE AB EXEA, I. V. DOCTORIS, ET *interpretis in academia Valentina clariſsimi, prælectiones aliquot in primum Decretalium librum, Et primò ſequitur Rub. de Conſtit.*

*

CIRCA iſtam Rubricam Anto. de Butr. & Pet. de Anch. Imol. & Barba. hic in primis uerbis circa primam continuationẽ Rubricæ ponunt multa uerba, quæ tandem Decius hic reaſſumit. Et ex illis infert ad cognitionem cauſæ, quare neceſſarium fuerit quòd papa faceret has conſtitutiones. Quia
uidebatur dicendum, leges eſſe ſuperfluas: Cùm 1
ſufficiat lex euangelica, de qua ad Galat. 5. Omnis enim lex uno ſermone impletur, Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum. Et hæc fuit ratio, quam refert
Neuizanus in diſputatione, An multitudo libro- 2
rum ſit neceſſaria: ubi allegat Martinum Lutherũ, Theologorum & Canoniſtarum inimicum. Pro
quo facit, quod inquit Theophilactus ſuper Ioan. 3
cap. 11. Eccleſia, inquit, ex gentibus non multis opus habet mandatis, ſed paucis, in quibus tota
lex & prophetæ pendent, Refert etiam Diogenes 4

Universidad de De[...] Biblioteca

Laertius in uita Ariſtippi, Ariſtippum aliquando
interrogatũ, Quid habent eximium Philoſophi?
4 reſpondiſſe, Si omnes leges intereant æquabiliter
uiuemus. Verùm ad hoc argumentum reſpon-
detur, prout reſpondet Hieronymus ſuper dicta
5 epiſtola Pauli, Verum eſſe, quod*bonis ſufficerẽt
illa duo pręcepta, Diliges dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, &c. Et, Diliges proximũ tuum
ſicut te ipſum. Quia ſi per charitatem in me ope-
rantẽ uel fecero aliјs, uel uoluero, quæ uellem aliј
6 mihi faciant, omnis lex impleta eſt. Nec difficile
eſt, inquit, docere, quomodo uniuerſa præcepta,
Non occides: Non furtum facies: Non adultera-
bis: Non falſum teſtimonium dices: & cætera his
ſimilia, una charitatis obſeruatione teneantur. Vi-
7 de pulchrum exemplum de duobus ſanctis, inter
quos non potuit eſſe controuerſia, quod refert Hie
rony. In ſecunda parte libri, qui, Vitas patrum, in-
ſcribitur: titulo, De charitate: circa finem: Duo, in-
quit, ſenes multis annis cõuerſati ſunt, & nunquã
inter ſe litem habuerunt. Dixit autem unus alte-
ri, Faciamus & nos unam litem, ſicut homines fa-
ciunt. Ille reſpondit fratri, dicens: Neſcio qualiter
lis fiat. Et ille dixit ei: Ecce pono in medio latercu-
lum: & ego dico, Meum eſt hoc. Tu autem dicis:
Non, ſed meum. Et ille reſpondit: Etiam tuum eſt:
tolle, & uade. Et diſceſſerunt, nec contendere inter
ſe potueruut. Hæc Hierony. In loco præallegato.
8 Plutarchus*etiam in libro de uirtute morum, pa-
gina quinta, confirmat ſententiam Xenocratis di-
centis: Quòd uerè philoſophantes ſponte agunt,
quæ



quæ cæteri metu legis facere ſolent inuiti, tanquã
uerberibus canes, ac ſtrepitu muſtelæ, à uolupta-
tibus reuerſi formidine ſuppliciorũ Græcos quo-
que hinc laudat Iſocrates in Panegerico, quòd le-
ges, quæ de ſingulorum dierum actionibus exqui
ſitæ magis, quàm quæ de ſuo quæſtu ſancitæ fo-
rent, obſeruabant: ut pote qui noſſent, Honeſtis 9
& bonis ciuibus nihil opus eſſe multis legum ta-
bulis: Sed eos paucis conſtitutionibus, tam de pu
blicis, quàm priuatis facilè ad unanimitatẽ, & pa-
cem perductũ iri. Et Ageſilaus interrogatus, utra
uirtus melior eſſet, Fortitudo, an Iuſtitia? reſpon- 10
dit, Nobis non eſſe neceſſariam Fortitudinẽ, mo-
dò iuſti eſſe uellent. Facit etiã, quia leges non ſunt 11
factæ propter iuſtos, ut not. glo. in uerbo libertas,
in c. ad noſtram. de hæreti. Panor. in c. ſolitæ. in 8.
notab. de maior. & obed. in c. licet. in iij. notab. de
Regular. Quia iuſtis ratio uitæ ſuæ lex eſt, ut ait 12
Xiſtus Pythagoricus in ſuo enchiridio. Et Hiero-
ny. ſuper Paulum ad Galat. v. Ei autẽ, inquit, qui 13
ſpiritu uiuens opera carnis mortificauit, & à ſal-
uatore dilectus, nequaquam ſeruus, ſed amicus uo
catur, non eſt ultra lex poſita, quæ impijs, & pecca
toribus, & non ſubiectis & nepharijs conſtituta
eſt. Hęc ille. Et Plato dialogo ix. de legibus, pag. 8.
Profecto, inquit, ſi quis hominum diuinæ ſortis fa
uore ea natura præditus eſſet, ut agnoſceret publi
cum bonum, ad idq; generosè, ac ſemper intende-
ret, nullis legibus ſibi dominaturis egeret. Quoniã
nulla lex nullus ordo ſcientia melior præſtatiorq;
habetur: nec fas eſt mentem alicui ſubijci atq; ſer-

 uire,

Universidad de Deusto Biblioteca

uiure, ſed potius ſi uera liberaq́; ſit omnibus domi-
nari. Idem in terminis noſtris,quòd bonis lex nõ
ſit poſita,concludit Cald.in proœmio Decretaliũ,
col.22.uerſic,adhuc oppono.in paruo uol.Hinc di
cimus, quòd qui ſpiritu Dei ducuntur, non ſunt
ſub lege, ut inquit Paulus ad Corinth. 11. bonus
tex.in l.ſenium.C.qui teſt.fac.poſſ. Maria.Socinus
in tractatu de oblat.lib.9.in 5. quæſt. ante finem.
Spec.in tit.de ſta.mona.§.j.uerſicu.28.Egidius de
Mandelbertis in 3. diſput. incipiente: Quæritur,
utrum ſponſa col.3.uerſic. præterea mulier iſta.in
paruo uolu. Hinc etiam Diogenes Laërtius lib.v.
de uitis philoſophorum, in uita Ariſtotelis refert,
quòd cùm Ariſtoteles interrogatus à quodã eſſet,
14 quid ex philoſophia lucratus fuiſſet? Reſpondit,
Hoc lucratum ſe fuiſſe, ut iniuſſus ea faceret, quæ
cæteri per Legum metum faciunt.Et lib.6.de uitis
15 philoſophorum, in Antiſthenis uita refert,Anti-
ſthenem dixiſſe, Sapientem non ſecundum leges
conſtitutas uicturum,ſed iuxta uirtutis normam.
Alibi dicimus:Quòd qui ea quę Dei ſunt ſapiunt,
16 à domino ſapiuntur.c.qui ea.38.diſtinct. & Stoici
opera uirtutis naturaliter homini inſita eſſe dixe-
runt.Quapropter Zeno in lib.de natura hominis,
Finem (ait)conſentaneè ſecundũ naturam uiuere:
ut inquit Diogenes Laërtius lib.7.de uitis philoſo
phorum,in Zenonis uita.de quo plenè per Ludo.
Cælium lib.6.antiquarum lectionum c.10.Refert
etiam Diogenes Laërtius in Zenonis uita, Clean-
17 tem tenuiſſe,Ius & legem natura,non poſitione cõ
ſtare. Ideo nimirum, ſi forte iuſtis illa duo præce-

pta



pta ſufficerent. Quia tamen omnis ætas prona eſt 18
ad malum,ut habetur Geneſis VIII. c.in fi.& in c.
omnis ætas,22.quęſt.j. Et facilè innumeras uitiorũ
amplectitur artes,ſecundum Heſiodum, quem re-
fert Franciſcus Patricius libro 6.de regno.& regis
inſtit.tit.6.qua ratione Plin. ad Geminiũ lib.epiſt.
8.inquit,quòd qui uitia odit,homines odit. & Hie
rony.in 2.ſuper Zachariã hominem etiam in ma-
lam partẽ accepiſſe Marinus Berichemus in Col-
lectaneis ſuper primum Plinij Naturalis hiſtoriæ
librum,inquit.Et in omni actione noſtra officium 19
uno modo perficitur,pluribus autem modis ab eo
diſceditur. Et aſſecutio ſigni una & ſimplex eſt,
aberratio autem multiplex,ut inquit Plutar. in li-
bro de uirtute morum.pag.3. Et inquit Ioan. Ol-
dendorpius in libro uariarum lectionum, titu. de
Iure naturali, Ex Adæ lapſu adeò corruptã fuiſſe
naturã,ut uix igniculi remanerent,ex quibus tam
magnifica diuini & naturalis iuris bonitas agno-
ſci poſſet. Quodq́; obſcurata fuit ratio naturalis, 20
& extenuata,per inobedientiam primi parentis &
impoſturam ſatanæ. Et licet Diogenes cenſuerit,
hominem eſſe Deorum imaginem, ut Diogenes 21
Laërtius in Diogenis uita teſtatur. Pro quo facit
c.hæc imago.33.quæſt.5.Et tradit Ludouicus Cæ
lius in 2.lectionum antiquarum.c.17.Agrippa lib.
III. de occulta philoſophia cap.36. dixeritq́; ipſe
Diogenes,Deorũ eſſe proprium nullo egere:eorũ
uerò qui dijs ſimiles ſunt, quàm minimo tantùm 22
egere. Qua ratione plerique philoſophi herbis &
aqua tantùm frigida ueſcebantur:ut teſtatur idem

Diog

Universidad de Deusto Biblioteca

Diogenes Laërtius lib. 6. de uitis philoſophorum
in Menedemi uita. Multi tamē ſunt homines pra-
uitate inſignes millies fera nocentiores, ut Ariſto.
23 in 7. Moralium, inquit. Qua ratione homo homi-
ni plerunq; Lupus eſt, ut Cælius Rhodiginus ple-
nè probat lib. 9. lectionum antiquarum. c. 21. Hinc
24 dicimus Ἄνθρωπος ἀνθρώπου θεὸς, ἢ δαιμόνιον. hoc eſt,
Homo homini Deus, aut dęmonium. Et dicit Ari
ſtot. in 1. Politic. c. 2. Quòd ut perfectione ſuſcepta,
25 optimum cunctorum animalium eſt homo: ita ſi
alienus fiat à lege, & à iudicijs, peſsimum eſt o-
mnium animalium. Et Plato in Minoe, Bonum ui
rum Deo ſimilem & ſacratiſsimum omnium eſſe
dixit: cōtrà autem malum uirum omnium rerum
eſſe prophaniſsimum. Idem Plato dialogo VI. de
Legibus inquit, Hominem eſſe difficilem poſſeſsi-
26 onem. Et Mercurius Vipera in illo ſuo præclaro
opere de Diuini principatus maieſtate contra Ma
humetheos lib. IX. pag. 1. in fi. refert Ciceronem di-
centem, Quòd ut conſpiratione hominū, atq; con-
ſenſu, magnas utilitates adipiſcimur: ſic nulla tam
deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine
naſcatur. Et ſunt uerba Ciceronis lib. II. Officioꝝ
27 quod ultimum, Multa ſcilicet mala homini ab ho
mine cōtingere, perpulchrè Seneca teſtatus eſt lib.
XVII. epiſt. ad Lucilium, epiſtola 104. incipiente:
28 Quid iſta circunſpicis. Ideo iniuſtis illa duo præce
pta non ſufficerent. Quia ſemper Actor diceret,
quod tantundem uellet alij facere, quantum à reo
ſibi fieri uult. Et cōtrà, Reus ſemper diceret, quòd
tantundem nollet ſibi fieri, quantum actor ſibi ab
eo



eo præſtari uult: uelletq; tantum ſibi denegari,
quantum ipſe actori denegat: ut in ſimili dicit tex.
in l. ſolēnis. ff. de iu. ideo dicit Quintus Septimius
Tertull. in IIII. ſui Apologetici, in fi. quòd nulla
lex ſoli conſcientiam ſuæ iuſtitiæ debet. Auguſti-
nus etiam II. lib. de ciuit. Dei. c. 17. Reprobat Sallu
ſtium, de Romanis dicentem, quòd ius bonum nō
legibus magis, quàm natura uigebat. Pro quo fa-
cit quod Archelaus Athenienſis ſiue Mileſius aſſe 29
rebat, Iuſtum & turpe non natura conſtare, ſed le-
ge: ut teſtatur Diogenes Laërtius in eius uita. Et
hæc fuit ratio, propter quam proditæ fuerunt le-
ges. Quia lupi arcendi ſunt latratu canum, & ba- 30
culo paſtorum: ut dicit tex. In ſumma 43. diſtinct.
facit tex. in 4. diſtin. in princ. & c. factæ ſunt leges.
& in procemio huius libri. §. ſed effręnata. Ideo di 31
cimus, quòd pœna facit quem ſapientem: culpa ue
rò oſtendit quem inſipientem. Paris de Puteo in
tractatu de ſyndicatu, in uerbo iudices puras de-
bent habere. in fi. Et inquit Plato dialogo II. de Le
gib. quòd pœnis maligni uexantur, non quia pec-
cauerunt: nā quod factum eſt, infectum eſſe nō po-
teſt: ſed ut poſthac & peccatores ipſi, & qui puniri
iniquitates uiderūt, iniuſtitiam oderint, aut ſaltem
minus in ſimili uitio peccent. Eſt etiam uetus pro- 32
uerbiū, Bonas leges ex malis moribus ortas eſſe:
ut inquit Franc. Patricius lib. VIII. de Regno. tit. 6.
& Macrob. lib. III. Satur. c. 17. & dicam infrà. Prę-
clarè etiā, inquit, Ludouicus Cælius Rhodiginus 33
lib. 10. antiquarum lectionum. c. 9. uirtutum ele-
menta ab philoſophiæ ſtudioſis duo eſſe tradita,
Spem

Universidad de Deusto Biblioteca



Spem honorum:&,Pœnæ mecũ. Quod etiam iureconſultus uoluit in l.j.in fi.principij.ff.de iuſt. & iure, dum dicit, quòd leges metu pœnarum, & præmiorum exhortatione bonos efficere ſatagũt. Plura ad hoc allegat Io.Igneus in l.j.in princi.col. 45.alias eſt numero 91.ff.ad ſyla.ideo dicit tex.in c. quo iure.8.diſt. Tolle iura imperatorũ,& quis audet dicere, Mea eſt hæc uilla, meus eſt hic ſeruus, mea hæc domus? Apollonius quoq;, ut Philo-
34 ſtratus teſtis eſt,Legi,naturæq; homines ſeruire dixit: naturæ quidem ſponte,legi autem quandoq; inuitos. Hinc illud Ouidij:

*Principio nimium promptos ad bella Quirites*
*Placari placuit iure, Deumq; metu.*
*Inde datæ leges,ne fortior omnia poſſet,*
*Cœptaq; ſunt purè tradita ſacra coli.*

Hanc rationem aſsignant Goffredus,& Doct. hîc in ſecunda lectura: licet non ita examinent. Et pro hac ratione faciunt pulchra uerba Cornelij Taciti lib.III. Ea res,inquit,admonet,ut de principijs iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infi-
35 nitam, ac uarietatem legum peruentum ſit, altius diſſeram. Vetuſtiſsimi mortaliũ, nulla adhuc mala libidine,ſiue probro, ſcelere, eoq; ſine pœna aut coërcionibus agebãt:neq; pręmijs opus erat,cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur:& ubi nihil cõtra morem cuperent, nihil per metum uetabãtur. At poſtquam ex ui æqualitas,& pro modeſtia ac pudore,ambitio, & uis incidebat prouenire dominationes,multoſq; apud populos æternum manſere. Et reliqua ipſius Taciti uerba, quæ longum eſſet



eſſet hic inſerere. Hanc etiam rationem manifeſtè ſentit Cicero lib.III. Offic. ubi inter cætera dicit, 36
Maioribus noſtris aſtutos non placuiſſe:ſed aliter leges,aliter philoſophi tollunt aſtutias. Leges,quatenus manu tenere res poſſunt: Philoſophi,quatenus ratione,& intelligentia. Et hanc aliam rationẽ manifeſtius exprimit Mercurius Vipera lib.II. de rebus præclarè dictis ac geſtis. Sed aduerte, quia hæc ratio non eſt generalis: ſolùm enim militat reſpectu cõſtitutionum pœnalium:at in hoc libro ſunt multæ conſtitutiones, quæ nõ ſunt pœnales: ut eſt tit.de Reſcriptis:de Iure patronatus:de Præbendis: & Teſtamentis,& alij quam plures. Præterea Ioan.Oldendorpius in lib. uariarum lectionum tit.de Iure naturali: correctius loquutus eſt, dicens: quòd propter corruptam naturam intro- 37
ductæ ſunt pœnæ:quodq; hac ratione Iſocrates le 38
ges appellauit cancellos quoſdam flagitijs hominum circundatos. Præterea reſpectu etiam legum pœnalium hæc ratio non uidetur bona:& contra eam alleg.tex.in l.2.ad fin.ff.de legib.ibi: Oportet autem eam etiam præſtare & bonis,& malis. Ideo Chryſippus dicebat, principem ſtatuere oportere 39
de bonis,& malis:ut refert Diogenes Laërtius lib. VII. de uitis Philoſophorum,in Zenonis uita: quare aliter ad prædicta reſponderi poteſt, intelligendo illa uerba, Omnis lex in uno ſermone impletur: id eſt,omnia decem præcepta decalogi continẽtur in illis duobus,ut inquit Paulus ad Rom.ca.XIII. Alia autem dubia, quæ poſſunt contingere, præter illa decem pręcepta, ut cùm quęritur de ſucceſſione

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſione ab inteſtato, & pleriſq; alijs ſimilibus, talia
non poſſunt contineri in ſupradictis duobus prę-
ceptis. Nam in iſtis ipſum uelle unum aut eius con
trarium ſine peccato aut odio alterius. Nempe ut
inquit Muſonius philoſophus in oratione per eū
habita ad quendam Syrię regem, cùm eius domi-
cilium rex præfatus ingrederetur: ſæpenumero
homines inter ſe contendunt, ac digladiantur, cùm
alijs alia æquiora eſſe confirment: quod profectò
nequaquam facerent, ſi quod æquum, quod ini-
quum ſit in iure appellandum proculdubio tene-
rent: neq; enim de candido ac nigro, calido, frigi-
do, molli ac duro, quæ omnes qualia ſint uident,
oritur inter mortales certamen: ſed de huiuſmodi
eadem omnes ſentiunt, & fatentur. Quare de ęquo
quoq;, atq; iniquo pariter ſentirent, ſi æqua ab ini-
quis ad amuſsim dignoſcerent. In quo autem con
cordes, ac unanimes non ſunt, id ipſum quale ſit,
omnino ignorare uidētur. Heraclitus quoq; pro-
feſſus eſt, Omnia fieri per litem & amicitiā. Quod
ex naturalibus cauſis probat Agrippa libro 1. de
occulta philoſophia ca. 17. Pulchrum exemplum
de tribus ſanctis, qui inuicem contenderant, refert
40 Hiero. in ſecūda parte libri, qui Vitas patrum in-
ſcribitur, tit. de charitate, ante finem. Cùm enim,
inquit, ad metendum perrexiſſent, ſuſcepiſſentq;
certam ſegetem metendam: unum illorum reliqui
duo, quia infirmus, ad cellam reuerti iuſſerunt, ro-
gaueruntq;, ut pro illis oraret. Hi autem duo ſpe-
rantes alterius orationibus adiuuari, propoſuerūt
integram ſegetem perficere, illamq; perfecerunt:
redeun



redeuntes ad alterum, obtulerunt ſibi partem ſege-
tis: utpote tantum profuiſſet oratio ſua, quantum
labor aliorum. Ille, tanquam nihil meſſuiſſet recu-
ſauit accipere: & inde tanta orta eſt cōtentio, ut ad
iudicium cuiuſdam magni ſenis accedere oportue-
rit: qui iudicauit, huic deberi partem mercedis, &
ipſum illum accipere oportere, ut de illa poſtea pro
libito diſponeret. Ille iudicio tanti uiri damnatus,
receſsit cōtriſtatus ac plorans, quaſi magnum præ-
iudicium paſſus fuiſſet. hæc Hieron. in loco præal-
leg. & ideo dicit Hoſtien. in ſumma de pœnitent. &
remiſsio. §. cui confitēdum. uerſic. 3. quòd præſum-
ptuoſum eſt dicere, Eccleſiam dei ſola Biblia poſſe 41
regi. Ludouicus Gomeſsius in tract. de gratijs expe
ctatiuis poſito poſt. c. 2. de conſtitut. in. 6. nume. 52.
plus dixit Felin. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. coll. 22.
infra eod. quòd etiam ſolis canonibus non poſſunt 42
omnia decidi inter clericos. Ideo unum ius ſupple- 43
tur per aliud: quia omnia non poſſunt in uno iure
contineri, ut dicit Panormi. in. c. ſuper quæſtione. in
princ. col. 2. uerſi. & ex eiſdē. infrà, de officio delega.
Fuerunt enim conditæ leges & cōſtitutiones ea ra- 44
tione, ut omnes caſus contingentes deciderent ſecū-
dum Philoſophum, quem refert Bal. in. c. nonnulli.
col. 2. in fin. infrà, tit. j. in. l. j. col. 12. C. qui accuſ. non
poſſunt. & in conſil. 134. proponitur. col. 2. in. 3. par-
te. Verùm natura ſemper deproperat nouas edere 45
formas. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de ueter. iur. enuc.
& multis utitur nouitatibus. ut dicit text. in authē.
de conſang. & uter. fra. in princ. ſicut uaria morbo-
rum experimēta cogunt nos multas inuenire me-
dicinas

Universidad de Deusto Biblioteca

dicinas.c.ut conſtitueretur,50.diſtinct. Ita uaria hominum negotia coëgerunt cõditores legum & canonum diuerſas condere conſtitutiones, ut inquit Fortu. Guar.lib.1. de ultimo fine iuris canonici & ciuilis.colla.1.in fi.Et confirmari poteſt ex his, quæ dixi in lib.Pactorum.pag.126. in fi. & ſeq. & bene
46 facit,quia quod exhibent medicamẽta morbis,hoc præſtant iura negotijs:ut dicit text. in authen. hæc conſtit.Innouat conſtit. in princ.gloſ. in uerbo,neceſſariũ.in.§.ſed iſtæ.inſtit.de act. In tantum,quòd per prædicta iura non poſſunt decidi omnes caſus occurrentes.l.non poſſunt.ff.de legib.& in authen.
47 quib.mod.natura.effic.legit. in princi. Plura enim ſunt negotia quàm uocabula.l.4.ff. de præſcript. uerb.hinc Iaſon poſt Gellium per eum allegatum in.l.ita ſtipulatus,magna.colla.15.ff.de uerb.oblig. refert eueniſſe caſus,quos antiqui,licet clari,decidere neſciuerunt. Et inquit Neuizanus in.d. diſputa-
48 tione, quòd Iaſon uiua uoce in dies cõquerebatur, Iuſtinianũ nimis anguſtaſſe ius noſtrũ: adeò quòd niſi ſuperueniſſent bona ingenia præſertim Bald. fuiſſemus in magna perplexitate.de quo ultimo uide quæ dixi in proœmio Inſtit.§.j.ſuper uerbo,uo
49 lumina.Vnde etiam neceſſarium eſt ſacrorum ſtatuta canonum legum conſtitutionibus adiuuari.c.
50 1.infrà de oper.no.nuntia. Et econtra,Leges nõ dedignantur ſacros canones imitari.§.fi.in authen.ut clerici apud prop.epiſcop. Et ſi de aliquo caſu, qui non eſt deciſus in iure canonico,habemus legem iuris ciuilis,ſtamus deciſioni iuris ciuilis, etiam in foro canonico:ut Doct.not.in dict.cap.1.de oper.no. nuntia.



nuntia.Romanus in conſil.220. circa princ.col.fin. & econtra, ſi de aliquo caſu, qui non eſt deciſus in iure ciuili,habemus tex.iuris canonici, ſtamus deciſioni iuris canonici,etiam inter laicos:ut not.Rom. in conſi.176.Iſtæ ſunt reſponſiones.col.4.in medio. de quo tamen dicam latius in.c.1.infra eodẽ.Quare 51
non eſt conquerẽdum de tot legibus: ſed dolendũ, quòd uaria hominum negotia tot leges & conſtitutiones nos habere cogant:ut in alio propoſito uoluit Hieron.in.5.parte epiſtolarum.tract.3.epiſtola 7.Nec de lege,inquit,conqueror:ſed doleo,cur meruimus hãc legem. Cauterium bonum eſt,ſed quò mihi uulnus ut indigeam cauterio:hæc Hieron.in loco præalleg.& ideo Iuſtinianus in authen.ut defuncti,ſeu funera eorum.in princ.fatetur uerisimile eſſe,quoſdam multitudinẽ legum, quæ per ſingula ſibi adijciuntur, culpare:non cõſiderantes,quòd ſemper opere uocante conſonas cauſis ponere leges compellitur: cùm ſemper inopinabile emergat, & ab his,quæ iam poſita ſunt, mederi non ualeat. & inquit Paulus ad Galat.4. Quòd lex data eſt propter tranſgreſsiones. Et Hieron.ſuper illum locum dicit,Quòd lex oſtẽdit,& arguit peccatum:non au 52
tem eſt cauſa peccati. Cui opinioni Plato,dialogo 4.de Legibus,accedere uiſus eſt,dum inquit: Nullum unquam hominum aliquid lege ſancire: ſed 53
fortunas, caſusq́; uarios incidentes leges nobis per omnia ferre. Aut enim imminentis uiolentia belli priorem peruertit rempublicã, legesq́; mutat:aut ſumma quædam penuria. Morbi quoq; multa innouare cõpellunt. Peſtis etiã diutina, multorumq́;

Universidad de Deusto Biblioteca
annorum incommoda & importuna tempeſtas.
Et tandem ſubdit Plato: quòd ſi quis hæc omnia
animaduertat, non uerebitur exclamare id, quod
ipſe etiam exclamat: Neminem mortalium legem
condere: ſed humana omnia fortunis agi. Huic ad-
do, quod Herillus Carthaginēſis dicebat, Nullum
eſſe finem, ſed ſecundum caſus uarios & res immu
tari. Licet hoc ultimū, quòd ſcilicet omnia caſu &
fortuna fiant, reprobatum ſit, ut per Franc. Vattal-
lum in paraphraſi ſuper 4. ca. 2. lib. phyſic. Ariſto.
idem tamen Herillus etiam finem eſſe dixit ſemper
uiuere: hoc eſt, nullo uitæ noſtræ tempore ignorā-
tia deijci: ſentiens id, quod in terra ignorantes, &
abſque ſciētia degimus, nequaquam eſſe uitam. Et
facit quod apud Liuium L. Valerius inquit, & in-
frà referam. Strabo quoque lib. 6. dicebat, eos qui-
bus plurimæ leges adeſſent uiuendi ritu deprauа-
tos eſſe: ſicut quibus adſunt plures medici, eis per-
multas adeſſe egritudines. Et refert Vdal. Zazius
in. l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. Iſocrates quoq;
54 in Areopagitico, multas leges exquiſitas argumen
tum eſſe inquit perperam adminiſtratæ ciuitatis:
eo quòd qui operationes peccati faciunt, multas le
ges fieri cogāt. & Macrob. lib. 3. Satur. c. 17. inquit,
quòd niſi peſsimis, effuſiſsimisq; moribus uiuere-
tur, profectò opus ferendis legibus non fuiſſet: hinc
prouerbij loco uſurpatū eſt, Leges bonas ex malis
moribus procreari. De quo meminit Polydorus
Vergilius in lib. Adagiorum. adagio. 52. & dixi ſu
prá. Nota etiam quod Alexander ita dilexit illud
55 præceptum, Non facias alijs, quæ tibi fieri non uis:



ut illud in palatio & publicis operibus perſcribi iu
beret: idq; maioris dignitatis militibus, ut à delictis
abſtinerent, dicere ſolebat: cùm humilioris cōditio-
nis milites ſeuerè mulctaret, teſte Cuſpiniano in
eius uita. Iſocrates in Nicocle ſubditos admonuit,
ut quæ ab alijs pati ſuſq; deq; non ferrent, nec alijs
quoque facerēt. Leges item multum eſſe neceſſarias
in republica tradit Franc. Patritius lib. 1. de rep. tit.
5. Diogenes etiam cēſuit, abſque lege nullam rem- 56
pub. geri poſſe: qua ratione legem dicit eſſe urba-
nam, eo quòd urbibus neceſſaria, ut inquit Dioge-
nes Laërtius lib. 6. de uitis philoſophorum in Dio-
genis uita fertur Pyttacum Mityleneum Crœſo
percontanti, quod eſſet maximum imperium? re-
ſpondiſſe, ποικίλου ξύλου, id eſt, uaria ligna: metapho-
ricè leges ſignificantem, quæ in uarijs lignis ſcribe
bantur. Heraclitus nō minus pro legibus pugnan-
dum eſſe dicebat, quàm pro mœnibus: cùm abſq;
legibus nullo pacto poſsit ciuitas incolumis eſſe,
abſque mœnibus poſsit. Et Iſocrates in Areopagi-
tico, ijs qui bene reipublicæ præeſſe ſtudent, operæ
pretium eſſe inquit, nō implere porticus literis, ſed
animo iuſtitiam poſsidere: nec decretis, ſed mori-
bus commodum gubernari ciuitates: maleq; edu-
catos exquiſitè ſcriptas etiā uiolare leges auſuros:
liberaliter uerò inſtitutos in honeſtate legum per-
manſuros. Eraſmus autem in lib. de inſtitut. princ.
Chriſtiani inquit, Platonem uelle leges eſſe quàm
paucíſsimas, maximè de rebus leuioribus, ueluti pa
ctis, cōmercijs, uectigalibus: nec enim, inquit ipſe,
ex multitudine legum naſci ſalutem reipublicæ,

Universidad de Deusto Biblioteca

non magis, quàm multitudine pharmacorũ. Vbi
princeps integer eſt, & officio ſuo funguntur magi
ſtratus, nihil opus multis legibus: ubi ſecus habet,
ibi legum abuſus in perniciẽ uertitur reipub. dum
& bene conditæ leges horum improbitate aliò de-
torquentur. Iure notatus eſt Dionyſius ille Syra-
cuſanus, qui tyrannico conſilio plurimas tulit le-
ges, alias ſuper alias ingerens, easq́; (ut fit) à populo
negligi patiebatur, quò cunctos ad hunc modum
ſibi redderet obnoxios: & iſtud non eſt leges con-
dere, ſed laquos tẽdere. hæc ille. Eſtq́; Cleonis apud
Thucydidem ſententia, ſatius eſſe malis legibus aſ-
ſuetam ciuitatem non facere mutari, quàm bonis
inconſtanter, ut teſtatur Alexander ab Alexandro
lib. 6. dierum genialium. c. 14. Plutarchus etiam in
polytica dicit, non modò non eſſe facile mores & in
genia populi conari mutare, nouisq́; ea legibus mo
derari extemplò uelle: uerùm ne tutum quidem
omnino eſſe, ut res quæ multo tempore, & ingẽti-
bus uiribus indiget. Et hoc eſt quod uoluit dicere
tex. in l. 2. ff. de conſtit. prin. dum dicit, quòd in re-
bus nouis conſtituendis euidens debet eſſe utilitas,
ut recedatur ab eo iure, quod diu æquum uiſum
eſt. Faciunt quæ dicam in c. j. ſuper gloſſ. in uerbo
57 ſtatuta, infrà eo. huic illud philoſophicum, Delibe-
randum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel. Hinc
Franciſcus Patritius lib. 6. de repub. titu. 6. ex plu-
ribus probat periculoſas eſſe in republica inſtitu-
tionũ mutationes. Tamen apud Liuium. 34. ab ur-
58 be condita, L. Valerius tribunus plebis ſic inquit:
Ego enim quemadmodum ex his legibus, quæ
non



non in tempus, ſed perpetuæ utilitatis cauſa in æter
num latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi
quam aut uſus coarguit aut ſtatus aliquis reipubli
cæ inutelem fecit: ſic quas tempora aliqua deſidera
uerũt leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus
ipſis mutabiles eſſe uideo. Et ad hoc facit, quòd nõ 59
debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum diuerſi-
tatem temporum ſtatuta mutẽtur humana. c. non
debet. de conſang. & affi. cum ſimilib. quæ ad hoc
allegari poſſent. Et ad hoc faciunt uerba Platonis
dialogo. 4. de legib. & Herilli ſuprà recitata. Debẽt
autem tales leges eſſe, quæ reipub. accommodẽtur.
Proinde Franciſc. Patritius in dict. lib. 1. de inſtitut.
reipub. tit. 5. falſum eſſe oſtẽdit, quod à quibuſdam
dicitur, Leges omnes omnibus ciuitatibus conue- 60
nire. Præterea multas leges quæ fermè ridiculæ ui 61
dentur, refert Plutarchus in lib. de ſera numinis uin
di. pag. 2. & inter cæteras illam pro ridicula habet, 62
qua cautum fuerat, ne quis barbã nutriret: de qua
eſt text. in. c. clericus. infrà de uita & honeſt. cleri. ni-
ſi, ut quidam rati ſunt, eum corruptum eſſe dicas.
Quanquam Spec. in. 2. parte tract. de modo gene-
ralis concilij celebrandi. rubr. 32. uerba cõcilij quar
ti Carthaginen. c. 44. ſic referat, prout habentur in
dicto. c. clericus. tamen in primo tomo cõciliorum
generalium, in quo ponitur quartum concilium
Carthaginenſe, additur uerbum, RADAT, uel TON 63
DEAT. ut ſit ſenſus, quòd clericus neq́; comam nu-
triat, neque barbam radat. Primus autem omniũ
Cæſarum, Pub. Aelius Adrianus, barbam nutri-
uit, ut Cuſpinianus in eodem inquit. Verùm Ana

Universidad de Deusto Biblioteca



64 cletum primum clericos barbam , uel comam nu-
trire prohibuiſſe,Platina in eius uita teſtatur. Ani-
cetus quoque Ioannis Cyrus ante martyrium cle-
ricos comã nutrire uetuit, ut inquit Bonifacius Si-
moneta li.3.c.13.poſt epiſt.13.Platina in eius uita,et
Abbas Vſpergenſis in ſuis Chronicis.Epiphanius
quoque contra Maſſilianos.c.8.in.2.tomo lib.3. de
coma & barba ſic inquit: Vir enim non debet nu-
trire comã,cùm ſit imago & gloria Dei. Quid ue-
rò ſit peius,& contrarium?Hi barbam quidem for
mam uiri reſecant,capillos autem capitis ſæpe nu-
triunt.Et de barba quidẽ in conſtitutionibus Apo
ſtolorũ dicit diuina ſcriptura ac doctrina: Ne cor-
rumpas,hoc eſt,ne ſeces pilos barbæ : neque mere-
tricio more ob comam efferaris: neque ſuperbiam
in progreſſu iuſtitiæ exemplum habeas. Hæc Epi-
phanius in loco præallegato.Inſuper notanda ſunt
pulchra uerba Barbatiæ hic, dum in prima conti-
65 nuatione rubri.dicit,Hominẽ eſſe creatum in men-
ſe Martij.& hoc probat ex eo, quod dicitur Gene-
ſis 1.Produxit dominus terram uirentem. Alij au-
tem dicunt in menſe Septẽbris hominem eſſe crea-
tum.De quo quid tenẽdum ſit,require ex Ludoui-
co Cælio Rhodigino lib.1.lectionum antiquarum.
c.9.Nota etiam pulchra uerba Baldi in.c.cùm cau-
ſam.col.1.uerſic.ex quo tex.ſecundum Oldra.infrà
de probat.ubi ſic inquit:Intellectus informatur ra-
tionibus , quæ ſunt eius nerui, ut oſſa Iudiciorum
ſunt probatiões,& caro eius eſt materia ſuper qua,
& ſanguis eſt ueritas, & caput eſt Iudex , & pedes
ſunt executio. Et iſtam ſimilitudinem pono , non
quia



quia uerboſus,ſed quia ſciẽtiam noſtram traho ad
quæ naturalẽ intellectũ.Hæc ſunt uerba Baldi ibi,
reaſſumit Barbatia. in conſil.6.ſapienter ſcribitur
primo Regum col.pen.in.1.parte. Nec etiam puto
pro commendatione huius tituli obmittenda eſſe
alia uerba, quæ Bal.in.d.c.cùm cauſam.ponit, im=
mediatè poſt uerba ſuperius recitata. Sicut ex me=
dicina & philoſophia fit perfectus medicus:& ſciẽs
ius ciuile & canonicum efficitur perfectus Legiſta:
& niſi Iuriſta ſciat canones,non guſtat hanc dulce=
dinem,nec poteſt practicam legum & iudiciorum
perfectè cognoſcere. Hæc ille : cui addo quòd ex
ſubtilitatibus Legiſtarum,& plano ſenſu Canoni-
ſtarum fit bona compilatio,ut tradit Albert. Bru-
nus in tract.de forma & ſolennitate,tit.quando ali-
quid cenſeatur traditum pro forma in fi. Et inquit
Romanus ſing.144.habens finem uel filium quelo
legiſta ſenza canone uale hogno,ma lo canoniſta
ſenza lege uale niente.Idem ſequitur Ioã. Igneus in
quęſt.an rex Francię recognoſcat Imperatorẽ.col.
40. ante finem. Plura ad hoc cumulat Ludouicus
Gemeſsius in.c.2.in princ.nume.37.eo.tit. in ſexto.
Ideo in materia merè canonica purus Legiſta recu
ſari poſſet,tanquam non idoneus:& ecõtrà in ma-
teria merè legali purus Canoniſta recuſari poſſet,
ut tradit Purpuratus poſt Gemin.et alios per eum
allegatos,in tract.de aſſeſſore.col.8.in fi. & ſequen.
in princ.& dicit Imol.in.l.ſi prius.col.fi.uerſic.ulti-
mò adde.ff. de oper.no.nuntia. quòd merus Legi-
ſta non debet ſe intromittere ad conſulendũ in ma
teria merè canonica,nec econtrà:& facientes cõtra-

 rium

Universidad de Deusto Biblioteca

rium de facili errant. Et dicit hoc uidiſſe quandoq;
de facto, Idem etiam refert Mattheus de afflictis in
commento conſtit. Neapo. lib. 1. tit. 30. in fi. addens
non eſſe mittendam manum in meſſem alienam.
Addo text. in. c. uenerabilem. in princ. de elect. in. c.
ſcriptum eſt. 6. quæſt. 3. & quod habetur Deutero-
nomij, c. 23. in fi. Nota etiam, quòd hic liber fuit cõ-
pilatus per Gregorium nonum opera Raymondi
Capellani, ut dicit tex. in Prooemio huius libri in-
cip. Rex pacificus. §. ad communem. Platina quoq;
in eius uita refert ipſum Raymondum fuiſſe Bar-
chinonenſem, quem quidam ita laudant, ut maiore
commẽdatione laudare nemo poſsit. Archiep. Flo.
in. 3. parte Chronicarum, tit. 18. c. 9. in princip. dicit
eum fuiſſe ordinis prædicatorum in iure peritiſsi-
mum. Liber autem Sexti fuit editus per Bonifaciũ
octauũ opera Guilhelmi archiepiſcopi Ebrodunẽ.
Berẽgarij epiſcopi Bitterreñ. ac Richardi de ſcenis,
ut habetur in prooemio ſexti. §. ſanè. Addit Archi-
epiſcõ. Floren. in. 3. parte chronicarũ titu. 20. cap. 8.
§. 21. Bonifacium in cõpilatione Sexti etiam uſum
fuiſſe opera Dyni de Muxello.

CIRCA continuationem rubricæ
Doctores latè hic inſiſtunt. Ego au-
tem nolens inſiſtere niſi circa utilia,
tantum inſiſtam circa unum quod
dicit Panor. hic in continuatione ru-
66 bricæ, dum dicit, quòd ius ſcriptum nobilius eſt iu
re non ſcripto: quia dominus de Ripa hic col. 3. in
fi. & duabus ſequentibus latè examinat, quæ poſ-
ſit eſſe

ſit eſſe



ſit eſſe ratio, quare ius ſcriptum ſit nobilius iure
non ſcripto. Et tandem reſidet in hoc, quòd ratio-
ne maioris certitudinis ius ſcriptum ſit nobilius.
Conſuetudo enim cùm in facto cõſiſtat incerta eſt. 67
alleg. l. 2. ff. de iuris & facti ignor. & addo tex. in. l.
ubi autem. §. qui id quod in faciendo. ff. de uerbo.
oblig. Et dum ſuprà dictum eſt quòd ius ſcriptum
eſt magis certum: notandum eſt, quòd cùm ius ci-
uile & iura canonica ſint apud nos ſcripta in codi-
cibus non authenticis, ſi contingeret dubitari de ali
qua lege, an ſic, uel ſic loquatur: oporteret adire pã-
dectas, quæ ſunt Florentiæ, ſicut fecit Bartolus, ut
ipſe refert in. l. ſi creditor. §. fi. ff. de diſtract. pignor.
Et eodem modo ſi contingeret dubitari de aliqua
conſtitutione papali, recurrẽdum eſſet ad origina-
les conſtitutiones, quæ ſunt Romæ.

Item aduerte, quia Ludouicus Gomeſsius in ru
bri. eo. tit. in. 6. impugnat rationẽ ſupra allegatam.
Nam dicit ipſe in procreatione liberorum mater
dicitur eſſe certior. l. j. & l. aſſumptio. §. j. ff. ad muni
cipa. & tamen à perſona patris filius cognomen ac 68
cipit, ut habetur in dictis iuribus, & tradunt Doct.
in. c. Raynaldus. infrà de teſta. Guil. Benedicti in. c.
Raynutius. in prin. j. illo tit. Sed certe hoc argumen
tum mihi uiſum ſemper fuit fragile. Quia fateor,
quòd ubi pro eo quod eſt minus certum militarẽt
aliæ fortiores rationes, tũc illud quod eſt magis cer
tũ nõ diceretur nobilius, nec propterea magis attẽ-
deretur. Exẽplũ in patre, qui licet non ſit ita certus,
ſicut mater: tamẽ ſecundũ philoſophos præbet for
mam, & eſt principum actionum generationis: &

in ge

Universidad de Deusto Biblioteca



in generatione ſe habet tanquam quid nobilius: ut
plenè oſtēdit Ludouicus Cælius Rodiginus lib. 4.
lectionum antiquarum. c. 10. Ideo magis attenditur
69 quàm mater, licet mater ſit certior. Certū eſt enim,
quòd quando duæ rationes tendunt ad duo con-
traria, illa magis attenditur, quę fortior eſt. l. diuus.
ff. de in integ. reſtit. & dicit Bal. in l. j. circa finen. C.
de ædilit. acc. quòd quotieſcunq; ſunt duæ aduer-
ſæ cauſæ, originalior, ualidior, & principalior cau-
ſa inſpicitur. Nota tamē quòd laicorum mos erat,
ſe à matribus denominare, ut inquit idem Cælius
lib. 29. lectionum antiquarum. c. 20. in fi. Alia tamē
ratione impugnari poteſt hæc ratio domini de Ri-
pa. Quia ratio ſupra allegata ſatis procederet, ſi te-
neremus, quòd ad eſſe legis uel cōſtitutionis requi-
ratur ſcriptura: ſed multi tenuerunt contrarium, ut
infrà dicam. Alia autem ratione hæc ratio non po-
70 teſt ſuſtineri. Quia ſi conſuetudo redigatur in ſcri-
ptis, retinet nomē cōſuetudinis. c. 2. de præben. in 6.
Rochus de Curte in rub. infrà de conſuetud. col. 3.
in prin. in paruo uolumine, ubi etiam ponit exem-
plum in libris feudorum, qui non ſunt niſi quædā
conſuetudines. Ioan. Igneus in l. neceſſarios. §. non
alias. numero 724. ff. ad ſila. ubi ponit exemplum
in legibus Rhodiorum, quæ nō ſunt niſi quædam
conſuetudines: & tamen in talibus quo ad certitu-
dinem non eſt differentia inter conſuetudinem &
ſtatutum. Communis tamen doctorum reſolutio
71 in hoc reſidet, quòd ius ſcriptum nobilius eſt iure
non ſcripto, quodq; hac ratione Papa præpoſuit
hunc titulum titulo de conſuetud. Ex quo reſultat
una



una differentia inter ius ſcriptū, & Cōſuetudinem.
Secunda differentia, quia per conſuetudinem 72
quis bene poteſt ſibi acquirere iuriſdictionē. Bar.
in l. j. §. deniq;. ff. de aqua. plu. arcen. & in l. publica-
nus. §. fi. ff. de publica. cum ſimil. ut per Bal. in 2.
parte. 3. partis tract. præſcript. in 2. quæſti. Sed per
legem, uel conſtitutionem non poteſt quis ſibi ac-
quirere iuriſdictionem. l. 4. ff. de tuto. & curato. dat.
ab his. & hanc differentiam ponit Andre. de Iſerin
commento conſtitutionum Neapol. in prin. col. 3.
numero 15.
Tertia differentia: quia ad tollendam conſuetu- 73
dinem requiruntur plures actus contrarij. l. nemo
alieno. §. tēporalis. ubi plenè Doct. ff. de reg. iur. &
tamen ſtatutum per unicum actum contrarium
tollitur. c. cùm acceſsiſſent. infrà eo. ubi Feli. col. an-
tepenulti. uerſic. differt autem, expreſsè ponit hanc
differentiam.
Quarta eſt differentia: Nam ualet conſuetudo 74
ut canonicus de nouo receptus ſoluat tantum ope-
ri pio, uel pro cappa, etiam ſi conſuetudo dicat,
quòd non prius aſsignetur ſibi præbenda, quàm
ipſe ſoluerit quod ſolui conſuetum eſt, ut inquit
Aſteſanus in 2. parte ſuæ ſummæ. lib. 6. tit. 5. art. 9.
col. 3. uerſic. quid ſi de conſuetudine. Et tamen non
ualeat ſtatutum ut tradit Feli. in. c. cum Iacobus. in
frà. de ſimo. & in c. cum M. Ferrarienſis. col. 9. uerſi.
ſed ad unum ualde quotidianum. infrà eo. ubi. do.
de Ripa de hoc tradit col. 95. uerſic. ſed dubium eſt.
& col. ſequen. dicam in. c. cùm omnes. in prima par
ticula ſecundæ partis glo. primæ. infrà eod.

Quinta

Universidad de Deusto Biblioteca



75 Quinta differentia eſt: Nam ualet conſuetudo quod ſcriptura priuata fidē faciat.c.cùm dilectus. infrà de fide inſtrumen. Et tamen ſtatutū non ualeret, ut tradit Anto.de But.in c. cum p. tabellio. de fide inſtrumē. Nicolaus de Milis in ſuo repertorio, in uerbo, ſcriptura priuata. Multi tamen tenuerūt, quòd etiam conſuetudo talis non ualeat, ut tradit Rochus de curte, in repet.c.fi.in tertia ampliatione ad tertium notabile de conſuetud. ſed dic, quòd ualet conſuetudo, quòd creditur perſonæ fide dignæ:
76 non autem ualeret conſuetudo, quòd credatur ſcripturæ cuiuſcunq; quia daret materiam fabricandi falſum. Bal.in l.j.col.3.C.de confeſſ. Alexander in conſil.188. uiſo proceſſu.col.2. uerſic. pro hac concluſione benefacit in 7.parte. Ex cuius dictis apparet, quòd quo ad hoc non uidetur eſſe differentia inter ſtatutum & conſuetudinem.

77 Sexta differentia eſt: Nam conſuetudo ſemel ſublata, non poteſt iterum introduci. Bal.in l.fi.C. de pac.pigno.in.c.1.in princ.uerſic.extra quæro de capit. Conradi.in uſib.feud. & l.dudum.C.de con
78 trahen.empt. Sed lex, uel ſtatutū etiam ſemel reuocatum, poteſt iterū ſuſcitari per nouum ſtatutum: imò tale nouum ſtatutū dicetur fauorabile, ex quo reducet nos ad ius antiquum, ut dixi in rubr.ff.de uerbo.ſignifica. circa materiam propriæ ſignificationis.

79 Septima diferentia eſt, quia conſuetudines laicorum, quæ ſunt fauorabiles eccleſiæ, ualent, & tenēt: ut tenēt Hoſt. & Ioan. And. in c.fi. infrà, de ſolut. & tamen ſecus in ſtatuto, ut tradit Alex. in conſil.97 princip



principalis dubitatio col.penul. uerſic. pro hoc bene facit in j.parte de quo tamen dicēdum eſt ut per doct.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.infrà eod.

Octaua differentia circa modum proponendi 80
actionem: quia ſi quis agit ex conſuetudine, & probat de ſtatuto, non poterit obtinere. Bar.in lectura l.de quibus.in fi.ff.de legibus cum ſimili. ut plenè tradit Rochus de curte in repeti. cap. fi.in.3.quæſt. princip.col.penul.& fi.infrà de conſuet.

Nona differentia eſt: quia lex ſeu ius ſcriptum 81
poteſt derogare futuris conſuetudinibus. auct. nauigia.C.de furt. & l. dos.§.j.C.de uſur. plenè per glo.in c.j.§. cum igitur in uerbo & conſuetudinibus.in tit.de legib.& conſuetud. alijs antiquatis.in conſtitutionibus Neapoli. Cōſuetudo autem non derogat futuris legibus. Et notandum eſt, quòd ſi lex uel ſtatutum deroget ſimpliciter conſuetudini, non exprimendo an deroget futuræ uel præteritæ conſuetudini, intelligitur tam futuræ, quàm præteritæ conſuetudini derogare. de quo uide Alexan. in l. ſi mihi & tibi.§. in legatis col. penult. uerſic. quærit etiam hic Decius.ff. de leg.j.ubi latè de hoc faciunt quæ dixi ſuprà in ſexta differentia. Et de hoc unde Aret.latè in c.ſicut.col.penult. & fi. infrà de prob. Stepha. Bertrandi in conſil.361.nu.8.in 1. parte conſiliorum primæ impreſsionis dicam in c. 2.in not.infrà eo.

Decima differentia eſt: quia ius nō ſcriptum eſt 82
antiquius iure ſcripto.c.fin.§. ius uero conſuetudinis.6.diſtinct.contra quam Decius hic uiſus eſt tenere. Et hanc differentiam tenet Rochus de curte in rub.

Universidad de Deusto Biblioteca



rub.infrà de conſuetud. in prin. ubi rebrobat De-
83 cium hic.Qui autem primi leges ſcriptas propoſue
re,uide Alexandrum ab Alexandro lib.6.dierum
genialium c.decimo.Et cum ius non ſcriptum fue-
rit prius ideo uidebatur dicẽdum,quòd tit.de con
ſuetud. debuerit poni ante iſtum tit. Nam ut in-
84 quit Ariſt.in 2.Metaphy. Prius ſemper dignius eſt
in eſſe,poſterius autem non ſic.Sed hæc ratio ceſſat
in caſu noſtro:cùm enim Scriptum ſit maioris au-
ctoritatis,præponi debet Conſuetudini, licet con=
ſuetudo ſit antiquior, per tex.in c. ſtatuimus.infrà
de maiorit.& obedien. per quen tex. dicit. Roma.
ſingula.691. quòd maior ordine & dignitate, licet
85 poſtea in collegio receptus, debet præferri antere-
ceptis: quia maioritas ordinis magis attenditur
quàm prioritas temporis. Poſſet etiam alio modo
reſponderi ut reſpondent Moder. Papien. in Re-
pet.huius rub.col.4.in fi.& ſequen.in prin.

86 Vndecima eſt differentia: quia poſitioni iuris
ſcripti non eſt reſpondendum:& tamen benè reſpõ
dendum eſt poſitioni iuris non ſcripti.Gloſ.& Bar.
in l. ornamentorum.ff. de auro & argen. lega.ad
idem glo.in c.2.de confeſſ.in.6.

87 Duodecima differentia eſt:Nam conſtitutio epi
ſcopi contra ius canonicum non ualet:ſecus in con
ſuetudine. dicam in.ca.cum omnes. in.j.limitatio-
ne ad primum notab.infrà eod.

88 Decima tertia differentia eſt: quia in determi-
nando numero canonicorum plus operatur ſtatu-
tum, quàm conſuetudo. Imol.in.c.ex parte.col.2.
uerſic.Item nota quòd licet in eccleſijs.infrà de con





ceſſ.prebend.

EXPEDITIS his,quæ circa cõtinuationem dicenda erant,uenio ad primam quæſtionem Panor.in qua quærit, Quid ſit Conſtitutio: ex cuius dictis colligo infrà ſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio,quòd de proprietate ſermo 89
nis iſte terminus Conſtitutio uerificatur in conſti-
tutione Imperatoris c.cõſtitutio 2.diſtinct.ad idem
tex.in l.j.ff.de cõſtitut.princ.ibi:hæ ſunt,quas con-
ſtitutiones uulgi appellamus.&.§.ſed quod princi
pi.Inſtitut.de iure nat.gent. & ciuili. ad idem tenet
Rayne. de Fort. in repet.l.omnes populi. col.6.in
fi.ff.de iuſt.& iure. quæ reppetitio eſt inſerta inter
lecturas Alberici.

Ampliatur primò iſta concluſio, ut etiam edi= 90
ctum regium poſſit propriè appellari conſtitutio.
ut probat text.in dic.c.cõſtitutio. Rex enim in ſuo
regno tantam habet poteſtatem, quantam Impera
tor in ſuo Imperio,ſecundũ Deciũ hic,qui plura ad 91
hoc cumulat. Cui addo id, quod notanter dixit
And. de Iſer. in.c.j.col.3.de uaſſal. decrep. ætat. in
uſibus feudo. quòd rex in ſuo regno maiorem 92
habet poteſtatẽ, quàm Imperator in ſuo imperio.
Quia Rex tranſmittit regnum ad ſuos hæredes c.
licet.infrà de uoto. Et tamen Imperator hoc facere 93
non poteſt.Idem tenet Alber. Brun.in conſil.45.in
cauſa caſtri.col. penul.circa mediũ. Plenè declarat
Ioan. Igneus in l.3.§.utrum.num.57.ff. ad ſilla. Et
maximè procedit in rege Franciæ, qui eſt ſupra 94
omnes reges, ut concludit Decius in c.nouit.col.j.
infrà de iudi. & dicit Corſet.in tract.de poteſt.im-

Universidad de
Bibliotec

perat. in 21. quęſt.in fi. Quòd regi Franciæ conue-
niunt nomina Imperatoris idem etiam dicit Ioan.
Igneus in repet.l.neceſſarios. §. non alias. numero
361.ff.ad ſilla. Et dicit Bald.in c.j.§.j.circa finem.de
95 prohib.feud.alienat.per Feder. quòd rex Franciæ
eſt ſuper omnes reges tanquam ſtella matutina in
medio nebulæ meridionalis.

Plura in laudem Franciæ congerit Neuiſanus
inter conſil. Alber. Bruni, conſil. 12.patres conce-
derunt.col.3.Sic etiam reges Hiſpanię & Portuga
96 liæ habent iura imperij,ut tradit Barba.in cõſil.11.
ſcripſit belliſsimè, col.8.in.2.parte. Tamen contra
hanc principalem ampliationem tenuerunt Moder
ni Papien.in repet. huius rubr. colũ. 12. ad finem.
Mouentur per deciſionem Panor. in conſil.3.inni-
tar in præſenti.col.14.uerſic.ſecundo poteſt reſpon
deri.in.ij.parte.ubi Panor.tenet,quòd priuilegium
97 l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcript.nõ compe
tit regi Franciæ. Sed reſponderi poteſt, quòd opi-
nio Panor.eſt falſa,& contra tex.in dic.l.bene à Ze
none.ibi, necquantum inter priuatam perſonam
98 & regale culmen medium eſt. Et quod plus eſt,
dic.l.bene à Zenone,habet locum etiam in ciuitati-
bus,quæ præſcripſerunt merum & mixtum Im-
perium,& ſuperiorem non recognoſcunt. Roma.
in conſil.59.ad diſcutiendum ueritatem.col. penul.
uerſic.ſexto uidendum.quem allegat Socinus con-
ſie 46.eleganter & ſubtiliter. col.4.uerſic. ſuccedit
nunc,in.4.parte. Et licet.ibi col.5. uerſic. tertio dici
poteſt. Loquens in ciuitate, referat Aug. tenentem
contrarium: tamen etiam in ciuitate fatetur quod





opinio Angeli non eſt tuta. Præterea Panor.in dic.
conſil. appellat illud priuilegium ſpecialiſsimum,
ex quo detrahit iuri priuati. Sed priuilegium con-
dendi conſtitutionem,non eſt ita ſpeciale, ut ex in-
frà dicendis apparebit. Præterea hæc opinio uide-
tur contra tex.in dic.ca.conſtitutio. qui dicit,Con-
ſtitutionem eſſe,quod rex uel Imperator conſtituit 99
uel edidit. Nec dicas illum tex.intelligi de Impera-
tore non coronato,qui ante coronationem dicitur 100
rex Romanorum,prout reſpondebant Moder. Pa
pien.hic. quia hæc opinio communiter non tene-
tur per doct.in dic.c.conſtitutio. Præterea etiam ſi
hoc modo eſſet intelligendus ille tex.uel reſtringen
dus,nihilominus idem eſſe deberet in quolibet alio
rege non recognoſcente ſuperiorem.

Secundo ampliatur etiam,ut procedat in duce
Aurelianenſi,quia in ſuo ducatu habetur loco Im- 101
peratoris:ut inquit Io.de ſancta Iulia inter conſilia
Alber.Bruni.In conſil.3.excellentiſsimus Aurelia-
nenſis dux. col.2. in prin. Et idem uidetur in duce
Mediolanenſi,& alijs ducibus ac comitibus perpe 102
tuò inueſtitis: per ea quæ dixi in lib.Pactorũ pag.
153.nu.340.& pluribus ſequentibus. Caſtaldus in
tract.de Imperatore.quęſt.109. Præterea dicit Bal.
in l.receptitia.in prin.C.de conſtit.pec.quòd comi- 103
tes magis aſsimilantur principi in ſuo comitatu
quàm præſidi:& ideo eorum ſtatutum facit ius ci-
uile. Alibi etiam dicit idem Bal.in l.penul.C.de do
nat.inter uirum & uxo.quòd contractus factus in-
ter priuatum, & eum qui non ligatur legibus in
ſuo territorio,ſicuti ſunt multi duces, & marchio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nes, habet uim legis. Verùm hoc dependet ab his
quæ dicentur in ſequen. concluſione, & quæ tra-
duntur per Ang.Imol.& doct.in l.5.in princ.ff.de
uerb.oblig.& per Bal.in rub.C.qui admitti.in illa
quęſt,an ſtatuta ducum,uel marchionum,inducāt
ius pretorium.Nam Barba.hic in.3.col.dicit,quòd
105 inferior à principe, qui poteſt facere ius ciuile po-
teſt facere etiam conſtitutionem.

Limitatur nunc ſupradicta concluſio, & decla-
ratur duobus modis,ut per Modernos Papien.in
repetit. huius rub.col.13. ultra quos limita.3.& de
clara hanc cōcluſionem ut procedat in eo, qui eſſet
uerus princeps:ſecus in tyranno. Bal.in auctent.de
cernimus.col.2.uerſic.quæro hic pro intellectu.C.
106 de ſacroſanct.eccleſ.ubi etiam dicit tex.quòd actus
facti per tyrannum tempore tyrannidis debeat re-
ſcindi ſuperueniente iuſto dominio.quod intelligit
Paul.de Caſtro,ibi, quando tales actus eſſent facti
107 per uiam legis.Quis autem dicatur Tyrannus, &
quis Iuſtus princeps,uide glo. in uerbo regum. in
clemen.j.de baptiſmo. Archid.in cap.regnum.33.
quęſt.5.Paul.de Caſtro in l.ſacri affatus. in fi.C.de
108 diuerſ.reſcript.Et notandum eſt,quòd olim hęc di
ctio Tyrannus, qualemcunq; ſignificabat princi-
pē,ſiue ſit bonus, ſiue malus.licet hodie ſolùm ma-
109 lū principem ſignificet. Quemadmodū & olim hę
uoces Deuotus,& religioſus in malam partem ac-
cipiebātur:hodie autem ſolum in bonam partem,
ut tradit. Alciat. in rub. de uerb. ſignificat.ff.col.2.
in fi.& ſequen.in prin.

Secunda concluſio ex dictis Panormitani hîc
collig



colligitur,quòd Edicta & leges inferiorum à prin- 110
cipe largo modo appellantur conſtitutiones: non
autem in proprietate ſermonis. Et pro iſta opi-
nione Decius hic inducit aliqua fundamenta, & il-
lis reſpondet.

Primo arguit Decius, quia in ſignum cuiuſ-
dam Prętogatiuę introductū eſt,quòd leges prin-
cipum appellarentur conſtitutiones,iuribus ſupra
in prima concluſione allegatis.Ergo in alijs inferio
ribus uidetur decidi contrarium. argu.l.cum præ-
tor.ff.de iud. Ad hoc argumentum reſpondet De-
cius hic,quòd licet tex.in l.j.ff.de conſtitut.princip.
hæ ſunt quas conſtitutiones appellamus. Tamen
illa uerba ſuppleri debent per rubr. quæ loquitur
de conſtitutionibus principium: ut dicamus, hæ
ſunt quæ conſtitutiones principum appellamus.
Et hoc modo ceſſabit argumentum prædictum.
Sed certè iſta reſponſio non uidetur tuta:quia talis
ſubauditio non infertur neceſſariò ex uerbis rubri
cæ: Quum plerunq; rubrica ſit generalior nigro, 111
ut patet in rubri. C. de religioſ. & ſumpti. fune-
rum:& aleæ luſu & aleator.in cuius nigro nihil di
citur de luſu aleæ,ut glo.in dic.rub.dicit.& in rub.
C.de ſpon.& proſonet.ubi glo.in uerbo proſone-
ticis. Et econtrà, plerunq; nigrum eſt generalius 112
rubro ut Panor.hic dicit.Præterea hęc ſolutio non
conuenit ad.§.quod princip.inſtitut. de iure natu-
rali genti. & ciuili. ubi ponuntur ſimilia uerba
& tamen illa non poſſunt ſuppleri per rubricam.
Quare aliter & melius reſponderi poteſt duobus
modis: quòd illa iura non adſcribunt peculiariter

 princ

Universidad de Deusto Biblioteca
principi conſtitutionem. Quia non ſequitur, hæ
ſunt quas conſtitutiones appellamus: ergo leges
inferiorum non appellantur conſtitutiones. Sed
bene adſcribit Imperatori poteſtatem legis con-
dendæ. Et talis peculiaris aſcriptio legis condendæ,
non fuit facta Imperatori ad differentiam aliorum
principum, ſed ſolùm ad differentiam populi, pe-
nes quem erat Imperium, & poteſtas legis conden-
dę antequàm fieret lex regia de qua ibi ſicut etiam
facit in l. fin. ubi gloſ. in uerbo, ſolus Imperator. C.
113 de legib. Et nota unum de lege regia, quòd fuit fa-
cta tempore Veſpaſiani ut tenet Vlda. Zazius. De
quo tamen dubito, quia text. in l. 2. §. iuris ciuilis
ſcientia. ff. de orig. iur. dixit quòd Sextus Papirius
fuit longè ante Veſpaſianum. Secundo reſpondeo:
Poſito ſine præiudicio ueritatis, quòd iſte termi-
nus, Conſtitutio, adſcriberetur Imperatori in iuri-
bus præallegatis: per hoc tamen non infertur, quo-
minus poſsit attribui alijs principibus inferiori-
bus ex quo in eis militat eadem ratio, quia regula
114 dictæ. l. cùm præter. ff. de iud. uolens quod incluſio
unius ſit excluſio alterius: non procedit quando
in utroque eſſet eadem ratio includendi. Barto. in l. j.
in. j. oppoſit. C. de diuerſ. reſcript. per illum text.
cùm ſimil. ut per Feli. in. cap. nonne bene dicimus.
columna. j. uerſicu. fallit quarto. infrà de pręſumpt.
imò quod plus eſt, dic. l. j. ff. de conſtituti. princi. &
§. Sed quod principi. inſtitutio. de iure nat. gen. &
ciuil. retorqueri poſſunt in contrarium. Quia lex
ibi in illis uerbis, legem eſſe conſtat: appellat le-
115 gem conſtitutionem. Ergo edictum illius qui ha-
bet


bet poteſtatem legis condendæ erit conſtitutio.

Secundo principaliter pro hac opinione pon-
derat Decius text. in cap. conſtitutio. 2. diſtinct.
in uerbo, tantum. Sed reſponderi poteſt, ut Decius
hic reſpondet, quòd dictio, Tantum, non exclu- 116
dit caſus ſimiles: ut probat textus iuncta gloſſ. j.
in l. ob æs. C. de prædijs minorum. Pro parte
etiam contraria dominus de Ripa hic inducit tex.
in cap. lex eſt. 2. diſtinction. ponderando illum tex.
duobus modis. Primò in dictione, Eſt, quæ deno-
tat propriam ſignificationem, ut declarat Barto. in
l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulterijs. & ſic da-
tur intelligi, quòd uerè & propriè lex eſt conſti- 117
tutio, & per conſequens, qui poteſt facere legem,
poterit etiam facere conſtitutionem. Secundò pon-
derat illum textum inquantum ponit diffinitio-
nem: ut natura diffinitionis ſit ſignificare ſubſtan- 118
tiam rei diffinitæ, gloſſ. & Decius in l. omnes diffi-
nitio. ff. de regulis iuris. Panor. in rubr. infrà de ſen
tentijs excommunic. Confirmatur hoc, quia etiam
ex diffinitione colligitur propria ſignificatio ali-
cuius uocabuli: ut declarat Bartol. in repetition. l. 119
omnes populi. in 3. quęſtione 6. quæſti. principalis.
ff. de iuſtitia. & iure. Alcia. in rubr. ff. de uerborum
ſignificatione in princ. quibus adeo text. à nemine
allegatum in l. j. ibi, conceptionem diffinitionemque
habere propriam. C. de iure emphy. Sed ad prædi-
cta reſponderi poteſt, quòd ille tex. in cap. lex eſt. 2.
diſtinction. fuit factus per Iſidorum, cuius opinio
apud oratores non multum eſt probata, ut inquit
Alcia. in l. quinque pedum, C. famil. herciſci. Et licet

Universidad de Deusto Biblioteca



120 Gratianus poſuerit talia uerba in libro ſuo Decre-
ti, tamen ipſe non habuit poteſtatem legis conden-
dæ, ut tradit Feli. in c. 2. col. 19. uerſic. liber decreti.
infrà de reſcript. Nec decreta ibi poſita maiorem
uim obtinēt, quàm ſententiæ ſcribentium, quorū
autoritates in decreto inſertę ſunt: ut ex uerbis Feli.
in loco præallegato, colligitur. Ergo ex illis uerbis
121 nō poſſumus arguere ad propriam ſignificationē
uocabuli: quia uidemus, quòd ex uerbis gloſſato-
rum non eſt licitum arguere, niſi quatenus expreſ-
ſè aliquid decidunt. Alex. loquens in argumento à
122 contrario ſenſu l. j. col. 19. ff. de lega. j. Et reuera lex
differt à conſtitutione, ut tradit Bart. in rubr. C. de
legib. Iaſ. in l. conſtitutiones. C. de iur. & fac. ignor.
Secundò ad illum tex. in c. lex eſt. reſpōderi poteſt,
quòd textus ibi non appellat legem ſimpliciter
conſtitutionem, ſed appellat eam conſtitutionem
123 populi: & ſic cùm adiuncto. Vnde ſequitur regu-
la, quòd ubicunq; aliquid eſt tale, cum adiuncto
non eſt propriè tale. l. hoc legatum. ff. de legatis. iij.
& ubicunq; aliquid profertur cum adiuncto non
eſt proprie tale. Barto. in l. latius. § quæſitum. ff. de
leg. 3. bal. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.
Secundò arguit Barbar. hic quia ſi ſolius ſu-
premi principis decretum appellaretur Conſtitu-
tio, fruſtra in rubr. ff. de conſtitut principum, pone
retur ille genitiuus Principum. Quia ſufficiebat po
nere rubr. de conſtitutionibus. Sed reſpondetur,
quòd etiam plerunq; in rubricis ponuntur uerba
ſuperflua: ut patet in titulo de ſeruit. & aqua. Nam
ſufficiebat dicere de ſeruitutibus.





Tertiò pro hac opinione facit hæc rub. quæ ſim
pliciter loquitur de conſtitutionibus, & tamen in
nigro fit mentio etiam de conſtitutionibus inferio
rum à Papa. Ad hoc argumentum reſpōde ut per
Panor. quid tenendum. Barto. mihi placet, ut dica-
mus, quòd uerè & propriè iſte terminus, Conſtitu
tio, non ſolùm ſignificet legem edictam ab impera
tore, uel rege, ſed etiam legem editam ab republi-
ca, ac alijs inferioribus. Moueor primò, quia in ea-
dem ſignificatione apud Grammaticos & Orato-
res indifferenter accipitur, & ad illos in hac mate-
ria potius recurrendum eſt, quàm ad noſtros iuris
interpretes.
Secundò moueor per tex. in dict. c. Lex eſt. indu
cendo hoc modo: Omnis diffinitio debet conſtare 124
ex genere & differentijs. Alber. Brunus in tract. de
forma & ſolennitate. art. de generali cognitione for
mæ. col. pe. & fi. plura ad hoc allegans. Sed ibi po-
nitur diffinitio legis, cuius primum uerbum eſt, cō
ſtitutio. Et iſtud uerbum non poteſt ſtare niſi tan-
quam genus: & diffinitio ibi poſita non conuenit
niſi legi editæ à populo, ut ex reliquis uerbis diffi-
nitionis apparet. Ergo neceſſarium eſt dicere, quòd
uerbum, Cōſtitutio, ſignificat etiam legem editam
à populo, & id quidem propriè: quia in diffinitio- 125
ne uerba non ſolent ſignificare impropriè, ut ſuprà
dictum eſt. Nec obſtat ſi ad hæc dicatur prout ſu-
pra dicebam, quòd ille tex. fuit Iſidori, qui non ha
buit poteſtatem imponendi propriam ſignificatio
nem uocabulis: quia reſpōdetur, quòd pariter text.
in. c. conſtitutio. eadem diſtin. ſuper quo reſidet fun

Universidad de Deusto Biblioteca

damentum tenẽtium partem aduerſam eſt Iſidori:
ideo qua ratione Iſidorus non potuit dare propriã
ſignificationem uocabulis in uno loco, uidelicet in
dicto cap. lex eſt. eadem ratione:nec etiam in dicto
cap.conſtitutio.potuit dare propriam ſignificatio-
nem uocabulis. & ſublato fundamento text.in di-
cto cap.conſtitutio.non inuenitur aliquis text. qui
probet quòd iſte terminus,Conſtitutio,de proprie
tate ſermonis non ſignificet conſtitutiones inferio-
rum.Ideo ſi non apparet,quòd legiſlator iſti uoca-
bulo dederit propriam ſignificationem , ſequenda
eſt ſignificatio quam Grammatici & Oratores ſe-
quuti fuerunt. Nec etiam obſtat,quòd in illo text.
lex populi, non appellatur ſimpliciter conſtitutio,
ſed appellatur conſtitutio populi, & ſic cum adiun
cto : & ubicunq; aliquid profertur cum adiuncto,
non eſt propriè tale.Quia ſi hoc eſſet indiſtinctè ue
126 rum,corrueret alia regula quæ habet, quòd bonũ
eſt argumentum de ſecundum quid ad ſimpliciter.
quæ tamẽ probatur per tex.in.l.qui penè.ff.de ma
numiſ.Bal.in.1.conſtit.ffoꝝ.col.3.alleg.tex.in.l La-
beo.ff.de leg.1.ubi idem do.de Ripa in.3.notab.di-
cit,quòd ſi ſecundum quid deſtruat primum adia-
cens,tunc non eſt bonum argumẽtum de ſecundũ
quid ad ſimpliciter alias ſecus. Idem etiam tenet in
l.4.in prin.ſuper gloſ.ſi.uerſic.nec obſtat ſi dixeris.
ff.de re iudic.& in.l.1.col.16.in fi.uerſi.ſecundo pro
communi allegatur.ff.ſi cert.pet. & ideo in caſu no
ſtro non poteſt dici,quòd ille genitiuus Populi,ad-
iunctus huic nominatiuo Conſtitutio , importet
hunc effectum,quòd lex populi nõ ſit propriè con
ſtitutio



ſtitutio.Quia adiunctum nõ alterat diſpoſitionem 127
cui adiungitur.Et ita in ſimili arguit do.de Ripa in
l.j.in.1.notab.ff.de uulg.quod maximè dicendum
eſt in caſu noſtro in quo ille genitiuus Populi, non
poteſt cenſeri poſitus ad aliud , quàm ad denotan-
dum differentiã inter conſtitutiones populi, & con
ſtitutiones aliorum habentiũ poteſtatem legis con
dendæ.Nam quando adiunctum ponitur ratione
denotandæ differentiæ , tunc illud quod profertur
cum adiuncto benè eſt propriè tale.l.Iurecõſultus.
§.ſecũdo gradu.ff.de gradib.affi. aliâs ſequeretur,
quòd frater conſanguineus , & frater uterinus non
eſſent propriè fratres, quod eſſet abſurdum dicere.
Item etiam ſequeretur, quòd etiam conſtitutio Pa-
pæ non eſſet propriè conſtitutio,cùm text.in.c.fin.
infrà eodem , appellet eam conſtitutionem apoſto-
licæ ſedis.

Tertiò moueor,quia text.in.c.cùm omnes.infrà
eo. in duobus locis appellat conſtitutionem infe-
riorum ſimpliciter cõſtitutionem,ut patet ibi,Poſt
illam conſtitutionem &c.& ibi,Uſque ad tempus
prædictæ cõſtitutionis.Ad idem tex. in.c.cùm M.
Ferrarieñ.infrà eo.in illis uerbis, Poſt modum ue-
rò contra conſtitutionem illam &c.

Quartò facit,quia ſecundùm Grammaticos no- 128
mina uerbalia debent ſignificare actum ſui uerbi:
ſed uerbum,Conſtituo,cõuenit etiam inferioribus
habẽtibus poteſtatẽ legis condendæ,ut apud Cice
ronẽ : Aut,inquit,Caius Aquilius talis uir iuratus
hoc ius in ciuitate conſtituat.Et alibi:Quam deniq;
ciuitati legem conſtituere uelitis,& in.l.2.§. deinde
cùm

Universidad de Deusto Biblioteca

cùm eſſet in ciuitate.ibi ſibiq; iura cõſtitueret. &.§.
deinde quia difficile,ibi, quicquid conſtituiſſet ob-
ſeruabatur,idq; ius appellabatur.ff. de orig.iur. Et
129 inquit Feſtus,Conſtitutio hominum à conſtituen-
tium multitudine appellatur.

Nec poteſt dici,quòd propter dignitatem impe
ratoris,uel regis,iſte terminus,cõſtitutio, debeat pe
culiariter reſtringi ad eorum leges: quia terminus,
Conſtitutio, non habet energiam ſignificandi ali-
quam maiorem dignitatem,uel prærogatiuam in
condendo legem, quàm terminus, Lex,& alia uo-
cabula,quæ etiam conueniunt inferioribus princi-
pibus habentibus poteſtatem legis condendæ. Be-
130 ne tamen uerum eſt,quòd ſi ſimpliciter fiat mentio
de conſtitutione, nec apparet de qua conſtitutione
fuerit intellectum,in dubio debebit intelligi de cõ-
ſtitutione Imperatoris,uel Regis, tãquam dignio-
ri.per.§.ſed quotiens.Inſtit.de iur.natur.gent.& ci
uil. & confirmari poteſt hoc ultimum ex eo quod
notat Barto.in.1.rubric.C.col.1.uerſic.uenio ad ſe-
cundam partem. ubi tenet quòd appellatione Co-
131 dicis intelligitur de Codice Iuſtiniani, tanquam di
gniori:licet propriè Codex ſignificet etiam Codi-
132 ces Gregoriani,Hermogeniani,& Theodoſiani.Itẽ
facit,quia ſtatutum cuiuslibet ciuitatis uerè & pro-
priè appellatur ius ciuile.l.omnes populi.ff.de iuſt.
133 & iure.Et tamen ſi in aliqua diſpoſitione fiat men-
tio de iure ſimpliciter,nec appareat de quo iure di-
ſponens intellexerit,in dubio intelligatur de iure ci
uili Romanorum.per dict.§. ſed quotiens.Spec.in
tit.de appellat.§.nunc tractemus. uerſic. cæterum.

Ang.



Angel.in.l.ſi pater.C.quando mulier tut.offic.fun.
pot. Anto.Roſſelus in tract.de cõſil.col.197.Et ideo
dicit Bal.in conſil.390.in uolumine capitulorũ.col.
1.uerſic.præterea tunc eſt.in.3.parte. Pactum,quòd 134
in ſucceſsionibus iura ſeruentur,intelligi de iure cõ
muni Romanorum. Et ſi pater habẽs filium & fi-
liam,inſtituat eos in eo quod eis de iure contingit, 135
intelligitur inſtituiſſe æqualiter,ſecundum ius Ro-
manorum : licet ex forma ſtatuti municipalis filia
debuiſſet eſſe contenta ſua dote,Bal.in.l. quicunq;.
col.4.C.de ſer.fugit. Et conuentio facta inter prin- 136
cipem & dominũ alicuius terræ quòd in dicta ter-
ra ſeruetur ius: intelligitur de iure ciuili Romano-
rum.Bald.in conſil.171.Inter illuſtrem principem.
in.2.parte.Et ſi partes compromittant in aliquam,
ut de iure pronunciet,intelligi debet de iure Roma 137
norum. Ioan. And.poſt Guilielmum de Suza per
eum relatum in addit.Spec.in tit.de arbitro.§. ex-
cipitur.uerſic. Item quod eſt corruptus,addit inci-
pieñ.Guilielmus de Suza.quẽ corruptè allegat Ro
ma.in repeti.rub.de arb.col.6.in.15.quæſt.ſequitur
Ang. in diſputat.incip.duo ad iudicem litigantes.
Cardi.in.c.fi.infrà,de conſuetud.Albert.in.1. parte
ſtatutorum,quæſt.127.ſi compromiſſum eſt.quem
corruptè allegat Iaſ. in dicta.l.omnes populi. in.2.
notab.ff. de iuſtit.& iure. & dicit Cepolla cautela
136.dubitatio eſt,quòd propter hoc debet eſſe cau-
tus ille,qui habet compromittere.Eſt uerum quòd
iſta opinio quoad materiam compromiſsi,non ui-
detur eſſe communis.Nam contrarium tenuerunt
Bal.in l.illa conſtitutio.in fi.principij.ff.de hæredi.

inſtit.

Universidad de Deusto Biblioteca



inſtit.in.l.iuſtitia.circa fin.ff.de iuſtic. & iure. Imol.
poſt Anton.de But.in cap.quinta uallis. col.8.uer-
ſic.ſed circa prædicta inſurgit dubium.infrà,de iu-
reiuran.Alexã.in.l.poſt dotem.col.23.ff.ſolu.mat.
Panor.in rub.infrà,de conſuetu.ubi etiam Rochus
de Curte in ultima quæſt.Idem Panor.in.c.cuma-
na.col.penult. ſuper gloſ.in uerbo, de iure.infrà,de
elect.hanc partẽ uidetur tenuiſſe Corn.in cõſil.124.
Ardua primo aſpectu.col.fi.in.2.parte.eandem opi
nionem tenent Iaſ. Cacialupus, & Ioan. Crotus in
dicta.l.omnes populi.Idem Iaſ.in.l. præſcriptione.
C.ſi contra ius uel util.publi. & in.l. de quibus.col.
antepe.ff. de legib. Felin. ponens plures alias ratio-
nes in.c.ius generale.1.diſtinct.& in.c.licet cauſam.
de probat.Io.Lupus de palatiis,Rubeus in repetit.
rub.infrà,de dona.inter uirum & uxorem.Mouen
138 tur, quia etiam dicitur obſeruari ius commune
quando obſeruatur ſtatutum: quia ius commune
Romanorum iubet ſtatuta municipalia obſeruari.
Et in locis præalleg.Alexan.Iaſ.Rochus de Curte,
Felin.& Ioan.Lupus trad un de ueritate eius quod
139 uoluit Bal.in.l.2.C.de bonis quæ liber.An maritus
qui promiſit ſoluere dotem in omnem caſum iuris
communis, teneatur eam reſtituere eo caſu, quo
mulier decederet cum liberis, quo caſu de iure cõ-
muni Romanorum dos reuertitur ad patrem:licet
ſecus ſit de conſuetudine de qua atteſtatur Marti.
ut per gloſſam, in.l. ds à patre.C. ſoluto matri-
monio.

Pro præmiſsis etiam benefacit, Quia quando
140 rex Angliæ loquitur de iure, intelligitur de iure
Anglicano



Anglicano quod uiget in ſuo regno.ut not. Bald.
in.c.cùm ueniſſent.poſt princ.uerſi.in tex.ibi, ſecun
dum ius.infrà,de eo qui mitti.in poſſeſ.cau. rei ſer-
uan. Feli.in c. cauſam quæ.col.20.in fi. de reſcript.
Ioan.Lupus in dicta rubric. de donat. inter uirum
& nxorem.col.3. Decius in cap.1.in 1. lectura.in 1.
notab.infrà eod.

Et applicando præterea ad propoſitum iſte ter-
minus,Conſtitutio, de proprietate ſermonis ſigni- 141
ficat non ſolùm legem editam à principe,ſed etiam
legem editam ab inferioribus à principe, ut ſuprà
dictum eſt.Et hoc uerum, quando ſumus in mate-
ria,in qua terminus,Cõſtitutio, eſt aptus ad utrũ-
que ſignificandum, ſiue loquamur de aptitudine
naturæ,ſiue de aptitudine ſumpta ab interpretatio
ne & coniectura uoluntatis diſponentis.Et ideo re- 142
nuntians omni iuris auxilio cenſetur etiam renun-
tiaſſe auxilio ſtatuti.Roma.in conſilio.251. clariſsi-
mè dicitur Corne.in conſil.124.præalleg.in.2.par-
te.Licet Bald.in.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.col.fi-
na.uerſicu.quæro ulterius.ff.ſi quis caut. Sed ſi uel 143
propter materiam ſubiectam,uel propter alias con
iecturas aut cõſiderationes iſte terminus, Conſtitu
tio, debeat referri ad alterũ iſtorũ tantùm, ſcilicet
uel ad conſtitutionem principis,uel ad conſtitutio-
nem inferiorum:tunc ſi uelis ſcire,an debebit refer-
ri ad conſtitutionem principis,tanquam nobiliorẽ,
an uerò ad conſtitutionem inferiorum:hoc depen-
det ab his,quæ tradit Gonzadinus poſt alios,quos
allegat in conſilio.90.in cauſa Mantuana. colla.3.
uerſiculo, nono apparet, Plenè Iaſon. poſt alios,
quos

Universidad de Deusto Biblioteca

quos etiam allegat in conſil.149. Præſens quæſtio. per totum.in.2.parte.Franc.de Curte ſenior in conſil.46.ſuper controuerſia.col.fin.in quibus locis te-
144 nent,quòd etiam appellatione iuris communis continetur ſtatutum ciuitatis: & tunc non cenſetur intellectum de digniori,nec habet locũ text.in.§.ſed quotiens.Inſtit.de iure natur.gent.& ciuil. plus dixit Barba.in conſi.26. ſapiẽter ſcripſit doctiſsimus
145 apud Græcos Plato col.13.in.1.parte,quòd appellatione Iuris uenit etiã ius priuatũ, ſeu priuilegiũ. Et quum hoc totum dependeat à coniecturata mente diſponentis an uoluerit intelligere de uno iure, uel de alio:& idem an uoluerit intelligere de conſtitutione principis,uel de conſtitutione inferiorum, nõ poteſt ſuper hoc dari certa regula,nec etiam eſt hic locus ſuus: ſatis enim eſt hic tractare de propria ſignificatione huius uocabuli,Conſtitutio. Sciẽdum
146 tamen eſt quòd iſte terminus, Conſtitutio quãdoque aliam ſignificationẽ habet,ſumiturq́; pro quodam hominis inſtituto & naturali inclinatione,uel genio,de qua ſignificatione uide plenè Senecã lib. 22.epiſtolarum ad Lucilium,epiſtola.122.

147 Circa ſecundam quæſtionem Panor.colligo infrà ſcriptas concluſiones.Prima ſit concluſio,quòd in principe conſtitutio dicitur,quaſi communis ſtatuitio.Quia lex debet eſſe communis.c. erit autem lex.4.diſtinct.

148 Contra iſtam cõcluſionem ex uerbis Decij hic, in utraque lectura,multis modis argui poteſt: Primò,quia præſupponit,quòd conſtitutio perſonalis & quæ cõcernit aliquam priuatam perſonam non ſit



ſit propriè conſtitutio. Cuius contrarium probatur in dic.l.j.uerſic.planè ex his.ff.de conſtitu. prin. & in dic.§.Sed & quod principi.Inſtit.de iure nat. gen.& ci. Aliâs dum legerem hanc rubri. ad hoc arg. duobus modis reſpondebam: Primò, quòd etiam conſtitutio perſonalis poteſt dici communis ſtatuitio,habito reſpectu ad bonum commune ut inuitentur homines ad bene merendum uel abſtinendum à delictis ut in ſimili tradit Bald. in auth. habita.col.3.uerſic.ſequitur uerſiculus nanq; quod dignũ.C.ne filius pro patre. Et nunc reperio quod Moder.Papien.in repeti.huius rub. ponũt hanc reſponſionem dicentes,quòd adhuc non quieſcit animus,nec ultra declarant rationem quare adeò animo torqueantur. Dico ego,quòd etiam priuilegiũ 149
poteſt dici cõmunis ſtatuitio,licet cõcernat particularẽ & priuatã perſonam,pluribus rationibus.Prima,quia etiã priuilegia debẽt habere ſaltẽ ſecundariã conſiderationẽ utilitatis ſingulorũ,ut tradit Bal. in dic.auctẽ.habita.Secũda,licet priuilegia nõ afferãt principaliter utilitatẽ omnibus,tamẽ agant oẽs ad obſeruãtiã cõtẽtorũ in eis, ut dicã in c.j.infrà eo.

Secundo reſpondebam quòd Panor.hic uoluit ponere etymologiam reſpectu eorum,quæ cõmuniter cõtingũt, & ſatis eſt etymologiã uerificari ſecundum ea quæ cõmuniter cõtingunt.Et nũc reperio quod pręfati Moder.Papiẽ. ponũt hãc reſpõſionẽ,& illã confirmant per doctrinã eiuſdẽ Panor.in rub.infrà de iudic.ubi ſuſtinet diffinitionẽ iudicij ſecundũ cõmuniter cõtingẽtia.Deinde dicũt præfati Mode.Papien.quòd cõtra hoc ſemper eos turbauit

Universidad de Deusto Biblioteca



text.in l.j.ſ dolum.ff. de dolo. Et relinquunt co-
gitandum, dicentes ſe non inuenire Panorm. ibi in
hoc probatum.

Sed circa iſta dicta Modernorum Papien. im-
primis aduertendum eſt, quia idem do. de Ripa in
dicta rub. infrà. ſ. de iud. col. 6. in fi. motus per illu-
minet tex. in dicta. l.j. §. j. ff. de dolo, reprobat in hoc
Panor. ibi dicens, quod eum etiã reprobat Iaſ. pręce
ptor ſuus in rub. ff. ſol. mat. deinde ijdẽmet Moder.
Papien. in repetit. rubri. infrà de iud. col. 24. mu-
tauerunt opinionem, quam prius tenuerunt hic. Et
150 ſatis leuibus fundamẽtis tenuerũt, quòd ſatis eſt ue
rificari diffinitionem ſecundum communiter con-
tingentia, & ſatis etiam debiliter euadunt text. in
dic. l.j. §. dolum. nec opus eſt eius dicta refellere,
cùm ſit plus quàm receptum ab omnibus & philo
151 ſophis & legiſtis, quòd Diffinitio debet conuerti
cum ſuo diffinito, & quum hic non ſit locus ſuus
152 tractandi hanc materiam.

Secundò aduertendum eſt, quicquid ſit in diffi-
nitione, tamen quoad etymologiam uocabuli ueri
tas eſt, quòd ſufficiat eam uerificari ſecũdum com-
muniter contingentia. Pro hoc allego tex. forma-
lem in l.j. in princ. uerſic. & plerunq; nocte. ff. de fur
153 tis. ubi Furtum dicitur à furuo, id eſt nigro, ex eo
quòd plerunq; nocte fiat, licet non ſemper fiat de
154 nocte. Nec eſt bonum argumẽtum quo ad hoc de
diffinitione ad etymologiam, quia diffinitio uitia-
tur ſi plus contineat quàm diffinitum. dic. §. do-
lum. Et tamen etymologia non uitiatur, licet plus
contineatur in etymologia, quàm in uocabulo ethi
molo



mologiſato: ut patet in etymologio Mutui, & Te-
ſtamenti, & tradunt doct. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cer
tum petatur. & in l.j. ff. de teſta.

Secundò contra Panor. arguit Decius hic in. j.
lectura, quia hæc ethymologia conuenit etiam le-
gibus quæ fiunt per inferiores à principe, ex quo
illæ ſunt communes quo ad ſubditos, & tamẽ illæ
non propriè appellantur conſtitutiones, ut idem
Panor. concludit ſuprà in. j. quęſti. & hîc, dum ſpe-
cialiter loquitur in principe. Sed reſpõdetur, quòd
per hoc non uitiatur etymologia uocabuli, licet in
Ethymologia plura cõtineantur quàm in uocabu
lo ethymologiſato, ut patet in ethymologia Mu-
tui. Nam Mutuum dicitur, quaſi de meo tuum 155
fiat. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. peta. Et tamen domi-
nium transfertur ex pluribus alijs contractibus,
quàm ex contractu mutui. Similiter idem in ethy-
mologia teſtamenti concludit Bart. in dicta l.j. ff. de
teſta. Et propterea dicunt doct. communiter in. §. 156
appellata quòd argumentum ab etymologia uo-
cabuli affirmatiuè ſumptum non ualet.

Tertiò contra Panor. arguit Decius hic in 2. le-
ctura, quòd etymologia uocabuli debet reſpicere
perſonam agentis, & ſic fieri actiuè: non autem ue-
rificatur reſpectu perſonæ patientis, & ſic reſpectu
eorum, qui comprehenduntur in conſtitutione.
Et pro hoc argumento nihil allegat. Dec. Sed pa-
ce eius dixero, iſtud argumentum non cõueniebat
tanto uiro. Nam præſupponendum eſt, quòd iſta 157
nomina quæ deſcendunt à uerbis, cuiuſmodi eſt
uerbum Conſtitutio, ſignificant actiuè, & paſsiuè,
d 2 glo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



glo.j.in l.j.C.de procur.dicẽs,quòd uerbum Cau-
158 tio ſignificat actiuè & paſsiuè, tam reſpectu eius
qui cauet, quàm reſpectu eius cui cauetur. bonus
tex.loquens in teſtamenti factione in.§.in hæredi-
bus.Inſtitu.de hæred. qualit.& differen. & in.l.fi-
liusfamiliâs.j.ff.de teſta.ubi Bart.infert, quòd teſtis
159 deponens Titium agnouiſſe Bertham uiolenter,
non probat quòd Titius illam uiolentiam intule-
rit.Et ad hoc plura allegaui in rub.ff.de uerb.ſigni
fica. Et ideo propria etymologia talium nominũ
uerbaliũ debet uerificari actiuè & paſsiuè, prout
160 ipſa nomina ſignificant. Quia etymologia nihil
aliud eſt, quàm reſolutio uerbi in propriũ ſignifi-
catum.Bal.in c.j.§.ſi quis de mànſo. de controuer.
161 inueſtit.in uſib.feud.Simile in etymologia Mutui:
nam iſta uerba,De meo tuum:uerificantur à parte
eius qui tradit mutuum,propter illud Meo,poſitũ
poſt illam præpoſitionem,De:& in parte illius qui
accipit mutuum,propter illud pronomen Tuum.
162 Et ita dicẽdum eſt in propoſito. Nã cùm dicimus,
Conſtitutio eſt cõmunis ſtatuitio:iſta dictio Com
munis, uerificatur tam actiuè,& ſic à parte condi-
toris,qui maluit facere legem communem, quàm
paſsiuè,& ſic à parte eius qui ligatur.Nam ſicut il-
lud ſubſtantiuum Statuitio, quod eſt nomen uer-
bale,ſumitur actiuè & paſsiuè.ita illud adiectiuum
Communis,ſumetur actiuè & paſsiuè.Idem in ety
mologia huius uocabuli lex.Nam ut inquit Var-
ro lib.2.de lingua Latina,leges quę lectæ, & ad po
pulum latæ, quas obſeruet. Quo in loco cernere
eſt, etymologiam ſumi etiam reſpectu eorum qui





comprehenduntur in lege.

Quartò contra Panor. arguit do. de Ripa hic,
col.8.in paruo uol.Quia ſi ſecundum hanc etymo-
logiam lex populi deberet appellari conſtitutio,
quia etiam lex populi deberet eſſe communis, dic.
c.erit autem lex.4.diſtinct.& tamen Panor.ſ.dixit,
quod lex populi non eſt cõſtitutio:Et ſic ſecũdum
eundem dominum de ripa Panor. hic uidetur ſibi
aliquantulum aduerſari.Sed aduerte, quia hoc ar-
gumentum claudicat: Non enim ſequitur, in lege
eſt communis ſtatuitio, ergo lex eſt conſtitutio.
Quia hoc eſſet arguere ab etymologia uocabuli af-
firmatiuè,quod argumentum in iure non tenet,ut
ſ.dictum eſt.Et facit tex.in l.tabernæ appellatio.ff.
de uerbo.ſignifica.Alibi dixit Signo. de Homod. 163
Quòd argumentum ab etymologia uocabuli eſt
probabile,ſed non neceſſariò concludens:ita ipſe in
quit in conſil.70.in quęſtione uertente.col.2.uerſic.
non obſtat ſecundum. Et ex his remanet defenſata
opinio Panor. Finaliter tamen non placet mihi
iſta etymologia, quia ſecundum grammaticos di-
ctio Con,in compoſitione ſumitur pro ſimul, pro
contra, & pro ualde, & alias ſignificationes non
habet:melius eſt ergo dicere,quòd etiam in princi-
pe dicatur à Con,quod eſt ſimul: quia ante legem
regiam Imperium erat penes populũ Romanum,
& tunc conſtitutiones fiebãt ſimul:licet hodie non
ſic fiant.Sic uidemus in Vrbe, quæ dicitur ab ur-
bo,ideſt curuatura aratri,cum quo olim fiebãt Ci-
uitates,licet hodie non ſic fiant. Propterea, inquit
Varro de lingua Latina, quòd multa uerba aliud

nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant. Exẽplum ponit in hoſte, qui antea ſignificabat peregrinum: deinde cum de etymologia uerborũ loquitur quæ radices extra fines agunt. Sepe enim inquit ad limitem arboris radices ſub uicini prodierunt ſegetem. Requirenda tamen hæc ſunt à grammaticis, ſecundum quos hoc nomen uerbale Conſtitutio retinet etymologiam ſui uerbi.

164 Secunda ſit concluſio, à ſtatuto, facto contra aliquam particularem perſonã licitè appellari poteſt. l.j.§.ſolent.ff.quando appel.ſit.idem tenet Alex.in conſ.191.Eterni numinis colo.4.uerſicu.cõfirmatur quia uidimus.in 2.parte.

Ampliatur primo iſta concluſio, ut procedat etiam ſi ſtatutum ſit conditum per uerba generalia quætamen non poterant conuenire, niſi illi particulari perſonæ. Ita Panorm.hic: idem tenet Bart.in l. omnes populi.in ultima quæſtione quintę quęſtionis principalis.ff.de iuſt.& iure.idem Bar.in l.ſi res. col.j.uerſic.ſequitur tex.ff. de appellat.recip. Ang. Aret.in.§.ius ciuile.col.6.ad fi.uerſic.unum tamen notandum eſt.Inſtit.de iure nat.gen.& ciui. Et pro
165 hac ampliatiõe bene facit, quia genus quod in una tantum ſpecie uerificari poteſt, habetur pro ſpecie, & non pro genere.l.j.et 2.ubi plenè Doct.ff.de lib. & poſthu.

Secundo ampliatur, ut non ſolùm à tali ſtatuto poſsit appellari infrà tempora appellationum, ſed etiam per uiam querelæ poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem: ut tenet Panor.in.c.cum omnes. & ibi Decius in.3.notab.infrà eo. Et hoc eſt quod uoluit dicere



dicere Bald.in l.j.§.ſimiliq; modo.in fi. C. de lati.libert.tollen.dum dicit, quòd fortior eſt ſententia iu- 166
dicis, quàm ſtatuti. Quia ſententia iudicis, ſi ab ea non appellatur, tranſit in rem iudicatam. Secus eſt in ſententia ſtatuti.

Notandum tamen eſt, quòd talis facultas recla- 167
mandi non eſt perpetua, ſed tantùm durat per annum, ut probat tex.in l.qui grauatos.C.de cenſib. lib.11.Bar.in l.ambitioſa col.penul.uerſic.quęro infra quantum tempus.ff.de decre.ab ord.facien.Decius in.c.cùm omnes.in.5.notab.infrà eo.& in.c.cõſuluit.3.infrà de appellat. ad hoc etiam facit tex.in notab.in.c.j.§.Titius filios.in fi.ſi de feud.fue. controuer.inter do.& agna.in uſib. feud. cum pleriſq; alijs quæ copioſius dixi in lib.Pactorum, pag.107. numero.232.& dicam etiam in dic. ca.cum omnes ubi tenebo contra Decium.

Tertio ampliatur, ut etiam tale ſtatutum poſsit dici nullum, ſecũdum Panor.in dic.c.cum omnes, & in dic.c.conſuluit.facit tex.in l.ſi conſtat.ff.de appellat.Idem ſentit. Barto.in.l.fin.C.ſi contra ius uel utilitatem pub. Contrarium tamen tenet Dec.in dic.c.cum omnes.& in dic.cap.conſuluit.ubi dicit, quòd opinio contra Panor. eſt communis. Idem etiam tenet, & de communi opinione contra Panor. teſtatur Fran. de Curte iunior in l. fin. col.4. uerſicu.expeditis oppoſitionibus. C.de edic. diui. Adria.tollen.& in l.2.in ult.notab.per illum tex.ff. quod quiſq; iuris. Sed concordando opiniones, dicatis ex mente Aret.hic, in ultimis uerbis, quod opinio Panor.procedit quando ſtatutum eſſet factum

 in

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

168 in odium alicuius de collegio, qui tempore conditi ſtatuti contradixiſſet: tunc enim ſtatutum eſt nullum. Quia cùm contradicens ſit ſanior pars capituli, in eo uidetur ius reſidere capituli, ut not. in ca. ſcriptum. infrà de elcte. Et hac ratione idẽ uidetur dicendum, ſi ſtatum fiat in odium alicuius qui non ſit de collegio, ſed tamen unus de collegio contra dicit. Quia ſemper contradicens eſt ſanior pars capituli: quod notat quia Doctores de hoc nihil dicunt.

169 Fallit nunc primò, ut non procedat quando ſtatutum re & nomine eſſet generale, quia tunc à tali ſtatuto non poterit appellari, ut tradit Barthol. in dic. l. omnes populi. & in dic. l. ſi res. ff. de appellat. recip. Decius in dicta cap. conſuluit. Et pro hac opinio. Aret. hic allegat text. à nemine allegatum in capit. quia nos infrà de appellatio. Nota ta-
170 men, quòd ſi ſtatutum eſt nimis generale, & proter ſuam generalitatem aliquos de facto læderet, eo quia de facto extenderetur ad perſonas quas de iure ſtatutum non comprehenderet, poſſunt illæ perſonæ læſæ petere, ut declaretur ſpecificè, quas perſonas illud ſtatutum includat, & quas excludat. Exemplum, ſtatutum eſt, quòd omnis declinãs iuriſdictionem poteſtatis poſsit impunè offendi. Certum eſt, quòd de iure communi non includit clericos declinantes. Quia ſtatutũ non potuit in clericos diſponere. c. nullus. de fo. cõpeten. Tamẽ multi uulgares, et etiã imperiti offendunt etiam clericos declinãtes. iuriſdict. poteſtatis, poſſent clerici petere, ut ſpecificè diſponatur quod ſtatutũ nõ extẽderetur





ad clericos. Ita Ioan. Andr. in. c. 1. de immunit. eccleſiæ. in. 6. Stephanus de Fredericis in. 2. parte tracta. de interpreta. iuris. circa finem.

Secundò fallit, quando perſona quæ ex tali ſta- 171
tuto læditur eſſet notoriè delinquens: quia ualet ſtatutum factum in odium delinquentis, ſi delictum erat notorium: ut tenet Bald. in l. amiſsione. §. j. ff. de cap. diminut. Idem Bald. in authen. habita. col. 3. uerſic. ſequitur uerſiculus, Nam quod dignum. ubi
tenet, quòd etiam poſt delictum commiſſum poteſt 172
fieri ſtatutum contra delinquẽtem, & ibi Barba. in apoſtillis plura ad hoc allegat. ſic etiã fuit factum. c. unicum. de ſchiſmaticis. in. 6. in confuſionem domus decollumæ de eccleſia malè merentis: quod poſtea ob eius emendationem fuit ſolenniter annihilatum per Benedictum undecimum, in conſtitutione incipiente, Dudum bonæ memoriæ. & refert Felin. in. c. ſi quando. col. 8. infrà, de reſcript.

Tertiò generaliter fallit, ut non procedat, quando tale ſtatutum fieret ex iuſta cauſa ut concedit Alexã. in conſil. 191. præalleg. in. 2. parte. de quo tamen dicendum eſt, ut per doct. in. c. quæ in eccleſiarum. infrà eod.

Tertia concluſio ex uerbis Panormi. colligitur, quòd etiam cõſtitutio in principe dicitur quaſi ſimul ſtatuitio, eo quia princeps cum conſilio procerum ſtatuit. l. humanum. C. de legib. de quo dic ut hic per Decium in utraque lectura: dum tamen cõtra iſtam concluſionem arguit, licet conſtitutio fiat cum conſilio procerum, tamen attribuitur princi-
pi. hoc nihil eſt: quia etymologia fit reſpectu for- 173

Universidad de Deusto Biblioteca



mæ actus ſignificati per uerbum,non autem habi-
ta conſideratione ad nomen actum facientis, ut in
urbe,quæ dicitur ab urbo,& tamen non attribui-
173 tur urbo,ſed conditori illius. Et dum Decius & do
mi. de Ripa hic tractant an princeps ſine conſilio
procerum,uel Papa ſine conſilio Cardinalium poſ-
ſunt condere legem : uide Ioan. Crocum in rub.de
174 conſtitut.in.6.Et addo quòd ſi conſilium Pariſien-
ſe,uel procerum,uult uno modo decernere,& Rex
Franciæ uult alio modo ſtatuere,iubet rex Frãciæ
obtemperandum eſſe conſilio: ut habetur in ordi-
nationibus Ludouici duodecimi arti.135.incip. Itẽ
auons enioinct. Et eſt conſonum rationi, ut tradit
Neuizanus inter conſilia Alber. Bru. in conſil.12.
patres concederunt,cor.28.poſt princ.Et arreſto cu
175 riæ Parlamenti iniunctum eſt omnibus Seneſchal-
lis, ut ſi quæ literæ regiæ eis præſentarentur, quæ
contra rationem eis uiderentur, uel contra ordi-
nationem curiæ,uel arreſta magiſtrorum, non ſta-
tim pareant eis : ſed per eos Rex conſulatur, & in-
terea contenta in literis maneant in ſuſpenſo,ut ha-
betur in arreſtis curiarum Parlamenti,arreſto.182.
Quod eſt conſonum iuri & rationi,ut per Felin. in
c.nonnulli.col.23.uerſic.fallit ſexto.infrà,de reſcrip.
176 Antiochus quoque datis diplomatibus edixit,ut ſi
quid ſuo iuſſu contra leges & iura decretum foret,
ſibi non parerent,impuneq; aduerſarentur, ut Ale
xander ab Alexandro inquit lib.6. dierum genia-
177 lium.c.23. in fi. Item addo communem eſſe con-
cluſionem,quod etiam in arduis Papa nõ teneatur
adhibere conſilium Cardinalium niſi de honeſtate,
ut te



ut tenet Claud. de Seyſello poſt alios, quos allegat
in Speculo Feudorum,col.6.uerſic. nam quantum
ad ualiditatem.ubi idem dicit in principe ſeculari, 178
quo ad conſilium procerũ. Eandem etiam dicit cõ-
munem reuerendiſs.dominus Iacotatius Cardina-
lis ſancti Clementis, in tracta. de conſil.lib.7. art.5.
col.33. & pluribus ſequentibus. & col.79.uerſic.ad
illud quod dicitur. Reperio tamen quòd Moderni
Papienſes in repetitio. huius rubri.col.16.uerſic. an
Papa ardua explicare poſsit.tenuerunt contra com
munem per quinque argumenta. Sed recitabo
duo principalia,remiſsis alijs, quæ facilia ſunt. Im-
primis enim inducunt textum in dicta.l. humanũ.
dũ conditionaliter loquitur.Ex quo apparet quòd
textus non poteſt intelligi de urbanitate,prout Do
cto. intelligunt. Quia omnis conditio cenſetur eſſe 179
de forma. Bald.in authenti.matri & auiæ.C.quan-
do mulier tutel.offic.fungi poteſt.Sed miror quòd
non aduerterint ad Baldum in dicta.l. humanum.
in prima & ſecunda oppoſitio.qui fatetur,quòd in
illa.l. traditur forma legis condendæ. Sed dicit,
quòd illa forma nõ eſt ita præciſa, ut per eam prin
ceps uideatur ſibi legem impoſuiſſe. Ideo infert,
quòd illa forma reſpicit humanitatem, ut patet in
principio,dum dicit, Humanam. Ideo dicit Alber-
tus Brunus in tractatu de forma & ſolennitate,ar-
ticu.de potentia & affectibus formæ & ſolennita-
tis.collat.fina. Quòd licet princeps det formam le-
gibus conſtituendis: ſi tamen fiat lex, non ſer-
uata illa forma, ualet, & tenet. Alibi dicimus,
quòd ſolennitas inducta à lege non ligat ipſum 180
princip

Universidad de Deusto
Biblioteca



principem,qui formam dedit,nec eius ſucceſſorem.
cap. in cauſis.& cap. olim. & utrobique plenè Fe-
lin. infrà,de re iudica. cum ſimilib. ut tradit idem
Alber.Brunus in dicto tract. de forma & ſolennit.
art. quas res & perſonas comprehendat diſpoſitio
introducens formam uel ſolennitatem.col.20.in fi.
uerſic. inſuper quæri ſolet. Et ſi uelis uidere plenè,
an & quando conditio inducat formam, uide eun-
dem Alber.Brunũ in dict.art.quando aliquid cen-
ſeatur traditum eſſe pro forma.col.17.uerſic.unde-
cima concluſio.& col.ſeq.& ſic nõ obſtat primum
fundamentum Moder.Papieñ.

Item mouentur præfati Moderni Papieñ.Quia
ſciens & conſuetudo curiæ conſtituunt ius.c.quàm
graui.infrà,de crimi.fal.addo Panor.in.c.ex literis.
in.1.notab.infrà eo.Decium in conſi.699.accepi re-
uerenter.poſt princ.in ultima parte. ubi poſt domi
nos de Rota per eum allegatos dicit,quòd ſtylus ſa
181 cri palatij facit ius.Et poſt Alex. per eum alleg. di-
182 cit, quòd ſtylus principis idem operatur quod con
183 ſuetudo. Sed ſtylus & cõſuetudo Romanæ curiæ
ſic ſe habent, ut Papa nihil arduum agat ſine cœtu
cardinalium:ut patet in multis locis,in quibus Pa-
pa dicit,ſe aliquid facere de fratrum ſuorum conſi-
184 lio & aſſenſu.Sed reſpõderi poteſt, Stylũ non poſ-
ſe plus inducere quàm conſuetudo poſſet. ut etiam
fatentur Doct.præalleg. dum æquiparant ſtylũ &
conſuetudinem.Et conſuetudo cõtra Papæ autho-
ritatem nihil operatur.c.quãto cum materia.infrà,
de conſuetud. Iſta conſuetudo eſt huiuſmodi, ergo
nihil debet operari. Ita in iſtiſmet terminis arguit
præfatus



præfatus reuerendiſs. Cardinalis ſancti Clementis
in dicto tracta.de conſil.lib.7.arti.5.col.79.in fi.uer-
ſic. Et cùm dicitur quòd Cardinales ſunt in quaſi
poſſeſsione. Ex quibus ſit expeditus præſens ar-
ticulus:Reliqua,quæ cõcernunt poteſtatem Papæ,
dicam in.c.1.infrà eo. Notãdum tamen eſt,quòd 185
Alexan.Seuerus imperator nullam legem ſacraſſe
dicitur ſine x x. iuriſperitorum, & quinquaginta
diſertiſsimorum conſilio: ut inquit Aymarius Ri-
ualhis Dalphinatus ſenator digniſsimus in libro hi
ſtor.iuris ciuilis.Pet.Rebuffi in auth.habita. in uer
bo,examinatione.C.ne filius pro patre. Alexan.ab
Alexãdro,lib.6,dierum genialium.c.23. ubi etiam
tradit modum qui obſeruabatur in ſancienda lege
antiquitus. Inſuper notandũ eſt,eos qui primùm
leges ſanxerunt,populis oſtẽdiſſe eas ſe ſcripturos,
atque laturos:ut inquit Cicero lib.2.de legib.

Quarta concluſio, Si cõſtitutio largo modo ac- 186
cipiatur,tunc dicitur à Con,quod eſt ſimul, & Sta
tuitio:quia omnes de cõgregatione ſimul ſtatuunt.
de qua concluſione Decius hic in prima lectura tra
dit.Sed concludendum eſt generaliter,ut ſuprà di-
xi,in prima concluſione.Poſito enim quòd iſte ter-
minus Conſtitutio,impropriè ſignificaret conſtitu
tionem inferiorum à principe: per hoc tamen non
mutaret etymologiam ſuæ propriæ ſignificatio-
nis. Quia hoc reſpectu diceretur terminus uniuo-
cus, qui ſecundùm eandem rationem ſignificandi
unum propriè,aliud impropriè ſignificaret,ut dixi
in rub.ff.de uerb.ſignifi.

Vltimò notandum eſt, inquãtum Decius hic in
prima

Universidad de Deusto Biblioteca



prima lectura dicit,quòd licet ab etymologia Iuriſ-
conſultorum non ualeat argumentum,tamen ety-
mologia debet ab alijs taliter dari,quòd conueniat
uocabulo. Ad hoc dico,quòd non uidetur proba-
bilis ratio diuerſitatis inter iſta duo,ex quo Iurecō
ſulti ponentes etymologiam uſi fuerunt etymolo-
gia antiquiorum oratorum. Præterea non omnis
etymologia ab oratoribus data patitur hæc argu-
menta:patet in uerbo Hæreſis,de quo in libello de
hæretic. Et idem in etymologia uocabuli Lex, de
qua infrà dicetur in.3.quæſt. Panor. Item inquan-
tum dicit, quòd in dicto.§.appellata. ubi eſt uoca-
bulum etymologia cōcurrit,quia fatendum eſt ſe-
cundùm communes concluſiones & tunc forma-
tur argumentum negatiuè: quia ubi non eſt dare
etymologiam,ibi non eſt dare uocabulum etymo-
logizatum. Sed non ſic econtra, ſi quis uellet dice-
re,quòd ubi eſt dare etymologiam , eſt etiam dare
uocabulum etymologizatum,malè diceret, ut iam
ſuprà dicebam. Ex quibus omnibus ſit expedita
187 hæc ſecunda quæſtio Panor. Et ſi uelis ſcire , quid
differat deciſio à conſtitutione,uide Iordanum Ba-
xium in repeti.cap.1.§.contrahentes.col.18.uerſicu.
expeditis literalibus.de foro competen.in ſexto.

Circa tertiam quæſtionem Panor.Doct.hic latè
188 inſtant in illa quæſtione, An ſcriptura ſit de eſſen-
tia legis uel cōſtitutionis?Ponam igitur argumen-
ta quæ ad utrāque partem ſeruiunt, deinde dicam
quæ mea ſit opinio.

189 Pro opinione affirmatiua facit tex.in.l.humanū.
C.de legib.ibi tūc legata dictari, & ſic ea denuo col
lectis



lectis omnibus recēſeri, & cùm omnes cōſenſerint,
tunc demum in ſacro noſtri numinis cōſiſtorio re-
citari &c. Sed ad hoc reſpondetur,quòd in illa lege
non eſt aliquod uerbum denotās neceſſariam eſſe
ſcripturam. Nam primò uerbum Dictare,differt à 190
uerbo Scribere,ut probat tex.formalis in.l.j.de his
qui ſibi adſcribunt.dum facit mentionem de eman
cipato, qui ſcripſit hæredem patre dictante. Et ita
ad dict.l. humanum. reſpondit Barba. hic, putans
quòd ſolùm in d.l.ponderaretur uerbum Dictari.
Hanc etiam reſponſionem Decius hic in.j.lectu. ſibi
adſcribit. Si autem quis uelit in illa.l.pōderare uer-
bum Recēſeri:uidetur quòd ſimiliter uerbum Re- 191
cenſeri,nō exigit ſcripturam de neceſsitate: ut pro-
bat text. qui ad hoc uidetur formalis in.c.cùm ad
ſedem.infrà,de reſtitu.ſpol.gloſ.relata ad tex.in.l.3.
§.ſi quis noxali. in uerbo,Recenſione.ff.ad exhibē.
Item uerbum Recitari,nō importat ſcripturam,ut 192
inquit do.de Ripa hic,allegans Iuuenalē dicentem,

*Impunè ergo mihi recitauerit ille togatus*
*Hic elegos.*

Sed aduerte,quia licet uerbū Recitare differt à uer-
bo Scribere , tamen uerbum, Recitare,præſuppo- 193
nit ſcripturā præcedentem:ut in iſtis terminis con-
cludit Lucas de Penna,per multa iura,quæ ad hoc
allegat in.l. unica.collatio.6.C. de ſtud. liber. urbis
Romæ.lib.11. & probat text.in.l. prima,ibi, hære-
dem ſcriptū in tabulis ſuis recitauerit.ff.de his quæ
pro non ſcript. haben. unde Valla in Poggium
lib. tertio.recitare eſt aperta uoce rem ſcriptam uel 194
legere uel memoriter pronuntiare. Et idem Valla
in Bar

Univerſidad de Deusto Biblioteca



in Bartholomeum Faccium lib. 2. recitare pro narrare accipis, quod ſecus uſus habet. Eſt enim recitare propriè ex ſcriptis ad uerbū apud alios pronun-
195 tiare. Item uerbum, Dictare, apud Grammaticos ſignificat quod alio ſcribente pronūtiatur, & ſic denotat quòd ſcriptura ſubſequatur. Quare Decius hic in prima lectura alio modo reſpondet, fatendo, quòd ibi data eſt forma legis, ut in ſcriptis redigatur: ſed dicit, quòd illa forma non uidetur neceſſaria ſecundùm Bartol. ibi. Contra quam reſponſionem replicat do. de Ripa hic, dicens, quòd Barto. in dicta. l. humanum. ſolùm uult, quòd ſolennitas conſenſus procerum non ſit neceſſaria: non autem loquitur de ſolennitate ſcripturæ. Patet, quia loquitur de ſolennitate omiſſa per Iuſtinianum in condendo libros Authenticorum, in quo non fuit obmiſſa ſolennitas ſcripturæ. Ergo reſpectu ſolēnitatis ſcripturæ uidetur potius Bar. uelle contrarium, quòd ſcilicet illa requiratur. Sed certè ego credo, quòd Bart. uoluerit generaliter intelligere ut ſonāt eius uerba. Nam in prin. illius legis Bart. ponit formam legis condendæ, Quòd ſcilicet primò examinetur, ſecundò ſcribatur, tertiò recitetur. & ita ſummauit illam legem, deinde opponit cū gloſ. de uol. Auctenticorum, ubi non fuit ſeruata hęc forma. Et pro reſponſione ponit iſta uerba: Veritas eſt, quòd iſte ordo nō eſt neceſſitatis, ſed uoluntatis, ideo eius omiſsio non uitiat. Certè nemo ſanæ mentis mihi negabit, quin pronomē Iſte, referatur ad ordinem, de quo in dict. l. humanum. non autem ad eum ſolum ordinem, qui fuit obſeruatus in condendo libros





bros Auctenticorum.

Quare Moderni Papien. in repet. huius rub. col. 25. uerſic. ad contrariam partem, aliter ad reſponſionem Decij replicant, dicentes, formam ibi traditam neceſſariam eſſe: & adhoc tenendū monentur, quia tex. ibi loquitur condictionaliter, & Conditio im- 196
portat formam, ut etiam arguebat in illa quæſtio. An princeps poſsit facere legem ſine conſilio procerum. Et licet quoad terminos illius quęſtionis argumentum non militet, quū forma non liget prin- 197
cipem: ut in eadē quæſtione dixi. Tamen argumentum bene uidetur procedere in hac quęſtione: tum quia hic ſolum diſputatur de præſumpta uoluntate principis, an ſcilicet ex eius præſumpta uolūtate de beat cenſeri lex antequā ſit in ſcriptis redacta: an uerò teneat nomen cuiuſdam tractatus legis nondum perfectæ, nec obligatoriæ. Tum etiam quia hæc ratio, quòd forma non liget principem, non impediret, quominus ille tex. probaret eam formā eſſe obſeruandam ab inferioribus à principe, ad exemplū Imperatoris: & doctores in iſta quæſtione non ſolùm loquuntur de lege principis, ſed etiā de lege inferiorum à principe.

Tertiò ad dict. l. humanum. reſpondet Decius hic in. j. lectura, quòd ibi habetur reſpectus ad communem obſeruantiam, quæ eſt, ut lex reducatur in ſcriptis. Quam reſponſionem Mod. Papien. hic impugnant quibuſdam rationibus ſatis leuibus fateor tamen quòd hæc reſponſio domini Decij ſit magis quædam euaſio, quàm uera reſpōſio. Quia ibi plura diſponuntur aliter, quàm conſueuerint ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſeruari in lege cõdenda. Et poſtea in fi. ponit, quòd
non aliter lex ſit promulganda, niſi ſeruata hac for
ma. Ergo ibi non habuit Imperator reſpectum ad
communem obſeruantiam, ut etiam ſentiũt. Doct.

Secundo pro hac opinione facit, quia lex dici-
tur à legendo, ergo præſupponit ſcripturam: quia
ſcriptura eſt quæ legi poteſt. l. 2. §. j. ff. quemad. te-
198 ſta aperiant. & l. j. §. legi. ff. de his quæ in teſta. Ad
hoc reſpondent quidam, ut refert do. de Ripa hic:
199 quòd imò lex dicitur à ligando. Tu dic, obmiſsis
uerbis domini de Ripa hic, quòd imò lex dicitur à
legendo, ut inquit Varro lib. 2. de lingua latina. Et
Cicero lib. j. de legib. ubi ex hoc infert, quòd lex ſo
lum dicitur, quæ ſcripto ſancita eſt. Idem ſequitur
Budæus in l. 2. in prim. ff. de orig. iur.

Plura alia fundamenta in utranq; partem faciũt
Doctores quæ Barba. hic longo apparatu proſe-
quitur: nec mihi uidetur hãc quæſtionem eſſe adeò
utilem, ut tanto apparatu indegeat, maximè cùm
communis opinio ſit, nõ requiri ſcripturam ad eſ-
200 ſe legis. hanc enim opinionem tenet Io. Andr. in. c.
nemo poteſt ad impoſsibile. de reg. iur. In. 6. ubi ta-
men dicit, quòd ſi eſſet princeps neceſsitatẽ ſcriptu
ræ imponeret conſtitutionibus inferiorum. Hanc
etiam opinionem tenent do. de Rota, deciſ. 246. con
ſtitutio ſiue ſtatutum eodem titulo in nouis. ubi ex
hoc inferunt, quòd ſtatutum capituli poſsit proba-
ri per teſtes. Panor. Anto. de Put. & Imol. hic, cum
ſimil. hic alleg. per Doct. quibus addo gloſ. Franci-
ſci de Pauinis in præludijs extrauagan. Io. XXII.
dicentem, ſcripturam non eſſe de ſubſtantia extra-





uagantium. Et faciunt quæ tradam in ca. in noſtra.
circa fi. infrà tit. j. in illa quęſtio. an ad eſſe gratiæ re
quiratur ſcriptura. Sed operæ pretium eſt reſpon-
dere ad tex. in dic. l. humanum. qui certè mirabili-
ter cõtorquet omnem ſcholam Canoniſtarum, &
legiſtarum. Quare ad illum tex. puto reſpondendũ
eſſe, quòd quicquid ſit de alia forma ibi poſita: ta-
men ſcriptura ibi non uidetur requiſita, tanquam
ſolennitas ſubſtantialis, qua omiſſa, actus uitietur,
aut non habeat nomen legis. Probo hoc euidenti-
bus rationibus. Prima eſt, quia forma legis conden
dæ ibi tradita tendit ad finem, ut lex ſit magis deli-
berata, ut patet in illis uerbis, Pene enim cognoſci-
mus, quòd cum noſtro conſilio fuerit ordinatum
id ad beatitudinem noſtri Imperij, & ad noſtram
gloriam redundare. Scriptura autem non poteſt
ad aliud requiri, niſi ad finem, ut de lege facilius cõ-
ſtare poſsit c. j. de renuntiat. in 6. facit text. in l. iube-
mus. §. ſed ne aliqua. C. de teſta. Et inquit Cicero
in oratione pro Sylla, quòd ſi iam eſſem oblitus
ſeueritatis & conſtantiæ meæ, tamńe amens eram,
ut cùm literæ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ
ſubſidio eſſe poſſent. Ideo licet forma, de qua in di-
cta l. humanum. ſit per conditionẽ importata, quia
tamen ſcriptura in l. non reſpicit proprium finem,
propter quem fuit appoſita conditio, ideo ſufficere
debet, legem dictari, recenſeri, & recitari abſq; ſcri-
ptura. Et ſic per æquipollens, dummodo alia for-
ma illius legis obſeruetur. Ad hoc allego notab. di-
ctũ Bal. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. col.
2. in prima quęſt. uerſi. undecimo dicitur. ff. de iur.

Universidad de Deusto Biblioteca



201 iuran.ubi uult, quòd quando conditio eſt appoſi-
ta ad tertium finem ſufficit eam impleri per æqui-
pollens.
Secunda ratio:quia ſcriptura quo ad legis effi-
caciam nihil operatur, ergo debet cenſeri leuis ſo-
202 lẽnitas:quia illa dicitur Leuis ſolẽnitas,cuius omiſ-
ſio parum,aut nihil releuat,ſecundum Barto.in l.j.
§.fi.per illum tex.ff.de uentre inſpic.in l. cum hi.§.
ſi prætor.ff.de tranſact.Iaſ in l.3.§.purè, circa fi.ff.
de lib.& poſthu.ubi etiam dicit illam eſſe leuem ſo
lennitatem quæ non eſt magnæ importantiæ,con-
ſiderato effectu allegat Paul.de Caſtro in l.uniuer-
ſas.C.de precibus impera.offer. Quod etiam ulti-
mum tenet idem Iaſ.in dicta.§.ſi prętor cum ſimil.
ut plenè per Alber.Bru.in tract.de for. & ſolennit.
art.de potent. & effect. formæ & ſolennita. col.46.
uerſi.ſecundo prædicta regula.
Tertia ratio eſt;quia ſi dicamus, ſcripturam eſſe
requiſitam: illa non poteſt eſſe requiſita antequam
lex ſit facta:Quia quod non eſt, ſcribi non poteſt:
unde ſuccedit regula,quòd qualitas quæ poteſt in-
203 teruenire poſt actum, non eſt de ſubſtantia actus:
ut tradit Gem.in c.ut circa.§.j.circa finem.uerſi.ex
his not.de elect.in 6.
Quarta ratio eſt: quia non eſt uerum, quòd in
dicta l.humanum.ſcriptura conditionaliter requi-
ratur;nihil enim ponitur in cõditione pręterquàm
conſenſus iudicum & ſenatus: aliud enim impor-
tant illa uerba,Et ſi uniuerſis tam iudicibus, quàm
uobis placuerit: quæ uerba referuntur ad tractatũ
eius materiæ ſuper qua lex condi debet,de quo tra





ctatu in prin.legis fit mẽtio.Et ſi in dic.l.ſic aliquod
uerbum requirens ſcripturam, hoc erit uerbũ Di-
ctari,aut uerbum Recitari:quæ uerba non ſunt po
ſita in cõditione, ſed in diem incertum,ut patet ibi,
Tunc legata dictari:ponderando dictionem Tunc,
quæ denotat extremitatem temporis,l. ſi his lega- 204
tum.§.fi.ff de condit.& demonſtrat. & l. in ſubſti-
tutione.in.fi.ff.de uulg. Eſt ergo ſenſus illius legis,
ut ſi id,quod pro lege condenda tractatum eſt, pla
cuerit,dictetur,& recitetur. Et ſic illud quod eſt po
ſitum in conditione,eſt ſenſus iudicum, & ſenatus:
id autem quod eſt collatum in euentum conditio-
nis eſt dictamen,& recitatio legis. Et iura quæ di- 205
cunt,quòd conditio importat formam,intelligun-
tur de eo quod eſt poſitum in conditione, non au-
tem de eo quod fieri debet eueniente conditione.Si
militer tex.in dic.l.humanum.non dicit, quòd lex
aliter facta non ualeat;ſed ſolum Imperator decla-
rat,quòd aliter legem non promulgabit; & ſic ſo-
lennitas ibi poſita non reſpicit actum condendi le-
gem,ſed actum promulgandi:unde conſiderandũ 206
eſt,quòd aut de ſubſtantia legis nõ requiritur pro-
mulgatio,& tunc ex illa l.humanum. dante formã
promulgandi legem, non poteſt inferri, quòd illa
requiratur in actu condendi legem, cùm ſint diuer
ſa,ut probat tex.in c.j.ibi,cum conſtitutio ſolenni-
ter editur,aut publicè promulgatur.infrà de poſtu 207
la.prælat.Aut uerò ad eſſe legis requiritur promul
gatio, & tunc non uidetur, quòd ſcriptura ſit de
ſubſtantia:princeps enim promulgando, aut pro-
mulgari faciendo legem, cenſetur uelle quòd illa

Universidad de Deusto Biblioteca

lex liget,dato quòd non ſit ſcripta, nec alia ſolenni
tas obſeruata:de quibus in dicta l. humanum,nam
forma illius legis non operatur contra uoluntatem
principis , ut ſupra dicebam in quæſt, an princeps
poſsit facere legem abſq; conſilio procerum.

Pręterea illa uerba,quòd Imperator legem non
promulgabit,niſi ſeruata forma,de qua ibi:non de
bent referri ad ſolennitatem ſcripturæ, ex quo poſ-
ſunt referri ad alia,quæ uidentur magis eſſe de for
ma ſubſtantiali. Ita in ſimili reſpondet Alex.in l.2.
§.prius.col.2.uerſicu. nec obſtat.dict.l.prętor.ff.de
uulg.in.l.fin.in prin.colum.fina.in medio.C.de iu-
re deliber. Et formalius hoc ſequitur Alber.Bru-
nus in tract.de forma et ſolēnita.art.quādo aliquid
cenſeatur eſſe traditum pro forma.col.15.ad finem,
uerſiculo & ſi lex. plulibus ſolennitatibus enu-
208 meratis .& duobus uerſicu .ſequent. Vbi etiam
limita regulam quæ habet, quòd quando lex lo-
quitur conditionaliter, cenſetur requirere id quod
eſt in conditione poſitum,tanquàm grauem ſolen-
nitatem : ut non procedat , quando plures ſolenni-
tates in conditione ponerentur,quarum aliquæ ſui
natura eſſent graues,& aliquæ leues.

209 Et dum in dicta l.humanum.ponitur forma le-
gis condendæ,notandum eſt,quòd antiquitus ſi in
illa lege ferenda populus aduerſaretur illam non
reciperet,nec eam ferri,aut promulgari ſineret,nul
lam uim habebat . Ferebat enim præco legem ad
populum in auctoritate & iuſſu Dictatoris,Cōſu-
lis,Prætoris,ut ſubijciente uerba,& præeunte ſcri-
ba. Qui cùm illā promulgaſſet, id demū firmum





erat , ſi in eo quod cauebatur populus author fie-
ret:ipſaq; lata,& promulgata,atq; in æs inciſa, atq;
in ærarium condita,ita eius ſcitis omnes aſtringe-
bat , ut eius firma maneret autoritas , aduerſusq;
eam ſi quid factum foret,poſſet non iure factum ui
deri.hæc Alexan.ab Alexandro, lib.6.dierum ge-
nialium.c.23.Ad quod ultimum,quòd lex in æs in
ciſa in ærarium conderetur,uide quæ dixi in lib.de
ærario.c.2.in fin.De modo etiam antiquo in feren-
dis legibus uide Budæum in l.2.§.& cùm placuiſ-
ſet.ff.de orig.iur. Inſuper notandum eſt, quòd 210
ueteres prius quàm literas ſcirent,leges cantabant,
ne eas obliuioni darent,ut inquit Ludoui. Cælius
Rhodiginus libr.9.lectionum antiquarum cap.5.
Et ex his ad laudem Dei omnipotentis ſit expedi-
ta præſens rubrica.

## SEQVITVR CAP I.

*Summatur & diuiditur ut per Panor. hic.*

NOTO primò ſecundum Panorm. 1
hic in.j . not. quòd appellatione Ca-
nonis uenit conſtitutio eccleſiaſtica.
Quid dicatur Canon & unde dica-
tur , uide domi . de Ripa . ſupra in
rubr.col.16.& pluribus ſequen. Feli. Decium hic,
qui etiam tractant,an appellatione Canonis conti-
neatur cōſtitutio epiſcopi,ſeu ſynodalis.in qua quę
ſtio Feli.hic concludit, quòd de lata ſignificatione
appellatione canonis continetur etiam conſtitutio

Universidad de Deusto Biblioteca

epiſcopi,uel ſynodalis:& ideo in materia fauorabi-
li faciente mentionem de canone talis conſtitutio
contineretur. Et ponit exemplum Feli. hic, quum
datur poteſtas diſpenſandi prout etiam exemplifi-
cat Cald. in conſil. 16. an canonis appellatione in
3 tit.de conſtitut. Et ideo abbas habens priuilegium
ut poſsit diſpenſare cum monacho ſuo incurrente
irregularitatem impoſitam à canonibus: poterit
etiam diſpenſare ſuper irregularitate impoſita ex
eo quòd quis celebrauit poſt excõmunicationem
latam ex generali conſtitutione ſui ordinis: ut tra-
dit Cald.in conſil.19. Abbas habet priuilegium. in
tit.de regul. Alias eſt in conſil.403. habito numero
omnium conſiliorum quod allegat.Feli. hic. Qui
4 tandem contendit,quòd poteſtas diſpenſandi eſt fa
uorabilis. Idem etiam tenet Feli.in.c.fin.col.penul.
uerſic.quarta & ultima cõcluſio infrà de ſymo.ubi
etiam allegat dictum cõſilium Calde. Adde quòd
contrarium tenuit Io.de Anna.ibi, quem ſequitur
Franciſcus de Curte ſenior in addit. quam fecit
ad conſilium nonum, incipiens, Ticinenſi ſtatuto,
circa finem. Cogita circa hoc,quia text. in dic. cap.
finali.nullum ſtringit pro opinio. Feli. Item adde
quòd conſilium Calde.in conſil.19.præallegato pa
rum facit pro opini. Feli. Quia licet monachus
ſit excommunicatus ex conſtitutione ordinis, ta-
men poſtea celebrando non incurrit irregularita-
tem ex conſtitutione ordinis, cùm illa de irregu-
laritate nihil dicat: ſed incurrit irregularitatem à
canone cap. clerici.& ca.latores.de cler.excom.mi-
niſt.cum ſimil.

Secun



Secundò dicit Felin.hic,quòd de proprietate ſer
monis appellatione canonis non continetur conſti 5
tutio ſynodalis Epiſcopi. Et ideo ſi in materia ſtri-
ctè intelligẽda fieret mentio de Canone, talis diſpo
ſitio non comprehenderet conſtitutionem ſynoda-
lem Epiſcopi. Tamen do. de Ripa in dict.rubri. ſu-
prà eo.col.18.tenet contrarium. Mouetur per text.
in clement.1.de priuil.inducendo illum hoc modo.
Nam primò ponitur ibi regula generalis,quòd 6
excõmunicati ſunt religioſi qui abſoluũt excõmu-
nicatos à canone. Deinde ponit ibi tres exceptio-
nes: Prima, quando abſoluerent in caſibus à Iure
permiſsis. Secunda,quando abſoluerent ex ſpecia-
li priuilegio Papæ. Deinde ſecundum eundem de
Ripa pro tertia exceptione ponũtur illa uerba, Vel
à ſententijs per ſtatuta prouincialia, uel ſynodalia,
promulgatis. Ergo pręſupponit,quòd ſtatuta pro-
uincialia & ſynodalia continebantur appellatione
canonis; aliâs non eſt opus ponere exceptionem de
talibus ſtatutis. Exceptio enim regulariter debet eſ- 7
ſe de corpore regulæ,& de his quæ continebantur
ſub regula.l.nam quod liquidè.§.fi.ff.de penu leg.
Sed aduerte,quia pace ſua dixero,ipſe non uide-
tur intellexiſſe illum tex. nõ enim eſt uerum,quod
illa uerba, Vel à ſententijs per ſtatuta prouincia-
lia &c. ſint ibi poſita tanquam exceptio à regula:
quinimo ſunt ibi poſita tanquã pars regulæ. Nam
ibi ponitur regula,quòd religioſi abſoluentes excõ
municatos à canone,uel à ſentẽtijs per ſtatuta pro-
uincialia,aut ſynodalia,promulgatis, ſunt excom-
municati. Et ſic illæ exceptiones poſitæ inter primã

 &ſe

Universidad de Deusto
Biblioteca



& ſecũdam partem regulæ, in quibus à regula ex-
cipiuntur caſus à iure uel ſpeciali priuilegio cõceſ-
ſi, debent ſignari per parentheſim, ut nõ impediant
connexionem alterius partis regulæ. Quia niſi ita
diceremus, ſequeretur quòd religioſi abſoluentes
excommunicatum à conſtitutione prouinciali, uel
ſynodali, nõ inciderent in pœnam illius clem. quod
tamen eſt contra mentem gloſ. ibi, dum quærit, an
religioſi abſoluentes à ſententia hominis incurrant
pœnam illius clem. Si enim abſoluentes excommu
nicatos à conſtitutione ſynodali non incurrerant il
lam pœnam, certè fatuũ eſſet dubitare, quid de ab-
ſoluentibus excommunicatos ab homine. Quia ut
8 Card. ibi dicit in. 27. quæſt. Abſoluens excommu-
nicatum à canone uel conſtitutione ſynodali con-
temnit legem, & eius authorem: at ille qui abſoluit
excõmunicatum ab homine cõtemnunt hominem
tantùm. Et ſic opi. Feli. in hoc ſecundo dicto rema-
net ſubſtentata ab impugnatione domini de Ripa.
Alcia. tamen ratione. Quia quum in pluribus locis
9 iſte terminus Canõ ſumatur pro cõſtitutione qua-
cunque, ſiue papæ ſiue inferiorum à Papa: non eſt
præſumendum quòd legum & canonum latores
impropriè loquuti fuerunt: maximè cùm etymolo
gia uocabuli conueniat, ut Panor. hic dicit. Et nihil
obſtet quominus hoc uocabulum, Canon, uerè &
propriè etiam conſtitutionem inferioris poſsit ſi-
gnificare. Tenendo opinionẽ contra Feli. domi. de
Ripa in dicta rubr. ſuprà eodem. collatio. 18. tenuit,
10 quòd iſte terminus Canon, capi poteſt duobus mo
dis, & utroque modo propriè. Vno modo capitur
in ge



in genere, & tunc ſignificat non ſolùm Canonem
editum in conſilio generali, uel à Papa: ſed etiam
ſignificat Canonem inferiorum, ac concilij Pro-
uincialis, uel ſynodalis. Alio modo poteſt capi in
ſpecie, & tunc ſignificat Canonem editum in con-
cilio generali. Sed hæc opinio impugnari poſſe ui-
detur ex his, quæ dicunt Moderni Papienſes in re-
petitio. rubricæ huius tituli. collatio. 9. uerſicu. ulti-
mo non obſtant. ubi reprobant ſimilem opinionẽ,
quam Decius tenebat in uocabuli cõſtitutione. Mo
uentur, quia uidemus quòd adoptio poteſt capi &
in genere & in ſpecie, ut eſt text. forma. in. l. 1. ff. de
adopt plenè per Iaſ. licet ibi nõ allegent, in. l. ſi arro-
gator. col. 1. uerſiculo, pro inductione præmitto. ff.
illo titu. ubi refert Aulum Gellium. Addo etiam
quòd de inquiſitione quæ in arrogandis his, qui
ſui iuris ſunt, tradit Alexand. ab Alexandro, libro
ſecundo, dierum genialium. cap. 8. ubi refert, quòd
ſi quis ſui iuris arrogandus foret, quæ cauſa ado- 11
ptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæ'ue
eſſent ſacra, apud pontifices quærebatur, quæ lex
curiata dicta eſt. Et licet adoptio capiatur in gene-
re, tamen dicunt Moderni Papienſes, quòd Arro-
gatio propriè & ſtrictè non eſt adoptio: ideo ap- 12
appellatione adoptionis non uenit arrogatio, ubi
materia eſſet odioſa. Ergo non tenet conſequen- 13
tia, Conſtitutio uel Canon capitur in genere & in
ſpecie, & utroque modo propriè: ergo Conſti-
tutio inferiorum erit propriè Conſtitutio, uel Ca-
non.

Sed reſponderi poteſt, fatendo quòd ſecundum
ſpecialem

Universidad de Deusto
Biblioteca



14 ſpecialem ſignificationẽ arrogatio non eſt adoptio
imò differunt tanquam ſpecies ſeparatæ:ſed ſecun-
dum ſignificationem quæ ſumitur in genere,arro-
gatio dicitur eſſe adoptio,quia eſt ſpecies adoptio-
nis ſicut Sortes dicitur homo,quia comprehenſus
15 eſt ſub genere. Et quod dicitur,in materia odioſa
appellatione Adoptionis non cõprehendi arroga-
tionem,nõ eſt ex eo quòd adoptio illam ſignificet:
ſed potius ex eo,quia illam ſolùm ſignificat,ſecun-
16 dũ quod ſumitur in genere. Et in materia odioſa,
diſpoſitio quæ poteſt ſumi ut genus & ut ſpecies,
ſumitur potius ut ſpecies quàm ut genus ratione
17 odij reg.odia.de reg.iur.in.6.Et dicimus,Verbum
quod poteſt capi in genere & in ſpecie,in dubio ſu
mitur in ſpecie, & non in genere.l. hoc legatum.ff.
de leg.3.Franc.de Curte iunior in.l.ſi familia.col.2.
in prin.ff.de iuriſd.om.iud.Alex.in rub.ſol.matri.
col.5.uerſi.pro hoc facit.Alciatus declarãs hoc pro-
cedere ſolùm in diſpoſitione hominis, & nõ in diſ-
poſitione legali in.c.1.in.2.nota.infrà,de offic. ordi.
Gonzadinus in repet.l.qui ſe patris.col.32.in fin.&
ſeq.per totam.C.unde liberi.ubi infert ad multa,&
limitat hoc nõ procedere,quãdo appareret de men
te ſtatuẽtium,quòd generaliter uoluerint diſpone-
re:quia tunc etiam ſtatutũ odioſum & pœnale ge-
neraliter intelligetur. allegat gloſ.in.c. contra chri-
ſtianos.de hæretic.in.6.Alex. in authen. ex teſta.C.
de colla.& in.l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan.unde
18 utrũqꝫ poteſt ſtare : ſimul quòd Canõ habeat duas
ſignificationes , unam in genere, aliam in ſpecie, &
utranqꝫ propriè. Et tamen in materia odioſa appel
latione



latione Canonis non cõtinetur cõſtitutio inferiorꝶ.
Secundò præfati Moderni Papieñ. mouentur:
Nam uidemus quòd Diœceſis tanquã genus præ- 19
dicatur de ciuitate,& tamen Ciuitas propriè & ſtri
ctè non eſt Diœceſis. Diœceſis ſcribendũ. Sed pa-
ce eorum dixero,Diœceſis & Ciuitas non diffe-
runt tanquam genus & ſpecies, ſed potius tãquam
totũ & pars:ideo nõ mirum ſi Ciuitas nõ eſt Diœ- 20
ceſis.Quia genus à toto in hoc differt,quòd in una 21
quacꝫ ſpecie eſt genus, quum nihil aliud ſit genus
quàm plures ſpecies ſimul collectæ. At in unaqua-
que parte non adeſt totum.Iſtam differẽtiam egre-
giè ponit Rodolphus Agricola lib.1. de inuentio-
ne dialectica.c.9.Ferrarius in.l.ſemper generalibus.
in princ.ff.de regu.iur.ubi dicit, quòd minus pro-
priè interpretes genus ad totum referũt. Hanc etiã
differentiam Plato in ciuili expreſsè poſuit, pag.3,
in princ. Et dum Moderni Papieñ.dicunt quòd in 22
materia odioſa appellatione diœceſis non compre-
henditur Ciuitas:reſponderi poteſt ut ſuprà reſpõ-
di ad argumentum de adoptione & arrogatione.
Et dum præfati Moder.Papieñ.dando inſtantiam
pro eorum fundamento ponunt exemplum in di-
cto.§.plebs.Inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil.Nam di-
cunt ipſi, Plebs à Populo differt, ſicut genus à ſpe- 23
cie:& tamen cõſequentia nõ eſſet, Pariſienſis plebs,
ergo populus. Quia imò iſta conſequẽtia eſt bona
ſecundum Logicos ut ſuprà dictum eſt. Et proba-
tur ex multis uerbis Rodolphi Agricolæ in loco
præallegato:habent enim Dialectici duo argumen
ta & duas regulas quas Maximas uocant ; dicunt
enim

Universidad de Deusto Biblioteca



enim ualere argumentum, Homo currit, ergo animal currit. Et pariter ualere argumẽtum, Sortes eſt homo, ergo ſortes eſt animal. Et ſubinde ponũt dictas duas regulas: unam, quòd quicquid de ſpecie prædicatur, idem etiam de genere ſuo prædicatur. Aliam econtrà, quod de quocunq; prædicatur ſpecies, de eodem etiã prædicatur genus. Item hæc conſequentia bene probatur ex uerbis Vlda. Zazij in ſuo tracta. ubi intellectus ſingulares locorum iuris
24 aliquot tradit. c. 1. col. fi. ubi dicitur, quòd quotiens genus reſtringitur ad ſuam aliquam ſpeciem, non amittit nomen ſui generis, ſed efficitur minus generale. Finaliter hæc conſequentia probatur ex una
25 communi regula, quæ habet, quòd genus uerè & propriè cõprehendit omnes ſuas ſpecies, dict. l. ſemper generalibus. ff. de reg. iur. Bald in. l. ij. C. de iure aureo. annul. Decius in. l. j. in. 2. notab. ff. de reg. iur. Barto. in rub. ff. ſolu. mat. col. penult. in fi. Panor. in c. in noſtra. infrà, de reſcript.

Sed ad hoc ultimum præfati Moderni Papieñ. in dict. rub. ſuprà. eo. multis modis reſpõdent, licet præmiſſa non allegent: dicũt tamen, quòd quidam Iacobus de Puteo doctor Hiſpanus cuidam collegæ ſuo fecit argumentum de dicta. l. ſemper generalibus. Et cùm dictus collega in ipſis paleſtris muſſitaret, non fuerunt dicti Moderni dedignati huic argumento reſpondere pluribus modis.

Primò reſpondent, quòd regula dictæ. l. ſemper generalibus, non procedit affirmatiuè, ſed ſolùm negatiuè: & hanc limitationem probant per legem ſi cauſa cognita. C. de tranſact. ad quam ex infrà dicendis



cendis patebit reſponſio. Item pro hac limitatione præfati Moderni Papieñ. allegant text. in. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. probat, quòd appella- 26
tione donationis cõprehẽditur donatio cauſa mortis, quæ eſt ſpecies. Et tamen dicunt ipſi, Remota fa- 27
cultate donãdi in genere, cenſetur etiã remota facultas donandi cauſa mortis. Sed ad iſtud facilis eſt reſponſio. Nam ad illam legẽ dantur plures intellectus, & tamẽ nullus ex eis facit pro opinio. Moder. Papieñ. Primò enim Bar. poſt Iaco. de Aret. & Paulum de caſt. ibi concludunt, quòd appellatione do- 28
nationis propriè, non cõprehenditur donatio cauſa mortis. Et ſecundum iſtum intellectũ donatio cauſa mortis nõ eſſet ſpecies donationis: illa enim fit cõ 29
templatione mortis, & ſic non ex mera liberalitate, cùm donat quod retinere non poteſt. Item confertur in tẽpus mortis, & ante mortem donator pœnitere poteſt, qua ratione participat de ultima uoluntate. Secundò Alber. ibi dicit totũ contrariũ, ſcilicet quòd de proprietate ſermonis donatio cõprehẽdit 30
donationẽ cauſa mortis tanquã ſpeciẽ. Sed ille tex. procedit per interpretationẽ & cõiecturatã mentẽ patris, dãtis hãc licẽtiã donãdi: & ſecũdũ hũc intellectũ etiã ille tex. nõ obſtat. quia nos loquimur de ꝓpria ſignificatione uocabuli, ille tex. procedit per interpretationẽ. Tertiò Imol. ibi ponit cauſam cõiecturę & interpretationis: Nã ille tex. loquitur de licẽtia donãdi quã pater unà cũ peculij adminiſtratione cõcedit filio, ideo nimirũ ſi intelligitur de donatione inter uiuos. Et licet Imo. nõ uideatur reſidere ſuꝑ hoc intellectu, Tamẽ reuera intellectus mihi multum

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



multum placet. Non enim eſt præſumendũ,quòd
pater concedendo adminiſtrationẽ peculij cũ licen-
tia donandi,uoluerit intelligere de donatione quæ
confertur in tempus mortis,quo tẽpore deſinet ad-
miniſtratio peculij.Et quòd ille tex. debeat ſic intel
ligi,probatur ex eo,quia tex.in.d.§.pari.& in.d.§.
ſeq.ueniunt cõtinuatiuè ad principiũ legis, quæ lo
quitur de conceſsione peculij. Et hoc etiã pluribus
alijs rationibus oſtendi poſſet circa quas nõ inſiſto,
quum hic non ſit locus ſuus.Et ſecundum hunc in-
tellectum etiã ille text.nihil facit pro opin. Moder.
Papieñ.quia ſolùm procederet in caſu ſuo propter
coniecturatã mentem patrisfamiliâs.Quartò Alcia
tus in.l.alienatum.§.donationis uerbo.ff.de uerbo.
ſigni.dicit,quòd donatio cauſa mortis,non dicitur
31 propriè donatio,niſi ſequuta morte,& etiam ſecun
dum hãc arg. Moder.Papieñ.in.d.§.pari. nihil ob-
ſtat.Finaliter Imol.in.d.l.filiusfamiliâs. Reſpondet
32 ad arg.quòd fieri poſſet,dicendo:quòd genus pro-
priè cõprehẽdit ſuas ſpecies,ut procedat,niſi in una
ſpecie eſſet diuerſa ratio comprehenſionis,quàm in
alia. Et quòd genus comprehendat omnes ſuas ſpe
cies,etiam affirmatiuè,probatur in.d.l.ſemper gene
ralibus. ponderando quòd loquitur affirmatiuè.
Item ponderando dictionẽ ſemper.Item ponderan
do illud uerbũ Inſunt,quod denotat propriã ſigni
ficationẽ,ut dixi in lib.Pactorum.pag.385.nu.582.

Item ad hoc quòd argumẽtum procedat etiam
affirmatiuè,allego Corn.in conſil.200. Conſulue-
runt iam diu. collatio.2. uerſiculo,& dicere. quòd
legitima ſit genus, in tertia parte, ubi arguit hoc
modo:



modo:Homo eſt,ergo animal. Et quòd hoc argu-
mentum ſit concludens,probatur in.l.ſi quid eorũ.
§.interemptum.ff.de legat.3.ponderando uerbum
Ineſſe,quod denotat propriam ſignificationem, ut
ſuprà dixi.per quem text.Bal.in.l. conuenticulam.
col.2.uerſic.Item eſt argumentum à poſitione ſpe-
ciei.C.de epiſco.& cleri.generaliter concludit,quòd 33
poſita ſpecie, neceſſariò ponitur genus quod ibi
præeſt.Et ita etiam arguit Chriſtophorus Hegen-
dorphinus lib.4.dialecticæ legalis, quẽ eò libentius
citare uolui, quia is mixtam habet peritiã Iuris &
dialectices.Et reuera tam Legiſtæ quàm Dialectici
ita paſsim & indifferenter arguunt. Bene tamen ue
rum eſt, quòd licet ad remotionem generis quæli- 34
bet eius ſpecies cenſeatur remota.l.ſi cauſa cognita.
C.de tranſact.Bald.in dicta.l.conuenticulam. col.2.
uerſic.Item eſt argumentum à remotione generis.
Imol.in.d.l.filiusfamilias.ff.de donat. Tamen affir-
matiuè non ualet argumentum , ut poſito genere 35
quælibet eius ſpecies cenſeatur poſita.Et hoc intelli
gitur quo ad neceſsitatem incluſionis:Tamen quo
ad aptitudinem prædicandi,ſeu ſignificandi, argu-
mentum procedit,etiam affirmatiuè : quod genus
ſignificet omnes ſuas ſpecies, licet non ſemper præ-
ſupponat illas eſſe in actu. Ita Bal.in.c.1.in fi.princ.
per quos fiat inueſtit.in uſib.feud.qui facit pro opi
nione noſtra,licet Moder. Papieñ.illum allegent in
contrarium.Et dato quòd argumẽtum de poſitio-
ne generis ad poſitionem ſpeciei etiam reſpectu ſi-
gnificationis non cõcluderet affirmatiuè:tamen ſa-
tis eſt,quòd argu. procedat de ſpecie ad genus. Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim arguimus: Conſtitutio inferiorum, uel conſi-
lij prouincialis, ac ſynodalis, eſt ſpecies conſtitutio-
nis, uel canonis: ergo uerè & propriè eſt cõſtitutio,
uel canon. Quod arg. ſine dubio tam apud nos,
quàm apud dialecticos eſt efficax. Et ita patet, re-
ſponſum eſſe ad dictã l. ſi cauſa cognita. quam Mo
der. Papien. pro eorum opinio. allegabant.

36 Secundò ad argumentum dic. l. ſemper genera-
libus. reſpõdent Moder. Papien. quòd ſpecies ineſt
generi largo modo, non tamen propriè, & ſtrictè.
Et ad doctrinam Bal. in l. 2. C. de iur. aureo. anulo.
reſpondent duobus modis. Primò, quòd Bald. ita
loquitur in ſpecie, quæ ineſt generi ex propria na-
37 tura ipſius generis. Secundò, quod dum Bal. ibi di-
cit, ſpeciem ineſſe generi ſecundum ueritatem: hoc
dicit ad ſignificandum, quòd non ineſt ſecundum
fictionem. Sed per hoc non infertur, quòd ſpecies
propriè & ſtrictè inſit. Sed uereor, ne de iſtis Mo-
der. Papiẽ. dictis dici poſsit, quod de libris ſuis Me
troclẽ dixiſſe ferunt, τάλλε ἐστὶ ὀνειρο νέρτερον φαντάσματα.
uera enim ſchola Canoniſtarum, Legiſtarum &
Dialecticorum tenet, quòd genus uerè & propriè,
38 hoc eſt, quoad propriam ſignificationem, compre-
hẽdit omnes ſuas ſpecies: ut patet ex his quæ ſupra
dicta ſunt, & quæ tradit Alcia. lib. j. de uerbo. ſigni
fica. in prin. Et ſiquis teneret cõtrarium, cõtra eum
non eſſet arguendum. Quum philoſophus dicat,
quòd contra negantem principia non eſt arguen-
dum. Item non uideo, quare magis in caſu. l. ciues.
C. de incolis lib. 10. ac Bald. in dicta. l. 2. c. de iure au-
reo, anul. ſpecies inſit generi ex propria natura
generis



generis, quàm in caſu noſtro. Nam in dicta. l. ciues.
fit mentio de ciue in genere, & ſignificantur illi qui
ſunt nati in Ciuitate: item illi, qui ſunt adoptati:
Item illi, qui ſunt manumiſsi, Ita ergo dicẽdum eſt,
quòd ubi fit mentio de canone uel conſtitutione ſi-
gnificetur non ſolum canon uel conſtitutio edita
in conſilio uniuerſali, uel à principe, aut papa, ſed
etiam conſtitutio edita ab inferiori à principe, uel
in conſilio prouinciali, ac ſynodali. Et ſic apparet
defenſata opinio domini de Ripa.

Finaliter tamen tutior uidetur eſſe opinio, ut di 39
camus, quòd iſte terminus Canon eſt terminus ge-
neralis, qui propriè ſignificat omnem conſtitutio-
nem eccleſiaſticam ſiue manauerit à conſilio gene-
rali, ſiue etiam ab inferioribus prælatis. Et re uera
hæc probatur in. c. regula. §. porro. 3. diſtincti. nec
obſtat quod habetur. 3. diſtinctio. in ſumma. & in
pleriſq; alijs locis, in quibus fit mentio de canone,
& decretalibus epiſtolis, uel de canone & ſtatutis
prouincialibus, & ſynodalibus, tanquam de diuer
ſis. Quia ad omnia illa iura reſpondetur, Quòd licet
illa faciant mentionem de canone in genere, & ni-
hilominus faciant etiam mentionem de epiſtolis
decretalibus, uel de conſtitutionibus ſynodalibus:
non tamen ex hoc inferri poteſt, quòd ſub uerbo
canon decretales & cõſtitutiones ſynodales nõ con-
tineantur. Nam uidemus, quòd genus uerè & pro 40
priè omnes ſuas ſpecies continet, ut dixi ſuprà. Ta-
men quandoq; genus exprimitur cum aliqua ex
ſuis ſpeciebus. l. ſanctio legum ff. de pœnis. & l. doli
clauſula. ff. de uerb. oblig. Facit tex. iunctis ibi nota

Universidad de Deusto Biblioteca

tio per Panor.in.j.notab.in.c.ſi aduerſus. de hæret.
ad idem tex.melior de iure in l.ſi ſeruus ſeruum.§.
inquit lex.ff.ad.l.aquil.ubi tex.formaliter dicit, nõ
eſſe nouum, ut quibuſdam ſpecialiter enumeratis
generalis regula ſubdatur, quæ omnia comprehen
dat. Et licet in aliquibus locis fiat mentio de cano-
ne, in quibus terminus canon uerificetur in conſti-
tutione ſynodali: Tamen per hoc non excluditur,
quin comprehendat etiam alios canones: niſi talis
41 conſtitutio eſſet facta ad correctionem aliorum ca-
nonum: & ita ceſſant omnia argumenta. Quid au-
tem ſit Pragmatica, quid Decretalis, & de alijs uo-
cabulis ad id pertinentibus, uide do. de Ripa in di-
cta rubr.ŝ.eo.col.18.& ſequen. Imol. & Barba. hic.
42 Vnum etiam nota, quòd Canonium locus eſt
deſtinatus ſacris uiris ac canonicè uiuentibus, ut in
quit Ludouicus Cælius Rhodiginus libr.5.lectio-
num antiquarum ca.11.
43 Secundo noto in uerbo Statuta, ſecundũ Card.
hic, quòd appellatione ſtatuti continetur ius com-
mune. Ad idem text.in l. omnes populi. ibi, uoca-
turq́ ius Ciuile.ff.de iuſt.& iure.ubi omnes Doct.
tradunt.addo Bar.in diſputat.incipien. Lucanæ ci-
uitatis ſtatuto.col.5.ad fi.uerſic.ad ſolutionem igi-
tur. Et idem in Conſuetudine tradit Panor. per il-
lum tex.iuncta glo.in.c.j.extra de ſponſa. Corn.in
conſi.268.in hac conſultatione.col.5.ad finem.in.4.
parte, in conſil.107.in hac col.fi.in princ.in.2.parte.
Et pro iſta opinione allego primo tex. in.c. ſtatutũ
in prin.de reſcrip.in.6.ad idem tex. in.ca.ſtatutum,
de præbend.in.6. in quibus locis conſtitutio papæ





appellatur ſtatutum.
Secundo pro hoc facit not.deciſio Ioan. And.in
ca.ei cui.col.fi.in gloſ.de præbend.in.6. in nouella,
ubi impetrans patiebatur defectum ætatis quam
requirebat beneficium: ex eo, quia per ſtatutum ec
cleſiæ factum fuerat ſacerdotale, & impetrans non
habebat eam ætatem, quam de iure cõmuni requi-
rũt beneficia ſacerdotalia: Quærebatur, an per clau
ſulam non obſtantibus ſtatutis eccleſiæ impetrans
cenſeretur factus habilis, non obſtante defectu æta-
tis. Reſpondet ibi Ioan. Andr. quòd ſic, dicens ſe ui-
diſſe declaratoriam in quadam cauſa, ut ſibi uidere
tur Nouarienſis præbendæ.
Tertiò ad hoc facit doctrina Bald. in l.præſcri-
ptione, col.6.uerſi.reſtat uidere exempla. C. ſi cõtra
ius uel util.pub. ubi frater primo genitus præten-
dẽs conſuetudinem eſſe, quòd primo genitus in to
tum ſuccedat, impetrauit reſcriptũ, per quòd man
datur iudici, quòd ſi ita eſt, ſibi totũ adiudicet: dein
de in iudicio uult proſequi, quòd totũ ſibi adiudice
tur per Ius commune, ex eo, quia alij fratres repu-
diauerũt eorum partes. dicit ibi Bal. quòd expreſ-
ſio conſuetudinis non excludit ius commune, imò
omne ius uidetur intentatum: ex quo Iaſ. ibi col.4.
uerſic. imò plus. infert, quòd appellatione conſuetu-
dinis uenit ius commune.
In contrariũ tamen fortiter ſtringunt ſequentia
fundamẽta. Primò iſtud uocabulũ, Ius cõmune, eſt
uocabulũ magis generale, quàm uocabulũ ſtatutũ,
ut de ſe patet: natura autẽ ſpeciei eſt, ut ponatur per
genus. l.ſi chorus. in princ.ff.de lega.3.non autem

Universidad de Deusto Biblioteca



ut una ſpecie poſita,ponantur quȩlibet aliȩ ſpecies,
ut eſt tex.in.§.plebs autem.Inſtit.de iur.nat.gẽt. &
ciui.Ergo appellatione ſtatuti non debebit compre
45 hendi ius commune.Confirmatur hoc argu.Nam
diſpoſitio minus cõtinens difficilius trahetur ad di
ſpoſitionem plus continentem quàm econtrà. Bar.
in.l.tutores.§.curatoris.ff.de adminiſtrat.tuto.qua
li.in.l.centurio col.48.in prin.ff.de uulg.& pupilla.
Sed tenentes contrariam opinionẽ negabunt mihi
maiorem argumẽti,quòd ſcilicet iſte terminus Ius
cõmune,eſt generalior quàm terminus Statutum.
46 Nam ut inquit Decius hic in.3.notab.ſtatutum,di
citur quaſi ſtatũ publicũ tuens.Qua ratione ius cõ-
mune etiã appellatur ſtatutũ,ut ſuprà dictũ eſt.Sed
replicari poteſt quòd ſaltẽ de cõmuni uſu loquẽdi
ſtatutũ capitur pro iure municipali, ſeu cõſtitutio-
ne particulari alicuius eccleſiæ , ut fatetur Dec. hic.
Et tenet Socy.in conſil.271.in prȩſenti cõſultatione
col.2.uerſic.quinto cõfirmatur in.2.parte. Et diſpo
ſitio faciens mentionẽ de ſtatuto debet interpretari
ſecundum cõmunem uſum loquendi.l.ut Alphe-
nus.ff.de uerb.ſig.cum ſimil.ut dicit Alber.in.j.par
te ſtat.quȩſt.j.primo quȩro.ſe nõ meminiſſe, quòd
iura antiqua utãtur iſto uocabulo Statuti:ſed Sta-
tutum uocant legem municipalẽ. Barba. hic dicit,
ſe meminiſſe iura antiqua facientia mentionem de
ſtatuto.ut in.l.j.in prin.ff quod quiſq; iuris. Sed ad
uerte,quia ibi de hoc nomine uerbali Statutum,
nullum uerbum fit,licet fiat mentio de uerbo Sta=
tuo,quod bene conuenit iuri cõmuni. Prȩterea ibi
non loquitur de iure cõmuni,quia hoc modo text.





eſſet de indubitabili,ſed loquitur de iure particula-
ri,aut de eo iure, quod quis iniquè obſeruaſſet, uel
impetraſſet.

Secundò in ſpecie quòd clauſula, Non obſtãti- 47
bus ſtatutis:nõ tollat ius cõmune, nec deroget defe
ctui ætatis à iure cõmuni requiſito , etiã ſi illa ætas
requireretur propter certam qualitatem, quã bene
ficiũ ex forma ſtatutorũ eccleſiæ requireret. Hoc te
nuit Alber.de roſa.in.j.parte ſtatuto.quæſt.147.ſta
tuto alicuius eccleſiæ:dicens, quòd ita fuit à multis
iudicatum, & obtentum Romæ cõtra Ioan. Andr.
quodq; cum Io.Andr.exiſtẽs Romæ fuiſſet de ſua
opi.ab uno cardinali reprehẽſus,mutauit opin.ſuã
in lecturis Io. Monachi in.c.cum aliquibus.de præ
ſcript.in.6.plura ad hoc allegat Feli.in.c.nonnulli.
col.15.uerſic.nona concluſio.infrà tit.j. Ludouicus
Gomeſsius in dict.c.ſtatutum.in princ.

Tertiò facit,quia uidemus quòd per quancunq; 48
derogationem priuilegium nunquã cenſetur dero
gatũ priuilegijs inſertis in corpore iuris.etiam ſi di
catur, Non obſtantibus priuilegijs quibuſcunq;.
glo.& Bart.in Auctent.qua in pronuncia.C.ubi de
crim.agi opor.idem Bart.in extrauagan. ad repri=
mendum.in uerbo,non obſtante,circa fin. in.l.2.§.
omnes.& in.l.hæres abſens.in prin.de iud. Vitalis
de Cambanis in tractatu clauſularum , in uerbo,
Clauſula generalis , Non obſtãtibus quibuſcunq;
priuilegijs.Iaſon in.l.fi.col.3.uerſi.aut diligenter.ff.
de cõſtitut.princ.Feli.in.cap.fin. col.2.uerſi.quæri-
tur priuilegium.infrà de foro cõpeten. Vnde ſicut
generalis clauſula,Non obſtãtibus priuilegijs,non

Universidad de Deusto Biblioteca

49 comprehēdit priuilegia inſerta in corpore iuris: Ita
uidetur dicendum quòd generalis clauſula, Nō ob
ſtantibus ſtatutis, non comprehendat ſtatuta quæ
eſſent clauſa in corpore iuris. Et tenendo hanc opi.
quę uerior uidetur, ex ſupradictis reſultāt duæ am
50 pliationes ad iſtem concluſionem. Prima, ut non ſo
lum appellatione ſtatuti non uenit ius commune
quod per ſe ſtat, ſed nec etiam uenit ius Commune
quod trahit neceſſariam conſequentiam ab aliqua
qualitate requiſita per ſtatutū; ut patet ex his quæ
dixi in. 2. fundamento pro hac parte facto.

51 Secunda ampliatio, ut etiam appellatione ſtatu-
ti non ueniat ſtatutum inferiorum clauſum in cor-
pore iuris: ut patet in tertio & ultimo fundamento
pro hac parte facto. Nam ex ipſo quòd lex particu
laris eſt inſerta in corpore iuris efficitur ius cōmu-
ne. Hoſtien. in. ca. cum ſuper. infrà de ſepul. faciunt
quæ plenè tradit Feli. in. c. j. col. 8. infrà de reſcrip. &
quæ dicam infrà ſuper glo.

52 Fallit nunc primo ut non procedat de proprie
tate ſermonis. Quia de proprietate ſermonis appel-
latione ſtatuti continetur ius commune ut Decius
hic tenet, dicens, quòd de communi uſu loquendi,
appellatione ſtatuti ſolum continetur ſtatutū muni
cipale, ſeu particulare alicuius loci, uel eccleſiæ.

Secundo fallit, ut non procedat quando dicere-
tur, Non obſtantibus iuribus & ſtatutis: quia tunc
cenſeretur derogatum etiam iuri communi, ut tra-
dit Feli. in dicto. c. nonnulli. & confirmari poteſt ex
ex quod tradit Cy. in l. j. C. de natural. lib. ubi uult,
53 quòd illa uerba ſic extra protectionem iuris cōmu-
nis



nis & ſtatutorum: important ut illi non ſeruentur
leges communes. ſequitur Bald. in auctent. caſſa &
irrita, in prin. C. de ſacroſanc. eccle. Philip. Franc. in
ca. ad audientiam. c. j. uerſic. in glo. in uerbo, prote-
ctioni infrà de appellat. Idem Bal. in l. ſi is qui. col.
fi. C. ſi pēden. appellat. mors interu. in tract. ſtatuto,
in uerbo, protectio. & Alber. Brunus in tract. ſtat.
in uerbo, protectio.

Tertiò limita, ut non procedat quoad ius com- 54
mune, quod eſſet conforme ſtatutis. Quia tunc clau
ſula, Non obſtante ſtatuto: bene tolleret ius cōmu-
ne conforme illi ſtatuto. per ea quæ tradūtur in. c.
j. & ibi Feli. col. 8. in prin. uerſic. fallit ſecundo. infrà
tit. primo. ubi traditur materia an ſublato ſtatuto
cenſeatur ſublatum ius cōmune conforme ſtatuto.
Sic etiam dicimus, quòd ſublata una lege cēſentur
ſublatæ omnes aliæ ſimiles: ut tradit Frā. de Curte 55
iunior in. 3. quęſt. principali. tract. feudorum. col. fi.
poſt principiū. Bal. in. l. receptitia. col. 2. uerſi. ſed du
bitatur nunquid conſules. C. de conſtit. pec. ubi con
cludit, quòd conſules mercantiarum iurantes ſerua 56
re ſtatuta Mercantiæ, obligantur ad periurium, ſi
non ſeruant ſtatuta, quæ continent idem quod ius
commune. per tex. in. l. magiſtratus. ff. ad municipa
les. quem ad hoc reputat ſingularem Ludo. Roma.
ſing. 306. iudex iurat de qua tamē limitatione quia
dependet ab illa quæſti. an ſublato ſtatuto cenſea-
tur etiam eſſe ſublatum ius cōmune illi conforme,
quę tractatur in dicto. ca. j. infrà. tit. j. ideo me remit
to ad ibi notata per Doct. ubi forte etiam tractabo
hunc articulum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quartò limita ut non procedat in materia fauo
57 rabili & amplianda:quia licet in materia ſtrictè in-
terpretanda appellatione ſtatuti nõ contineatur ius
commune, tamen ſecus eſt in materia lata & fauo-
rabili:ut probatur ex opinionibus illorum,qui ſu-
per hac rubri.tenuerunt,quòd appellatione conſti-
tutionis in materia fauorabili comprehẽdatur etiã
conſtitutio inferioris. Et illorum,qui in hocmet.c.
tenuerunt,quòd in materia fauorabili appellatione
Canonis uenit etiam conſtitutio principalis,aut ſy-
nodalis. Quorum opiniones licet ſuprà non tenue-
rim in eo,quòd crediderunt,quòd appellatione Ca
nonis de propria ſignificatione non comprehendi-
tur Canon uel Conſtitutio inferiorum. in eo tamẽ
quòd etiam ſi proprietas ſermonis hoc non habe-
58 ret, nihilominus in materia fauorabili fieret exten-
ſio de propria ſignificatione ad latam:nemo, ut ar-
bitror, ab illorum opinione recedet. Confirma-
tur etiam prædicta limitatio ex eo quod not.Gemi
nia. in cap. ignorantia. in ſecunda oppoſitio.38.di-
59 ſtinct.ubi concludit,quòd in lata ſignificatione ap-
pellatione iuris diuini cõprehenditur etiam ius ca-
nonicum:ſed de ſtricta ſignificatione ſolùm cõpre-
henditur ſacra pagina.

60 Et dum Bald. hic dicit, quòd ſtatutum non eſt
conſtitutio canonũ,Barba.hic.col.3.eum reprobat,
arguendo à ſufficienti partiũ enumeratione, ut per
eum quòd argumentum bene infert,quòd appella
tione cõſtitutionis uel canonis cõprehenditur ſtatu
tũ epiſcopi: ſed nõ infert ecõtrariò,ſcilicet quòd ap
pellatione ſtatuti cõprehẽdatur canõ uel cõſtitutio.
Item



Item dum Bald.hic dicit,quòd iſte nominatiuus
pluralis numeri Statuta, rem perfectam ſignificat,
per text.in.l.j.§.hæc autem uerba.ff. quod quiſque
iuris.Dic quòd ille text.non probat, quia loquitur
in uerbo,Statuerit,quod ſignificat præteritũ perfe
ctum, ut ibi Iaſon tradit in.2.notabi.plura ad hoc
allegans.Præterea perfectio,de qua ibi, reſpicit exe
cutionem uerbi,quia text. ibi præſupponit, quod
non dicatur quis ſtatuiſſe ius iniquum,niſi illud ius 61
ſortitum fuerit effectum. Sed nos loquimur in ſta-
tuto quod poteſt dici ſtatutum, licet nondum fue-
rit obſeruatum, ut probatur in cap. primo.16.di-
ſtinctio. ubi etiam canones reprobati appellantur 62
canones. Et licet inter docto. dubitari ſoleat, an ca-
nones nondum recepti ligent, de quo in cap. non 63
debet.infrà,de conſanguini.& affinit. Tamen pro-
culdubio Canones etiam nondum recepti à popu
lo dicuntur Canones. Quare dictum Baldi melius
probatur in cap.in his.infrà,de uerborum ſignific.
quem tex.ad hoc allegat Barba.hic. Addo quòd 64
rerũ uocabula non conueniunt niſi rebus perfectis,
ut inquit Floria. in.l.item obſtetrix. circa medium
principij.ff.ad legem aquil.Et de quibuſdam uoca
bulis ſignificantibus conſummationem ſiue perfe-
ctionem actus. uide Felin.in.c.ſi diligenti.col.fi.in-
frà,de foro competen.uide etiam text.in.l.rei appel
latio.§.opere locato uel conducto.ff. de uerbo.ſig.
ubi aliquando dixi, ex quibus ſum expeditus de
hoc ſecundo notabili.

Tertiò noto, quòd in illis uerbis, Ab omnibus:
ſecundum Panor.hic in.2.notab. quòd conſtitutio 65
canonis

Universidad de Deusto
Biblioteca



canonis ligat omnem creaturam.hoc not.per duas
col.examinat Barba.in.c.fi.in.1.nota.infrà eod.ubi
etiam plura tradit de authoritate & poteſtate Pa-
pæ,de quo etiam plura tradunt Feli.& Decius hic.
Ioan.de Selua in.8.quæſtione.3.partis tract. de be-
66 nefi.Et de poteſtate atque authoritate ſummi pon-
tificis, ac illius dignitate pleniſsimè tradunt Anto.
de Roſelis,in tracta.de poteſtate Papæ & Impera-
toris.col.66.& pluribus chartis ſequen.Reuerẽd.do
minus Iacobatius Cardinalis ſancti Clementis in
tract.de concil.lib.7.arti.5.col.32.uerſi.item cùm ſit
maior poteſtas concilij.& pluribus col.ſequeñ. Lu
do.Gomeſsius in.c.1.in primis undecim chartis, eo.
titu.in.6.Iaſ.in conſil.95.requiſitus ſepenumero.col.
pe.& fi.in.4.parte.Haſtezanus in.2.parte ſuæ ſum-
mæ,lib.6.tit.39.arti.1.Silueſter de Prierio in.2. par-
te ſuæ ſummæ,in uerb.Papa. Archiepiſcopus Flo
rentinus.in.2.parte ſuæ ſummæ.tit.22. per totum.
Moderni Tholozani in prooemio commenti con-
cordatorum,charta.56.col.3. in paruo uolu. Reue-
rend.Hermanus archiepiſcopus Colonienſis in ſuo
enchiridio Chriſtianæ inſtitutionis tit.de ſacramẽ.
ordinis.char.8.Petrus Rebuffi in tract.de priuileg.
ſcholarium.in.164.priuilegio. Guido papæ conſil.
95.uiſo themate.col.3.in fi. & pluribus ſequen.in.1.
parte.& in conſil.134.circa proceſſum.colla.4.in.2.
parte.Barba.in conſil.1.ex ſacris excellentiæ tuæ li-
teris.per totum.maxime. col.18.in.1.parte. Mercu-
rius Vipera in ſuo præclaro opere de diuini princi
patus maieſtate contra Mahumetheos, lib.8. in tri-
bus primis chartis.Pet.de Ancha,in repet. huius.c.
in.1.



in.1.oppoſi.per totam. Vide etiam tract.de prima-
tu Romanæ eccleſiæ poſitum in primo tomo con-
ciliorum omniũ ſanctiſsimis patribus celebrator.
Archiep.Florent.in.3.parte Cronicarum titu.19.c.
2.§.14.& ſeq.Alfonſum Zamoreñ.in ſuo præclaro
opere aduerſus Lutheri hæreſes,lib.12.Franciſc. de
Curt.ſeniorẽ.in conſil.20. ſæpenumero animo re-
uolui.uide etiam ad hoc epiſtolam Nicolai de Cu-
ſa ad Rodericũ de Treuio oratorem Regis Caſtel-
læ,quæ incipit,Vir doctiſsime. Aeneam Syluium,
qui poſtea Pius Papa factus eſt,epiſt.301.Et de ſum
mo ſacerdote uide Origenem ſuper Leuiticum ho
milia.21.Bonifaciũ Symonetam.lib.3.c.1.ubi oſten
dit noſtros põtifices à Iudæis,Iudæos uerò ab Ae-
gyptijs, & Aegyptios ab Aethiopibus ſumpſiſſe
religionẽ.Et an Papa ſit iudex uiuorũ & mortuo-
rum,uide Præpoſitum in.c.per uenerabilem.colla.
111.uerſic.nota ibi,quodcunque ligaueris.infrà,qui
filij ſint legitimi.

Et ex multis propeq́; infinitis, quæ de ſummo 67
pontifice dici poſſent,& ex prædictis locis recenſe-
ri,pauca hæc non putaui eſſe omittenda.Imprimis
commemoranda eſſe putaui uerba Barbatiæ,in cle
men.1.col.89.in paruo uol.uerſi.40.in fi.de elect. lo
quentis de poteſtate Papæ,ſic enim inquit: Non ta
men is ſum,cùm hæc dixerim,qui non expaueam,
& tota mente & uiribus nõ contremiſcam,ut uox
mea faucibus exit.Subijcio tamen deciſioni ſanctæ
matris eccleſiæ in principio,medio,& fine,dicendo
rum. Et ſicut Barba. ibi hanc proteſtationem fecit,
ſic eandem in omnibus meis præfationibus,alijsq́;
dictis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



dictis,ac factis,præteritis & futuris, facio. Item no-
tāda ſunt pulchra uerba tex.in.c.noua. infrà,de pę-
niten.& remiſſ.ubi ponuntur duo dicta: Vnum in
laudem glorioſiſsimæ uirginis Mariæ, quòd ſcili-
cet fuit excellentior apoſtolis uniuerſis. Et de glo-
rioſiſsima uirgine Maria dicit glo.in.l.omnes dies.
in uerbo, apoſtolice.C. de ferijs. quòd ipſa fuit ſu-
pra omnes apoſtolos, angelos, & archangelos. Et
Ignatius ad beatū Ioannem ſcribens,inquit: In Ma
ria IESV humanæ naturæ naturā ſanctitatis an-
gelicæ ſociatā. Inter epiſtolas etiam Ignatij eſt una,
quam ſcripſit ad beatam uirginem Mariam,altera
eiuſdem Mariæ ad Ignatium, ut cernere eſt in epi-
ſtolis Ignatij inſertis poſt epiſtolas Dionyſij Areo-
pagitæ. Et inquit præfatus archiepiſcopus Colo-
nień ſuper ſymbolo,in uerbo,Natus ex Maria uir
gine: quòd ad Mariæ nomen omnes animæ piorū
recreātur. Plura alia in laudē uirginis Mariæ præ-
clarè ac eleganter decantauit Mercurius Vipera in
dicto ſuo opere,de diuini principatus maieſtate, li-
bro.9.pag.11.& ſequen.poſſent etiam plura alia di-
ci in eius laudem. Sed quoniam nō puto hominem
quēquam ſufficere ad eam laudibus extollendam,
oranda potius eſt,ut linguā meam erudiat & men-
tem informet ut quæ recta ſunt dicere ualeam , ſe-
cundùm dictum quod ponitur in dict.c. noua eſt.
quòd licet uirgo Maria ſit excellentior, non tamen
ſibi, ſed Apoſtolis datæ fuerunt claues Regni cœ-
lorum.

Item de auctoritate & poteſtate Papæ Bald.in.l.
reſcripta.col.2.C.de precib.imperato.offeren.plura
cumulat



cumulat:inter cætera dicit , quòd Papa habuit no-
men ſummi ſacerdotis à Moyſe,per tex.in.c.ſacro-
ſancta.22.diſtinctio.& dicit gloſ.in.c.cauſam quæ.
in uerbo,ad regem.in fin.infrà, qui filij ſunt legiti-
mi.quòd papa eſt ſucceſſor Moyſi.Et inquit Diony
ſius Areopagita in epiſtola ad Demophilū , quod
Moyſes per miram manſuetudinem diuina amici-
tia dignè factus. Tamen Barba.in dicta clement.de
elect. col.90.uerſicu.44. in primo uolumine, tenet,
quòd maior eſt Papæ poteſtas quàm Moyſi. Quia
Moyſes nō habuit poteſtatem niſi ſupra populum 68
Iudaicum:ſed Papa habuit poteſtatē ſupra omnes.

Item ad propoſitum notanda ſunt pulchra uer-
ba Innocentij,quæ poſtea Ioan. Andr.ibi de uerbo
ad uerbum refert in cap. licet ex ſuſcepto. infrà, de
foro competen.dum reſpondet ad argumentum, ſi
aliquis diceret, quòd hæc ſummi pontifices ſtatue-
runt pro ſe , unde non eſt illis tanta fides adhiben-
da.Nam dicit ipſe Innocen.qui hoc dicunt, diligen
ter attendant,quòd ueri ſacrilegij pœnā incurrunt.
Deinde clarius declarando poteſtatem papæ dicit,
quòd Deus creauit cœlum & terram , & omnia
quæ in eis ſunt,angelicam & humanam naturam,
ſpiritualia & temporalia , illaq́ per ſeipſum rexit,
ſicut factor rem ſuam gubernat. Et homini quem
fecit , præcepta dedit , & tranſgredienti præcepta
dedit,Geneſ.2. Ex omni ligno &c. Ipſis etiam pec-
cātibus pœnam impoſuit per ſeipſum ſcilicet Adæ
& Euæ, Geneſis tertio. Mulieri quoque dixit,&c.
& ibi, Adæ uerò dixit &c. Qualiter autem per ſe-
ipſum punierit Cain,Lamech, Cham,& quoſdam
alios

Universidad de Deusto
Biblioteca



alios legitur Geñ.4.&.5.ca. & ſic recto mundo per ipſum Deum uſque ad Noë,ex tempore Noë cœpit Deus creaturas ſuas regere per miniſtros, quorũ primus fuit Noë:de quo,quòd fuerit rector populi,ex eo apparet,quòd ſibi dominus cõmiſit gubernationem Arcæ,per quam Eccleſia ſignificatur Gene.5.&.6.c.Item etiam quia dominus Noë & filijs rectoriam & legem ſibi dedit Gene.9. De Noë etiam licet non legatur ſacerdotem fuiſſe, officium tamen exercuit ſacerdotis, ſtatim poſt ingreſſum Arcæ,antequam leges populo daret Gene.8. ædificauit autem Noë &c. quod officium ſacerdotis ſimul Abel & Cain primò fecerant.In hac autem uicaria ſucceſſerunt Patriarchæ,Iudices,Reges,Sacerdotes,& alij qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & ſic durauit uſq; ad Chriſtũ, qui fuit naturalis dominus & Rex noſter, de quo dicitur in pſalmo,Deus iudiciũ tuum Regi da,&c. Et ipſe Chriſtus IESVS uicarium ſuum conſtituit Petrum & ſucceſſores ſuos, quãdo ei dedit claues regni cœlorum, & quando dixit ei, Paſce oues meas.Licet in multis diſtincta ſint officia & regimina mundi:tamen quandocunq; neceſſe eſt ad Papã recurrendum eſt ſiue ſit neceſsitas iuris,quia Iudex dubius eſt quam ſententiam de iure proferre debeat:uel neceſsitas facti,quia alius non ſit iudex ſuperior:ſiue quia de facto minores iudices non poſſunt uel nolunt ut debent iuſtitiam exercere. Hæc ſunt uerba Innocẽ.in loco præallegato. & Bonifacius octauus in extrauaganti,unam ſanctam. de foro compet.ſilens rationes inducit,ad quod accedãt

pulchra



pulchra uerba Anacleti in epiſt.ſecũda ubi inter cætera inquit quòd initiũ ſacerdotij in ueteri teſtamẽto Aaron fuit,licet Melchiſedec prior obtulerit ſacrificium,& poſt hunc Abraam,Iſac & Iacob, ſed hi ſpontanea uoluntate,non ſacerdotali auctoritate iſta fecerunt.inquit etiam Anacletus quòd in nouo teſtamento poſt Chriſtum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo quomodo ipſi primo põtificatus in eccleſia Chriſti datus eſt,dicente domino, Tu es Petrus & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiã meam. & plura alia inquit de autoritate ſummi ſacerdotis. De hoc an Papa ſuccedat in iuriſdictione propter cauſas prædictas,uide Ioã. Andr.& doct. ibi.

Poteſt etiam dici, quòd poteſtas Papæ & ſuarum 69
conſtitutionum eſt, fundatoria autem diuinæ ſcripturæ,& confirmata multis miraculis, quæ fiebãt in primitiua eccleſia:ideo de illa nõ eſt aliquatenus dubitandum. & dum Imol.dicit,quòd tales ſic arguentes incurrunt ueri ſacrilegij culpam,adde tex. in.l.j.&.2.C.de crimi. ſacrileg.& in.cap.nemini.17. queſt.4.Bal.in conſil.477.quæritur utrum Papa in j.parte ſecundum nouam impreſsionem. ubi ampliat.hoc dictum de ſacrilegio,etiam in illo qui per maiorem partem mundi habetur pro Papa, quòd intelligo ſatis tolerabile in illo de quo ignoramus an ſit canonicè electus,& multò fortius in illo quẽ ſcimus canonicè electum:ſecus in illo quem ſcimus non canonicè electum,per ea quæ infrà dicam, de quo tamen cogita. Et refert Bonifacius Symoneta lib.4.epiſtola.61. quòd in pontificum & ſacerdotũ hoſtes fames canina uſqueadeò inualuit,quòd nun-

 quàm

Universidad de Deusto Biblioteca

quàm à bonis operationibus maledicendis ſuaui-
tate auertuntur. Item ad propoſitum notanda ſunt
pulchra uerba beati Bernardi in lib. de cōſideratio
ne ad Papam Eugenium, quem refert Stepha. Ber-
tran. in conſil. 192. multa ſunt. col. penult. in. 2. parte
conſiliorum ſecundæ impreſsionis. Tu es, inquit, ſa
cerdos magnus ſummus pontifex, tu princeps epi
ſcoporum, tu hæres apoſtolorū, tu primatu Abel,
gubernator Noe, patriarchatu Abraham, ordine
Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moyſes,
iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chri-
ſtus: tu es cui claues traditæ ſunt, cui oues creditæ.
Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum pa-
ſtores: ſed tu tantò glorioſius quantò & differen-
tius utrunq; præ cæteris nomen hæreditaſti. Ha-
bent illi ſibi aſsignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi
uniuerſi crediti, uni unus. Nec modò omnium, ſed
& paſtorum, tu unus omnium paſtor. Item ſcien-
dum eſt, quòd cùm Alexander Magnus ad Iudęo-
rum pōtificem ſolus progreſſus eum ſupplex ſalu-
taſſet, Parmenioni interroganti quam ob cauſam
Iudęorum pontificem adoraſſet, reſpondit Alexan
der, ſe non illum, ſed Deum ipſum cuius pontifica-
tum gereret, adoraſſe: ut inquit Ioannes Monachus
in uita eiuſdem Alexandri Magni, circa fi. Item no-
ta, quòd Conſtantinus Cæſar Conſtantis filius,
qui ab aliquibus Conſtantinus quartus dictus eſt,
ſtatuit, ut quem iam inde clerus populusq; Roma-
nus cum excercitu pontificem creaſſent, is uicem
Dei in terris gerere uerè crederetur: cum ad id tem
pus Conſtantinopolitani principis exarchi'ue au-
ctoritas



ctoritas eam ratam pontificis dignitatem facerent,
ut inquit Cuſpinianus in Conſtantini uita.

Item plura de autoritate priſcorum pōtificum
Romanorū tradit Alexander ab Alexandro lib. 2.
dierum genialium. ca. 8. Mercurius Vipera in dic.
tract. de diuini principatus maieſtate. lib. 8. Bonifa-
cius Simoneta lib. 3. c. j. Blōdus lib. 2. de Roma triū
phante, per totum: ubi etiam tradit de etymologia
huius uocis Pontifex: de quo etiam tradit Sabelli-
cus lib. 3. ſecundæ Enneadis, ad fi. Io. Baptiſta Pius
in commēto in Lucretium lib. 6. Patritius lib. 3. de
republ. tit. 4. Vldaricus Zazius. in. l. 2. §. deinde ex
his legibus. alias. §. omnium tamen. in uerbo, actio
nes. & uerbo, pontificum. ff. de orig. iur. Et pro
pontificatu obtinendo pleroſq; Imperatores ma-
gni æris impēſam feciſſe Budæus lib. 2. de aſſe com
memorat. Item non puto eſſe impertinens ſi hic uer
ba Ludouici Cœlij referā in. 14. lect. antiquarum.
c. j. Non'ne, inquit, à chronicis relatū ſcimus Ioan-
nam Anglicam ſolam à condito æuo ſpecie uiri 76
pontificatum Romæ auſam inuadere: imò uerò et
unum ex familiaribus, qui ſolus rem tenebat, ad
cōcubitum admiſiſſe, & inde grauidam in ſummo
dignitatis faſtigio peperiſſe: factum hoc ſalutis an-
no octingēteſimo quinquageſimo tertio. Quæ uer
ba cum Cęlius inter narrandum laudes mulierum
dixerit: cogita, num laudem, an detractationē mu-
liebris ſexus hæc hiſtoria contineat. Quod autem
ad laudem ſummi pontificis attinet hāc hiſtoriam
nihil ſibi detrahere puto. Nam ut inquit Sabellicus
libro. 2. octauæ Enneadis, in ultima charta; Omni

Universidad de Deusto
Biblioteca



tempore fuerũt,qui rem bonam malis artibus af-
fectare ſint auſi. At fœminas omnino à ſacramẽto
arcendas eſſe longè antè Sixtus pontifex edixe-
rat,ut refert Bonifacius Symoneta lib.3.c.9. Cæte-
rum de eo pontifice ſexum ementito cuius Cęlium
meminiſſe ſuprà retulimus, ſi plura recenſere cu-
pias,hæc require ex Platina in uita Ioannis octaui,
Mercurio uipera.lib.2. de rebus præclarè dictis,ac
geſtis,pagina.17.in fin.& ſequen.ſic etiam,ut teſtan
tur hiſtorie,Semiramis in uirili habitu imperauit,
ſimulauitq́; ſe Regium eſſe filium, de quo per Sa-
bellicũ lib.1.primę Enneadis. Et quæ de autoritate
& poteſtate papæ dicta ſunt,procedunt in papa le-
gitimè electo:quòd ſi illegitimè electus ſit, non eſt
Deus in terris ſed Diabolus:nec habet claues regni
cœlorum,ſed inferni.ca. ſi quis pecunia.79.diſtinct.
quẽ tex.ad hoc allegat Bal.in.l.impetrata.in princ.
C.ſent.reſcin.non poſſe.Et ille tex.continet conſtitu
tionem Nicolai Papæ,qui antea Gerardus uocaba
tur:quam conſti. refert Bonifacius Symoneta libr.
71 5.cap.66. Item non procederent in papa hæretico,
qui minor eſt quocunq; Chriſtia.gloſ.in.c.j.in uer
bo,in hęreſim.24.quæſt.j.Barba.hic.col.7.propter
ea Leo papa ad Auguſtum Imperatorem ſcribẽs,
ſic inquit:Si nos,qui aliena debemus corrigere pec-
cata,peiora cõmittimus,certè non ueritatis diſcipu
li(quod dolentes dicimus) erimus,ſed præ cæteris
erroris magiſtri.c.nos ſi incompetentis. 2.quæſt.7.
facit etiam tex.in.c.principium.de pœniten.diſtinc.
2.per quem glo.in c.præſul.non dãnatur.2.quæſt.
72 5.dicitquòd quia papa ſine comparatione aliorum
creatus



creatus eſt maior,ideo ſi peccat, ſine ſpe uenię condẽ
nandus eſt,ut diabolus. De qua gloſ.meminit Bar-
ba.hic licet eam corrupte alleget. Pro qua poſſunt
allegari plura quę dixi in libr.pactorum,pag.254.
numero.454. Et inquit Symachus papa in.c.ſi pa-
pa.40. diſt.quòd nec ipſe nec beatus Petrus cum ſe-
dis priuilegio licentiã acceperunt peccãdi.& Spe.c.
in.j.parte tract.de modo conſilij generalis celebran
di.rubr.4.refert Alex.papam dicentẽ, quòd quan-
tò familiariores eſſe debent ſaluatori,tantò magis
ab inimico generis impugnantur, qui mille habet
fallendi modos. allegat. ca.nulli.3.quæſt.j.&.c.j.16.
quæſt.2.& de qualitatibus quas debet habere pa-
pa tradit Guilher. de mõte ferrato.in.j.parte tract.
ſuper pragmaticam ſanctionem.

Item propius ad hoc notabile accedendo notan
dum eſt,quod ſicut de ſcriptura noui & ueteris te-
ſtamenti,non eſt dubitandum:ita nec erit dubitan- 73
dũ de conſtitutionibus papæ & ſacri conſilij.Hu-
gut.& emi.in.cap.quis neſciat.9. diſtinct. Barba.in
dict.cle.j.de elect.col.79.uerſic.quarto facit.

Item adhuc propius ad iſtud notab. accedendo
notandus eſt tex.Nicolaij papæ ad clerum Cõſtan
tinopolitanum in.ca.ſi decreta.20.diſtinct.dũ dicit:
Si decreta nõ habetis, de neglectu atq; incuria eſtis
redarguendi. Si habetis,& non obſeruatis,de teme-
ritate eſtis corripiendi,& increpãdi. Alibi dicimus, 74
quòd uiolatores canonum dicuntur blaphemare
in ſpiritũ ſanctum.ca.uiolatores.25.quæſt.j.ad quẽ
tex.uide Ioannem Picum Mirandulam in lib.de fi-
de & ord,credendi, theoremate.8.pag.6. inprin.de


pœna

Universidad de Deusto
Biblioteca



pœna tranſgreſſoris canonum, uide gloſ. in uerbo
inhibemus.in,ca.generali.de elect. in.6.& qualiter
75 puniantur monachi quando tranſgrediuntur cano
nes,uide Panor.& Imol.in.c.quod quibuſdam.per
illum tex.infrà de fideiuſſori.& tex.in.c.ſiquis.in.§.
76 fin.17.quæſt.4.uidetur uelle,quòd uiolatores cano
num committant ſacrilegium. De quo tamen uide
doct.in.l.2.C.de crimine ſacrilegij. Pyrrhũ in.l.do-
ctitij.C.de decurio.lib.10.et inquit Clemẽs primus
pap.in epiſtola prima ad Iacobum fratrẽ domini,
referendo doctrinam beati Petri, quòd omnes le-
gum diuinarum libenter uiolatores & ſacrarum
inſtitutionum uoluntariè perturbatores eccleſia-
ſtica regula & ſancta communione beatus Petrus
indignos iudicabat.Et Anacletus epiſt.j.de oppreſ-
ſione epiſcoporum: Tranſgreſſores enim inquit,
ſponte legis ſuæ eiusq; uiolatores et recedentes apo
ſtatæ nominantur.& præuaricatio legis à diabolo
inducta eſt.ca.pe.35.diſt.Et dicit Calcag. in conſil.
126.quantum ad primum in princ. quòd trãſgreſ-
77 ſores canonum peccãt mortaliter, & ſunt infames
infamia canonica. Pro quo facit text.in.cap.ſi quis
omnem.j.quæſt.7.reliqua ad hoc notab.pertinen-
tia dicentur ſuper glo.

78 Quarto noto ex iſto tex.in uerbo, cuſtodiãtur,
quòd Cuſtodire capitur pro obſeruare. ad idem
tex.in.§.& hoc cuſtodiri.in aucten. decollato.in au
cten.ſacramenta puberum. in uerbo cuſtodiantur.
C.ſi aduerſus uendit.in.cap.j.in uerbo cuſtodit.25.
79 quæſt.i.ponitur etiam quandoq; pro defendere,ut
in.c.ſunt quidem,eadem cauſa & quæſt.

Quintò



Quintò noto ſecundũ Panor.hic in.3.not.quòd 80
iudicia eccleſiaſtica ſunt regulanda ſecundum cano
nes,& non ſecundum leges.Quod intelligo, niſi in
defectum canonũ: quia ſi de aliquo caſu, qui non
eſt deciſus iure canonico, habemus legem iuris ciui
lis,illa ſeruanda eſt etiam inter celericos, & in foro
eccleſiaſtico:& econtrà,ut dixi ſupra in rub. Aliâs
quodlibet ius in ſuo foro obſeruabitur,ut dixi in li
bro Pactorum,pag.245.in fi. & ſequen.in prin. &
pag.269.numero.469.& ad hoc nota. uide Lucam
de Penna in.l.unica col.4.C.de conduct. prædi.fiſc.
dom.auguſtæ.lib.11.ubi generaliter dicit, quòd ſi 81
lex & canon ſibi inuicem non contradicunt leges
erunt ſeruandæ,etiam in foro eccleſiaſtico, & inter
clericos.de quo uide Goazadinum in conſtit.71.in
cauſa domini Simonis.col. 2. Quod autem ius ſer- 82
uandũ ſit laicis litigantibus in foro eccleſiæ: quod
econtrà ſi clerici litigent in foro ſeculari, uide Pet.
de Ancha.in repet.huius cap.in.3. notab.Deciũ hic
in.2.lectura.in.3.not.per Doct.in.c.eccleſia ſanctæ
Mariæ. infrà eodem.Et quæ dixi in libro Pactorũ
pag.139.numero.287. ubi tenui, quòd etiam inter
clericos litigantes coram iudice ſeculari, ex pacto
nudo non oritur actio. Vide etiam Cad.in conſil.
128. in quæſtione quæ uertitur.col.fin.uerſi. indu-
citur etiam ſtatutum.

Sextò noto ibi,Suo ſenſu,quòd illa uerba,Suo 83
ſenſu.important arbitrium nõ regulatum legibus:
ut patet ex illa aduerſatiua, Sed eorum auctoritate
&c.Contra quod obſtat, quia uidemus,quòd uer-
ba importantia arbitrium, referũtur ad arbitrium 24

g 4 legibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



legibus regulatum, ut dicam infrà: quare domi-
nus Decius hic dicit, quòd iſtud notabile non pro-
batur in text. Quia cum illa aduerſatiua Sed, po-
natur aduerſatiuè: manifeſtè declarat text. quòd
uoluit accipere illa uerba pro ſenſu non regulato
à iure. Et idem fuiſſet, ſi textus uſus fuiſſet alio
uerbo importante arbitrium boni uiri: quia pro-
pter aduerſatiuam ſignificaret liberum arbitrium:
& ſic textus non probat, quòd de proprietate ſer-
monis uerba, Suo ſenſu, importent arbitrium le-
gibus non regulatum. Sed contra iſtud obſtat ul-
terius: Quia ſine dubio ſi tex. uſus fuiſſet uerbo de
notante arbitrium boni uiri, pro libero arbitrio,
impropriè loquutus fuiſſet, & iſta impropria lo-
quutio non præſumitur. Quare tu dic, quòd
85 iſta dictio Senſus, cùm refertur ad animum duo-
bus modis ſecundum grammaticos accipitur: uno
modo pro communi quodã animorum affectu, &
motu: & ſecundũ hanc ſignificationẽ nõ importat
86 niſi arbitriũ fundatũ in ratiõe: Nã ut dicebã in rub.
cõmunis hominum natura eſt, bene agere, & ratio
ne moueri. Et uerba, Suo ſenſu, nõ poſſunt hũc cõ-
munẽ animi motũ ſignificare, propter illud prono
men demõſtratiuũ, ſuo. Alio modo ponitur iſte ter
minus, Senſus, pro opinione, cõſilio, uel aſſenſione
cuiuslibet hominis: & tũc illã ſignificat, ſiue illa ſit
rationabilis, ſiue nõ. Ideo Zeno philoſophus quic-
quid eſſet ſenſu cõprehenſum ab homine, id ipſum
87 Sẽſum appellabat. Et ſi quidẽ ita erat cõprehẽſum,
ut cõuelli ratiõe nõ poſsit, Scientiã: ſin aliter, Inſcien
tiã nominabat: ex qua exiſteret etiã Opinio, quę eſ-





ſet imbecilla & cũ falſo, incognitoq́; cõmunis: et ſic
inter ſcientiã atq; inſcientiã ſenſum illũ ſeu cõprehẽ
ſionẽ prædictã collocabat: ut refert Cic. lib. 1. Aca-
demicarũ. q. ad fi. à quo non multum differt quod
Sphærũ Ptholomeo reſpondiſſe teſtatur Diogenes
Laërtius lib. 7. De uitis Philoſophorũ in Cleãtis ui
ta, differre ſcilicet comprehenſibilem phantaſiam à
probabili. Sed hæc ad Philoſophos pertinẽt, ut pa-
tet ex his quæ tradit Lud. Cælius Rhodiginus plu
ra de ſenſu interiori hominis, lib. 2. lectionũ antiq. c.
30. & duobus ſeq. & Plutarchus in lib. 1. de placitis
Philoſophorũ. c. 8. 9. 10. 11. &. 12. Nos de ea ſignifica
tione, loquimur, qua & Grãmatici & Oratores uti
conſueuerunt: & ablatiuus huius pronominis de-
mõſtratiui Suus, ſua, ſuum, importat, quòd iſte ter
minus Senſus, non ſignificet communem animo-
rum motũ, & affectum, ſed ſignificet cuiuslibet ho
minis opinionem, cõſilium, uel aſſenſionem: & hoc
uerum eſt, conſiderando propriã ſignificationẽ: ſed
interdũ ratione ſubiectæ materiæ intelligimus illa
uerba Suo ſenſu, pro ſenſu regulato dictamine le- 87
gis, uel rationis; ut cùm per reſcriptũ tribuitur uel
exercitatur iuriſdictio, ut dicam infrà, ſuper gloſ.
ubi dicam de pluribus alĳs uerbis.

Vltimò noto ex text. ibi, ſed eorum auctoritate
ducatur; hic probari illud uulgatũ, quòd in iudicĳs
erubeſcimus ſine lege, uel canone, loqui. §. conſide-
remus. in authen. de triente & ſemiſ. cum ſimilibus.
ut tradunt Doct. in. l. illam. C. de collat. Gomeſsius
in cap. 1. in. 9. notabili. eodem titu. in ſexto. Et Do-
ctor conſulendo ſemper debet allegare rationes &

Universidad de Deusto
Biblioteca



iura,aliâs ei nulla fides eſt adhibenda. Ioã.de fantu.
in.c.ego ſolis.9.diſt.quem refert & ſequitur Bartho
lomęus Bolo.in repet.authen.habita.char.13.uerſi.
ulterius facit ad quæſt.C.ne fil.pro pat.plura etiam
ad hoc allegat Hiero.Gratus in conſi.1.ſpecies facti.
col.5.uerſicu. non obſtant authoritates. in.2.parte.
88 adeò quòd paria ſunt,facere cõtra legem,uel ſine le
ge.Bal.in.c.in geneſi.col.fi.circa fi.infrà,de elect.Iaſ.
in dicta.l. illam.in.l. ſingularia.col.8. ad finem.ff. ſi
cert.peta.Gomeſsius in dicto.c.1.in.9.not.de conſti.
in.6.Purpuratus in.l.edita.col.30.uerſi.tertio.Bart.
poſt gloſ.regulã ponit.C.de eden. & ad hoc notab.
facit text.in.l. diſſentientis. ibi, nulla iuris præcipit
cõſtitutio.C. de repud. & in.l.certa forma.ibi,nulla
89 legis ſanctione ſtatutũ eſt.C.de iure fiſc.lib.10.Non
tamen mihi placet dictum Bal.quòd paria ſunt fa-
cere contra legem uel ſine lege. Nam qui facit con-
tra legem,præſumitur in mala fide.c.qui contra iu
ra.de regu.iur.in.6.Ille autẽ qui ſine lege mercatur,
dicitur agere præter legem,& ſic nullo modo pec-
90 cat.c.nam concupiſcentiam. infrà eod. Item epiſco-
pus non poteſt ſtatuere contra ius.c. cùm inferior.
cum uulg.infrà,de maiorita.& obed. & tamen be-
ne poteſt ſtatuere præter ius. Idẽ in præfecto præ-
torio traditur in.l.normam.per illum tex.C. de of-
fic.præfect.præto.dixi in lib. Pactorum. pagi.148.
num.324.Plura,& infinita alia contra opinio. Bal.
præalleg.induci poſſent,ex quibus appareret aliud
91 eſſe quod actus fiat contra legem , & aliud quòd
actus fiat præter legem : & in materia poſſeſsionis
92 uidemus,quòd licet poſſeſsio quæ non eſt cõtra ius
transfer



transferat onus probandi in aduerſarium. cap.fin.
de re iudica.l.cogi.ff.de petitio. hæredita.cum aliјs
uulgari. tamen ſecus eſſet in poſſeſsione quæ eſſet
contra ius, ut tradit Franciſcus de Curte iunior in
conſilio.90.habita diligenti.col.ſecunda.uerſicu.ex
præmiſsis poteſt ſignanter inferri. Saluari tamen
poteſt dictum Baldi,ut procedat in materia prohi- 93
bita.Et ad hoc allego notabilem deciſionem Anto
nij de Butri.in cap.inter corporalia.col.penult. uer
ſiculo,& nota quòd in materia prohibita. infrà,de
trãslatio. prælato.ubi dicit, quòd in materia prohi
bita ſimpliciter omne quod non apparet conceſ-
ſum concluditur ſub regula prohibitum : & tunc
obmiſſum habetur pro prohibito: & procedit ge-
nerale,Erubeſcimus abſque lege loqui: &,Quod à
lege non permittitur,nõ eſt ab homine præſumen-
dum,& quod decretis ſanctorum patrum non eſt
adinuentum,non eſt nouis ſuperſtitionibus præſu-
mendum.Hæc ſunt pulchra & aurea uerba Anto.
de But.in loco præalleg.ſecundum quæ puto intel
ligendum eſſe dictum Bald.in dicto cap.in Geneſi.
licet negari non poſsit,quod Bald. nimis generali-
ter loquatur. Aliâs niſi dictum Bald.præallega.ita
intelligeretur , neceſſarium eſſet confundere unam
iuris noſtri regulã,quòd omnia cenſentur eſſe per- 94
miſſa quæ à lege non reperiuntur eſſe prohibita.
gloſ.in uerbo, ne ueniret.in.c. cùm ueniſſent. infrà,
de inſtit.& bonus tex.in.c.aliud.11.q.1. ponẽs aliud
morale dictum,quòd Omnia licẽt, ſed non omnia 95
expediunt. Ad hanc etiam regulam facit text.in.l.
necnon.§. quod eis,ff. ex quibus cauſ. maior. in.l.
ab ea

Universidad de Deusto
Biblioteca



ab ea parte.ff. de proba.gloſ. in uerbo,inhibitum.
in.c.ad quæſtiones.infrà,de rerum permu. Spec.in
tit.de ſucceſ.ab inteſta.§.1.uerſic.ſed an natis ex da-
mnato coitu.

96 Ampliatur nũc hoc notabile, ut procedat etiam
ſi allegaretur auctoritas gloſ. in defectum legum.
gloſ.unica in fin.in.l.ſed licet.ff.de offic.præſi. cum
ſimil. ut per Iaſ. in dicta.l.illam.quod intelligo ue-
rum,ubi de eo quod gloſ.dicit nullus eſſet text. iu-
ris canonici uel ciuilis,tunc licitè poſſet allegari gl.
cuius auctoritas omnes alias antecellit, ut not. Bal.
in.l.cùm hæreditas.C.depoſi.Bart.in.l.ut uim.in fi.
ff.de iuſtit.& iure.Ideo Cyn.in.l. non moriturum.
C.de contrahen.& committen.ſtipul.appellat gloſ.
idolum ſuum,ut inquit Salice.in.l.unica.C. de ſent.
quæ ſine cer.quanti. quòd ſicut ille qui neſcit equi-
tare tenet ſe ad arzonum, ſic habẽs facere iudicium
debet inhærere gloſ.Plura alia de auctoritate gloſ.
allegari poſſent,ex quibus facile appareret,non eſ-
ſe uerum id quod dicit Bartolus in.l. rectè dici-
mus.in princip.ff. de uerborum ſignificatio. quòd
gloſ. in omnibus partibus iuris male ſoluit præ-
terquam ibi.Et quæ dicta ſunt de allegante aucto-
ritatem gloſ.pari modo procedunt in allegante au
ctoritatem aliorum Doctorum,per ea quæ plenè
tradunt Panormi.& Docto.in cap.primo.infrà,de
97 poſtulatio. prælato. Imò etiam ſufficeret in defe-
ctum legum uel canonum allegare rationẽ natura-
lem, ut eſt text. quem ad hoc ponderat Bald. in.l.
ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſatio.tutorum.Ia-
ſon in dicta.l.illam. & per illum textum dicit alibi
Paulus



Paul. de Caſtro,quòd ratio naturalis habetur pro
lege.ita Pau.de Caſt. in cõſil.58.uiſis his.col.fi.poſt 98
medium in.2.parte.per illum etiam tex. dicit Cor-
neus in conſil.125.uiſo puncto.col.penulti. uerſicu.
quod & ſuadet.in.1.parte.quòd ſufficit allegare ra-
tionẽ naturalem.Idẽ Corn.in conſi.41.uidetur.col.
2.ad fin.in.2.parte. Franc.de Curte in.3. principali
quæſt.primæ partis tracta.feudo.col.fi.ad fi. & ra-
tionabile dictum ita debet mouere Iudicem, ſicut 99
lex,ut dicit Andr.de Iſer.in præludijs Feudorum.
col.penult.unde dicitur,quòd quærere legẽ uel ra- 100
tionẽ ubi naturaliter ſentimus,nihil aliud eſt,quàm
infirmitas intellectus,ſecundum Ariſt. in.2. Phyſi-
corum,quem refert Bal.in.l.teſtamentum.col.pen,
C.de teſta.in.l.executorem.col.antepe.C.de execut.
rei iud.& in.c.1.col.2.ſuprà,de ſumma trini.& fide
catho.Claudius de Seyſello in rub.ff.ſolu. matri.in
princi.Corn.in conſil.110.uidetur.ad fin.in.1.parte.
Ange.in conſi.275.thema ſuper quo conſilium pe-
titur.col.fi.ante fi.Ratio enim eſt, quidẽ animi mo- 101
tus uiſum mentis acuens ueraq; à falſis diſcernens,
ut inquit Lucas de Penna in.l.1.in prin.C.de iure fi-
ſci.lib.10.unde Ratio dicitur cordis facies.uerſi. gib 102
bus.49.diſtinct.Lucas de Penna in.l.2.col.2. ad fin.
C.ne fiſcus rem quam uendidit. eod.lib.10. Et licet
prædicta uideantur inferre,quòd etiam ubi eſt lex,
ſufficiat allegare rationem naturalem:tamen aut ra
tio naturalis eſt conformis legi, & tunc nõ uidetur
honeſtum apud doctos uiros niti ſola ratione natu
rali,eſſet enim iudiciũ & coniectura,quòd allegans
ignoraſſet illum tex. Aut ratio naturalis allegatur 103
contra

Universidad de Deusto Biblioteca

contra text. & tunc contra talem poſſet dici, quod
ſufficit nobis text. ſine ratione: &, non debemus re-
quirere plus quàm requirat legiſlator: &, lex ita
eſt. Ita in propoſito contra allegatam rationem na-
turalem reſpondet Ange. in conſil. 345. primo ma-
tris, ad finem.

104 Secundò ampliatur, ut non ſufficiat allegare le-
gem, niſi quatenus decidat. Ang. in. l. ſi poſſeſſor. §.
ait ſenatus. per illum text. in uerbo. quãquam. ff. de
105 peti. hæred. Et debet lex allegata in iudicio tangere
caſum de quo agitur, aliâs allegatio non prodeſt.
gloſ. ſingu. quam ibi commẽdat Cardi. in. 6. oppo.
106 §. ſæpe. de uerbo. ſigni. Nam allegatio non præciſè
concernens caſum de quo agitur, ſed à longe, uoca
tur allegatio ad balliſtam: & taliter allegantes di-
cuntur ligare arenam ſine cemẽto. Hęc duo ultima
dicta ponit Gomeſsius in. c. cùm in multis. in. 1. no-
tab. de conſtit. in. 6. ubi de primo dicto allegat Hip-
pol. de Marſilijs & de ſecũdo dicto allegat Bartho-
107 lomeũ Cepolam ut ibi per eum. Sufficit enim eum
allegare qui alios citat: ut in ſimili dicit Feli. in. c. Ro
dulphus. col. 13. uerſic. hortus autẽ. infrà, de reſcrip.
Idem Gomeſsius in. 30. quæſt. ſuper regula, de an-
nuali poſſeſſore. poſt princ. Hinc eſt, quòd non ſuffi
ceret aliqua ſubtilis cauillatio alicuius text. ut pro-
bat textus in. l. penul. ff. ad exhiben. Et nota unum
ſingulare dictum Anton. de Butri. in dicto. c. inter
corporalia. col. penult. in princip. infrà, de tranſlat.
prælat. ubi dicit quòd iura ponderantur ſecũdum
ſenſum qui cadit in intellectum bene organizati &
ſubtiliter intuentis.

Limita



Limitatur nũc hoc notabile, ut licet neceſſarium
ſit allegare legem uel canonem, tamen ſi ſunt plu- 108
res leges uel canones idem dicentes, ſufficit allega-
re unam. Nicol. de Neapol. in. l. ſcire oportet. §. fin.
ad finem. ff. de excuſatio. tuto. pro quo Iaſ. in dicta
l. illam allegat text. in. l. ita uulneratus. circa finem.
ff. ad leg. aquil. addo Ioannem Igneum in repetitio.
authenti. ex cauſa. col. 32. ad fin. C. de lib. præte. in. l.
3. §. ſubuenitur. nu. 150. ff. ad ſylla. ad idem facit tex.
quem ibi ad hoc ponderat Hippol. de Marſil. in. l. ſi
quis obrepſerit. ff. de ſol. Hinc dicimus etiam, quòd
clauſula non obſtante lege, derogat omnibus legi- 109
bus ſimilibus: ut dicebam ſuprà in. 3. limitatio. ad
ſecundum notab.

Secundò fallit in legiſlatore, cui ſufficit dicere, 110
Ita iure cauetur. do. de Ripa per gloſ. ibi in uerbo,
id uenire. in cap. cum eccleſia ſutrina. col. 24. uerſi-
cu. in eodem. gloſ. in prima parte &c. infrà, de cau-
ſa poſſeſ. & proprieta. Gomeſsius in dicto. c. cùm in
cunctis.

Tertiò fallit, quando iura eſſent notiſsima: quia
etiam quilibet ſcholaris poſſet dicere, Iure ita caue-
tur. Card. in dicta clemen. ſæpe. in prin. do. de Ripa
in dicto. c. cum eccleſia ſutrina.

Quartò fallit quando quis allegaret coram prin
cipe, uel coram magno doctore, coram quibus ſuf-
ficit dicere, Iure ita cauetur. Panor. in. c. ueſtra. infrà,
de cohab. cleri. & mulie. Ludouicus Bologninus in
repetitio. authen. habita. col. 27. C. ne filius pro pa-
tre. de quo per Gomeſsium in dicto. c. cùm in mul-
tis, in primo notab. ubi plenè diſputat, an & quãdo

ſufficiat

Universidad de Deusto Biblioteca

ſufficiat allegare in genere: & quod dictum de alle-
gante coram principe idem Gomeſsius in dicto.c.
1.nume.105.&.106. & pluribus ſequentibus infert
ad multa,ut ibi per eum.dicit etiam Barba.in trac.
de præſtan.Cardi.in.1.parte quæſt.9.col.fi.uerſicu.
quinto non habet.coram Papa non eſſe alleganda
111 iura,cùm habeat illa in ſcrinio pectoris.Et dum ſu-
prà dixi de allegante in genere,adde text.in.c. cùm
beatus.ibi, iuxta illud quod quidam ſapiens dicit,
45.diſtinct.ad idem text.in.c.ut euidenter.ibi,quo-
dam loco ſic ait.1.quæſtio.1.ubi gloſ.1.infert, quòd
112 aduocatus poteſt allegare hoc modo dicit quędam
lex.de quo plura allegat Spec. in tit. de diſputa. &
alleg.§.porro.uerſi.in ſumma nota.Addo tex.quē
ibi ad hoc ponderat Barbat.in.c.1.col.6.in fi.uerſic.
nota ibi canonicas ſanctiones,infrà,de poſtul.præ-
lato.addo etiam Hippo.de Marſil. in dicta.l.ſi quis
obrepſerit.Et nota quod Aret.in.l.eius qui in pro-
uincia.col.2.uerſiculo,circa tertium articulum.ff. ſi
cert.peta.ponit iſta uerba,Forſi che io te allego una
lege ſola,habeamus unum canonicum qui uocaba
tur Chriſpigianus, qui allegabat aliquādo ad bal-
liſtam:& quando dicebat aliquid,dicebamus: Vbi
habetis hoc domine Chriſpigiane? Lui reſpōdeua,
A cento cinquanta millia capituli in lib.captiuorū.
ua lo trouuar tu. Et quia ſumus in quadrageſima,
incidimusq́ in eum Aret.locum,ideo non pudebit
inſerere alia uerba Aret.in loco præalleg.Non cre-
dis,inquit, quòd iſta quadrageſima minuat multū
de fantaſia,uel intellectu? ego promitto tibi, quòd
libenter ſubſtituerem unum alium,qui legeret pro
me:



me:ſed ut dicit Valer.plus ualet quod cogit neceſſi
tas,q̄ quod facit uoluntas.Hæc Are.in loco præal.

Quintò Fallit,ut nō procedat in deciſiuis:Nam
ut inquit Ioan.And.in.c.ſicut.infrà de re iud. Iuris
periti non ſolent allegare iura,cùm ab eis petuntur
conſilia per indices cauſarum: ſecus ſi petantur per 113
partes. Quod dictum ad ſui excuſationem inducit
Panor.in conſil.21.in quæſt.quæ ad præſens uerti-
tur.in prin.in.2.parte Cor.in conſil.215.uiſo & dili
gēter.in prin.in.3.parte. Barptolomæus Bolog.in
rep.auct.habita.char.14.uerſi. & de illo magno du
bio.C.ne fil.pro.pat.Hiero. Gratus in conſil.100.&
ſi in deciſiuis in prin.in.j.parte.in conſil.152. uiſis li
ter.in prin.in.2.parte.& in cōſilio.65.cum materia
præſentis cauſæ in princ.eadem.2.parte cū pleriſq́
alijs quæ ad hoc allegari poſſent. An autem aduo-
catus leges & canones allegans debeat ruſtico id
petenti ipſas materna lingua proponere uide,Spec.
in tit.de aduocato.§.nunc de exordijs.in fi.

Et an liceat allegare illud ius cuius autorē non
habemus:uide tex. cum glo.& ibi doct.in.cap.pe. 114
§.fi.45.diſtinct.Lucam de Penna remiſsiuè in.l.uni
ca.col.4.C.de ſtud. lib.rub.Ro.libr.11.& uide Præ-
poſitum in dic.§.fi.ponentem multa quæ ſeruiunt
ad hoc notabile:& inter cætera dicentem, quòd do
ctor legendo debet allegare complete, ut inſtruat
audientes,& eis ad memoriam iura reuocet.

GLOSSA PRIMA Diuiditur in duas par-
tes principales: in prima exponit text. in ſecunda
ponit quatuor genera canonum.Secūda ibi,Quia
quidam canones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



In prima parte glo. dũ exponit illum genitiuũ
pluralis numeri Canonum,ut intelligatur de cano
115 nibus generalibus.ad intelligentiam materiæ præ=
mittendum eſt,quòd natura legis eſt , ut generali-
ter ſtatuat & in commune de negotijs hominum:
ut probat tex.in.c.erit autem lex.ibi,ſed pro com-
muni utilitate ciuium conſcripta.4. diſtinct.in.l.2.
ibi ciuitatis autem compoſito communis, ſecundũ
quam omnes decet uiuere qui in ciuitate ſunt. &.l.
iura non in ſingulas.ff.de legib. ad idem tex.in.§.j.
ibi,& communem in omnibus facere legem.in au-
cten.de tabel.Barba in conſil. 27.ſcripſit propheta:
alias incipit,& quidem uiſo puncto.col.7.uerſic.&
ſi dicatur huiuſmodi prouiſio.in.2.parte.& in.c.ad
hęc.in.3.no.infrà de reſcript.Et debet eſſe lex omni
116 bus communis,rebus competentem ordinem po=
nens,ut probat tex.in aucten.de nupt.in prin. Lu-
cas de Penna in.l.2.col.j.C.ne fiſcus rem quam uen
didit euincat. libro.10.Idem etiam tenent morales
Philoſophi,ut per Ariſt.in.4.Politicorum. c.j.&.8.
Patritium lib j.de repub.tit.5.& Plato dialogo.4.
117 de legib.inquit,Eas non debere dici leges,quę non
ſint cõmuniter totius ciuitatis gratia poſitæ . Quã
ſententiam Alexander ab Alexandro libr.6.dierũ
genialium.ca.23.in fin.non illepidè nec ineleganter
firmauit:pro quo faciũt pulchra uerba Auli Gellij,
libr.10.Noct.Attica.cap.20 . Quæri,inquit,audio
118 quid Lex ſit,quid Plebiſcitũ , quid Rogatio , quid
Priuilegiũ : Atteius Capitolinus publici priuatiq́ꝫ
iuris peritiſsimus, quid lex eſſet hiſce uerbis difini-
uit:Lex,inquit,eſt generale iuſſum populi, aut ple-
bis



bis,rogante magiſtratu. Ea difinitio ſi probè facta
eſt,neq́ꝫ de Imperio Cnei Pompeij , neq́ꝫ de reditu
M.Ciceronis,neq́ꝫ de cæde P.Clodij quæſtio, neq́ꝫ
alia id genus populi,plebis'ue iuſſa leg.uocari poſ-
ſunt:nõ enim ſunt generalia Iuſſa,neq́ꝫ de uniuerſis
Ciuibus,ſed de ſingulis cõcepta. De quibus Gellij
uerbis uide Budæũ in.l.legis uirtus.ff.de legib.Na
turalis uerò ratio uel iuſtitia, per quã dirigitur uo-
luntas humana ad politicã uitã,circũſpicit in ſingu
las circunſtantias:Nũ rectè ſit omnibus ius ſuũ di-
ſtributũ:& ſi quid inuenit , quod non ſatis rectè ſit
poſitum,ſub cõmuni præcepto id eximit, & priua
to,hoc eſt ſingulari iure donat:ut copioſè declarat
Ioan.Oldẽdorpius in lib.uariarũ lectio.tract. de iu
re ſingulari.Idq́ꝫ Platonẽ in ciuili exiſtimaſſe arbi-
tror in eo articulo,quomodo ad regẽ legum latio
pertineat.& Ariſt.in.3. Politicorũ.c.11. Et ita intelli
gi debet dictũ Bal.in aucten.habita.C.ne filius pro
patre,dum ſuper tex.in uerbo,dignum. Nanq́ꝫ uo
luit,quòd etiã lex cõtinens priuilegium dicatur bo 119
num cõmune reſpicere. Et hoc eſt quod uoluit dice
re tex.in.§.quia igiur.in auct.de inſtru. caut.et fid.
dum dicit,quòd deus miſit Imperatorem in terris 120
legem animatam,ut difficilibus legem imponat,&
humano generi eã diſtribuat pariter,hoc eſt quod
inquit Dionyſius Areopagita in lib.de diuinis no-
minibus.c.8.in fi.dum uult quòd ſecundum iuſti-
tiam omnium æquitas mẽſuratur & terminatur:
& omnis inæqualitas quæ eſt per priuationem in
ipſis ſingulis exterminatur:et ſi dicatur inęqualitas
differẽtia unius totius ad aliud totũ,uel quãdo unũ

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt maius altero, aut quia totũ eſt maius ſua parte:
hanc inæqualitatem ſaluat iuſtitia non permittens
turbari uniuerſitatẽ cõmixtione & unitæ mẽſuræ
participatione, & cuſtodiẽs omnia exiſtentia ſecun
dum ſpeciem in qua unum quodq; habet naturali
ter eſſe, ita enim uerba Dionyſij Areopagitæ multò
certè obſcuriora interpretes, maximè Dyoniſius
Carthuſianus intellexerunt. Similiter & hoc eſt
quòd uoluit dicere beatus Thomas in. 2. parte quę.
97. art. ult. dũ dicit, quòd diſpẽſatio eſt quædã com
121 munis mẽſuratio ad ſingula. Et clarius hoc uoluit
Sylueſter de Prierio in. j. parte ſuæ ſummæ, titu. de
diſpẽſa. in prin. dum dicit, quòd diſpẽſatio in præ-
cepto legis cõmunis eſt applicatio eius ad hũc & il
lũ ſecundũ eorũ proportionẽ. ut ille ſcilicet aſtrin-
gatur ad totũ, ille ad partẽ, ille ad nihil, ſecundum
122 eorum conditiones. Et talis diſpẽſator eſt ad inſtar
gubernatoris familię, qui diſpẽſat ſingula ſingulis,
laborẽ ſcilicet & præmiũ, ut inquit Pet. de Ancha.
in repet. huius. c. in. 2. oppoſitio. ubi etiã dicit unum
multũ notandũ in propoſito, quòd tali diſpẽſatore
indigemus qui legẽ uniuerſalẽ ex cauſa nobis rela
xet, ſecundũ quod diſpẽſans debet habere intuitũ
rationis, & boni uniuerſi, & cauſæ propter quã di-
ſpenſat. Faciũt quæ dicã infrà. poſt Panor. in quęſt.
An lex poſitiua liget in foro conſcientiæ. in articu-
lo, quomodo dicatur lex iniuſta. Hinc Plutarchus
in politia Sagundino interprete: Non tamen, in-
quit, pro quibuſuis ſcilicet exiguis & parui mo-
menti rebus nouitati ſtudendũ eſt: & ordo, ac mo-
dus rerum omnium perturbandus; ſed aut pro ne-
ceſſarijs





ceſſarijs & quæ dilationem ſine pernicie ferre non
poſſunt, quale Philopœmenis fuit negotiũ: aut pro
rebus illuſtribus, & præclaris, ciuiſmodi fuit illud
Epaminõdæ: is enim cõtra legẽ definito ſibi impe-
rio tẽpori quadrimeſtre ſpatiũ addidit, ingreſſusq;
Laconicã, res Meſſenæ cõfecit. His rationibus extra
ordinariè innouandũ aliquid eſt, ut uel neceſsitatis
prętextu ſi qua occurrendũ erit, uituperationi, atq;
querelis accuſationem deprecari poſsis, uel ma-
gnitudine atq; decore facinoris incœptũ poſsis cõ-
pẽſare. Celebratur ubiq; gentiũ Iaſoni illa Theſſal-
lorũ tyrãni ſentẽtia, quã uſurpaſſe in eos ſolitus tra
ditur, quibus ullã moleſtiã aut uim intuliſſet: Qui
magnis in rebus iuſtitiæ ſe cultorem haberi uult,
eum ius aliquando in paruos uiolare neceſſe eſſe.
Quãquam eiuſmodi uerba è ueſtigio intelligi poſ-
ſint præpotentis cuiuſpiã eſſe, cupiditate, & ui, non
ratione et lege res adminiſtrare uolẽtis. hoc uerò re
ctè ciuile præceptũ eſt, parua quibuſdã ratione con
cedenda eſſe ut & maioribus reſiſtere, ab hiſq; ab-
ſtinere poſsis, & hos qui ad peccandũ paulò petu-
lantius propenſi uidentur, facilè coërceas, & retar
des. hæc ille. In quibus cernere eſt, Ex oficio legiſla- 123
toris eſſe, nonnunquàm priuatũ lædere cauſa uni-
uerſalis boni. Sic etiam diſpenſationes rerum non 124
nunquàm cogunt à debito rigore quoſdã exire fo
ras, ut maius aliquid lucri faciant: ut dicit præcla-
rus & elegãs tex. in. ca. diſpẽſationes. j. quæſt. 7. po-
nens exẽplũ in nauta, qui quædã proijcit in mare,
ut alia ſalua fiãt: quod exẽplum etiam ponit Io. de
Deo in tract. de diſpenſat. in prin. Nec ad eſſe legis

Universidad de Deusto
Biblioteca



requiritur,quòd actualiter omnibus ſit utilis,ſed ſa
tis eſt,ſi maiori parti ſit utilis:cùm nulla lex ſatis cõ
moda omnibus eſſe poſsit, ut inquit Lucas de Pen
na poſt Titum Liuium per eum allegatum in dic.l.
2.C.ne fiſ.rem quã uendi.euincat.lib.10. Notandũ
tamẽ eſt unum,ex quo lenitur aſperitas eorũ, quæ
126 nuper dicta ſunt: quod etiã ſi propter maius bonũ
princeps recedendo à iure cõmuni quẽ lædat, tene-
tur ſibi damnũ reſarcire, ſicut cùm ex cauſa aufert
alicui rem ſuam. Archid.in.c.per uenerabilem.poſt
prin.9.quæſt.3.per tex.quem corruptè allegat.in.l.
ſerui.ibi,præmiũ à fiſco percipiãt.C.pro quib.cau.
ſerui liber.accip.cum ſimilibus. ut per Felinum in.
c.quæ in eccleſiarũ.col.9.uerſic.prima declaratio.in
frà.eodẽ quod intelligo circunſcripta cõſuetudine.
de qua meminit glo.in.l.ſi locus. §.fi.ff.quemad.ſer
ui.amit.Et ad prædicta notãda ſunt pulchra uerba
127 tex.in.c.j.29.diſtinct.dũ dicit,quòd pleraq; capitula
ex cauſa,ex perſona,ex loco,ex tẽpore cõſideranda
ſunt: quorũ modi quia medullitus non indagãtur
in erroris labyrinthũ nõnulli intricãdo impingun-
tur,cũ antè iudicãt,quàm intelligãt: ante inculpãt,
128 quàm iterãdo lecta perquirãt. Porrò huiuſmodi le-
ges perſonales,ſeu ſpeciales,Priuilegia uocamus,eo
quòd ueteres priua dixerũt, quæ nos ſingula dici-
mus,ut Gell.& Oldẽdor.in locis præal. atteſtãtur:
quod etiã Sipõt.in ſuo Copiæ cornu teſtatur. Sũt
& priui lapides,ſiliceſq;, & priua uerbena de qui-
bus meminit Ludo. Cęlius.li.21.le.antiq.c.15. in.fi.
et priua utẽſilia,quę pec. parata ſeruãtur cùm uſus
129 poſcat,et priueres mulieres,pri,dic.Poſſ.& Diſpen.
appellari



appellari tales leges perſonales,per ea quæ ſupra di
cta ſunt. Nam quicquid ſit in alia matæria, tamen 130
quoad ſubiectã materiã nihil intereſſe arbitror in-
ter Diſpẽſationes & Priuilegia. At Traianus cùm
priuilegijs ab ſe editis,aut ob merita indultis ,mul-
tos inniti,atq; in exẽplum tradi uideret: ueritus ne
cõtra leges moreſq; maiorũ ad alias cauſas perfer-
rentur, illaq; in iudicijs & foro pro lege acciperẽt,
diplomatibus, libelliſq;, nunquàm ex ſcripto re-
ſpõdebat:ne pernicioſum inde exemplum,& quaſi
ſeminariũ.mali oriretur:ſed tantum uerbo,quibus
uiſum eſt aſſenſiſſe fertur aut priuilegia indulſiſſe:
ut Alexander ab Alexandro inquit in dicto libro
dierum genialium.ca.23. Et ſicut prædicta conſide
rari poſſunt reſpectu cõſtitutionum perſonalium,
quas priuilegia appellamus: ita etiam conſiderari 131
poſſunt reſpectu cõſtitutionum localium: quia per
conſtitutiones perſonales fit diſtributio iuris in ſin
gulas perſonas, & per conſtitutiones locales fit di-
ſtributio iuris in ſingula loca. Nam unaquæq; pro
uincia proprio ſenſu abundat.c.pen.76.diſtin.&.c.
certificari.de uſuris. Facit quod dixi in rubri.huius 132
tit.ad hoc,quòd omnes prouinciæ nõ poſſunt iiſdẽ
legibus gubernari,ut ibi nume.102.&.103. Notan-
dum tamen eſt quòd cùm Clemens quintus man-
daſſet omnibus epiſcopis & archiepiſcopis,ut deli-
berarent,& diligenter inquirerent, ac in ſcriptis ad
concilium uniuerſale Viennæ conuocatum defer-
rent,quæ pro bono ſtatu eccleſiæ populi Chriſtia-
ni,& exaltatione fidei utilia uiderentur, Spec.librũ
de hoc edidit,cui titulus eſt, De modo generalis cõ-

Universidad de Deusto Biblioteca



cilij celebrandi.& in.2.rubr.1.partis,in qua agit de modo correctionis, & reformationis Eccleſiæ, & Chriſtianitatis,concludit bonum eſſe,ut eccleſiaſtica auctoritas, & regalis poteſtas humanum genus regerēt ſecundū quod in Lege,Euangelio,& Concilijs Spiritusſancti inſtinctu probatis, & alijs humanis & comprobatis legibus & iuribus continetur: & quicquid per alios inuenitur in regimine mundi in contrarium attentatum corrigeretur,& reformaretur,prout melius poſſet:& prouideretur ne in cōtrarium impunè attētaretur:& quòd huius uitæ nouitas nō negligeret quæ ab antiquitate fuerant hactenus conſulta, & prouidè conſtituta: & quòd omnes uſus,ſeu uerius abuſus,& conſuetudines quæ cēſendæ ſunt corruptelæ, diſpenſationes, priuilegia,libertates,& exemptiones,cōtrarietates, & contrariantia ſuprà dictis diuinis & humanis legibus approbatis,& generalibus tollerentur. Et in 4.rubri.dum tractat de diſpenſationibus,& exemptionibus,dicit,quòd prouidenter faciet Papa,ſi in illis ſeruet concilium Leonis Papæ,in.c.fi.14.diſtin. cuius uerba formalia ibidē recitat,& admonet ſanctitatē Papæ,ut cogitet,ſi ex diſpenſationibus quæ paſsim iuxta ſtylum Romanæ curiæ fiunt, rumpitur numerus:& ſi eſſet utilius ſibi, & uniuerſali eccleſiæ,ut de prælibato remedio iuris cōueniens acquieſceret traditionibus,& ceſſaret à dictis diſpenſationibus,indulgentijs, cōceſsionibus, priuilegijs, & exemptionibus, quæ ſunt contra bonum commune.Quæ Specu.uerba uereor ne eò dicta ſint,ut ipſius Spec.qui tunc epiſcopus Mimatenſis erat, &

aliorum



aliorum epiſcoporum, ac archiepiſcoporum iuriſdictionem tueretur:cùm in eodem libro improbet exemptiones monachorū ab ordinarij iuriſdictione, & ferè in omnibus eam ordinarij iuriſdictionē tueatur. uerùm hæc omnia determinationi ſanctæ matris eccleſiæ ſubijcio.

His præſuppoſitis ex prima parte gloſ. colligūt Docto.quòd iſte text.uolens canones ab omnibus obſeruari debere,intelligitur de generalibus. Quia conſtitutiones locales ſeu perſonales ab omnibus obſeruari non debent. Et propterea Decius hic in utraque lectura ponit aliquos caſus,in quibus priuilegium facit ius quo ad omnes.

Aduerte primò,dū doct.reſtringunt iſtū text.ut nō intelligatur de canonibus uocalibus:& hoc propter uerbū,Ab omnibus:quod Decius hic ponderat. Quia hæc cōſideratio bene procederet, quādo author canonis declararet ſe ſolùm uelle, ut canon haberet effectū in certa parte hominū ſibi ſubditorū:alias ſi inferior à Papa ſtatueret canonē generalē quoad ſibi ſubditos,in iſtis canonibus poſſet uerificari iſte tex.præſupponendo quod illa uerba, Ab omnibus,intelligantur de ſubditis prout intelligit gloſ.4.hic,& Barbat.hìc quæ ſunt notanda pro declaratione eorum,quæ dicit Aret.hic.

Secundo aduerte,inquantum doct.dicūt, quòd iſte tex. non procedit in conſtitutionibus perſonalibus & priuilegiatiuis. Quaſi uelint dicere quòd priuilegia nō debeāt ab omnibus obſeruari:quod uidetur falſum.Quia licet priuilegia reſpiciāt utilita- 133
tem priuatā aliquorū,tamē debēt ab omnibus ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſeruari:quia Priuilegiũ & ius cõmune nõ differũt
134 reſpectu potentiæ ligandi: ex quo quicquid prin-
ceps facit eſt lex. §.fin.in auct.de conſulib. ubi dici-
135 tur,quòd princeps eſt lex animata in terris. Et ideo
licet Priuilegium & ius cõmune ſunt contrarij effe
136 ctus,tamen poſſunt ſimul intentari:ex quo priuile
gium largo modo poteſt dici ius cõmune.Bal.in.l.
137 j.uer.unde quęritur.C.de furt.Et priuilegiũ poten-
tius eſt quàm pactũ.l.fin.& ibi Bal.in.3.no.C.debo
nis liber.Et ideo ſi princeps concedit teſtãdi poteſta
tem ei,qui aliàs erat inhabilis ad teſtandum, hæres
inſtitutus in tali teſtamẽto habebit petitionẽ hære-
ditatis contra quoſcunq; poſſeſſores bonorũ hęre-
ditariorũ.l.ſi quãdo.in princ.& ibi doct.C.de inoff.
teſt.Quod nõ eſſet,ſi priuilegia nõ deberent ſeruari
138 ob omnibus.Et quòd canones pſonales ab omibus
ſeruari debeãt,hoc ꝓbat tex. loquens in canonibus
pœnalibus & odioſis,in.c.unico. §.omnẽ perſonã.
de ſchimaticis.in.6.ad idẽ text.loquẽs in priuilegio
perſonali. in.l.neq; Dorotheũ. & in.l.dortitij. C.de
decur.lib.10.& propterea dicit Paul.de Caſt.in.l.2.
in princ.quã legit cũ.l.j.ff.de legib.ſe uidiſſe in ſtatu
tis cõmunis Florẽtiæ, quòd erat quoddã ſtatutũ in
fauorẽ cuiuſdã notarij propter quoddam cõmune
cõtinens quòd ipſe & omnes ſui deſcẽdẽtes maſculi
haberent tale priuilegiũ à cõmuni:ex quibus appa-
ret quòd etiã priuilegiũ perſonale ab omnibus ſer-
139 uari debet quo ad ea quæ continẽtur in priuilegio.
Et inquantum Decius hic in prima lectura ponit
aliquos modos cognoſcendi legẽ generalẽ, dicatis
clarius,quòd illa dicitur eſſe lex generalis,quę eſt fa
cta



cta per uerba generalia.Quia ubi lex nõ diſtinguit.
ff.de publi.l.de pretio.ff.de public. &.l.iij.§.ſi liber
homo.iuncta gloſ.ibi,in uerbo,accepiſſet.ff. de con
di.ob cauſ. Et lex generalis appellatur Edictalis, ut
inquit Mattheus de afflictis in commento . conſtit.
Neapo.lib.1.titu.82.in princ.c.primi.
Ampliatur primò, ut procedat etiam ſi eſſet ali-
qualis ratio dubitandi,an lex ſit generalis,uel non: 141
quia ſolemus dicere,quòd lex ſimpliciter facta com
prehẽdit omnẽ caſum, dato quòd in uno ſit maior
ratio quàm in alio.l.j.§.quod autẽ.ff.de aleator.l.in
fraudẽ.§.fi.ff.de teſta.milit.&.l.j.§.generaliter.ff.de
lega.præſtan.bonus tex.quem ad hoc Galiaula ibi
ponderat in princ.in.l.j.§.fi.ff.de uerbo.oblig.
Secũdò ampliatur,ut procedat etiã ſi lex ſit ſolũ 142
gñalis in ſui pręfatione & initio:quia licet loquatur
poſtea per uerba ſpecialia,tamẽ tota lex erit gñalis,
ut probat tex.quẽ ad hoc ibi põderat Bart.in.l.reg.
§.fi.ibi, nã initiũ cõſtitutionis gñale eſt. ff.de iur.&
fa.ign.Dec.hic in.1.lect.Frãc.de Cur.iunior in cõſi.
185.poſt redditũ cõſiliũ col.1.& ꝓpterea dicit Sign.
de Homod.in cõſil.6.Titius in infantili ætate,col.2.
uerſ.præterea nõ eſt nouũ. Non eſſe nouũ quòd ex 143
una gñali particula legis tota lex cenſeatur gñalis.
Tertiò ampliatur, ut procedat etiã ſi talis lex ita
generaliter intellecta cõtineret rigorẽ,& eſſet dura:
ut eſt tex.in.l.ꝑſpexit.ff.qui & à quib.de qua plenè
dixi in.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.in.2.nota.
Quartò ampliatur,etiã ſi lex ſit ſolùm generalis
in fine,& ſpecialis in prin.gloſ.in rubri.C.etiã ſi ob
chirograph.pecu.pig.retineri poſſe.in fi.et ibi Alb.
De

Universidad de Deusto Biblioteca



De modo autē cognoſcēdi legē perſonalē fac re-
gulā, quòd quando uerba diſpoſitiua alicuius legis
diriguntur ad certā perſonā, tunc in dubio præſu-
mitur lex perſonalis.l.j.§.fina.ff.de conſtit.princ.

Fallit primò, ut non procedat quando talis lex
emanaret motu proprio principis : quia tunc, niſi
eſſet aliqua alia urgens coniectura in contrarium,
talis lex præſumeretur generalis: quia leges ut plu-
rimum emanant motu proprio.l. humanū.C.de le
gib.cum ſimil.ut per Iaſ.in.l.ſi quis quenquam.§.fi
na.ff.ſi quis cautio.

Secundò fallit, quando Papa reſpondet ad con-
ſultationem alicuius gloſ.in cap.ex tua.infrà, de fil.
præsbyte.& in.c.pe.in gloſ.fi.infrà, de tempo.ord.
cum ſimil.ut per Felin.hic col.4.uerſicu.pro iſta.&
Decium in.1.lectu. col.4.uerſic.& dum dicitur hic.
quibus addo tex.in.l.itē quia.§.fin.ibi ex facto etiā
cōſultus.ff.de pact.& in.§.ſed & maior.ibi, nā An-
toninus cōſultus. inſt.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.

Tertiò fallit : quando ratio legis eſſet generalis,
quia tunc uerba legis qualiacunque eſſent extende-
rentur propter rationem generalem:& ſic eſſet lex
generalis.Bal.in.l.fi.in.5.quæſt.C.de hæred.inſti.Et
145 hoc eſt quod dicitur, quòd ratio legis eſt uirtus &
anima legis. ſolet allegari tex.in.l.cum pater.§.dul
ciſsimus.ff.de legat.2.Ideo dicit Bal.in authen.poſt
fratres.C.de legiti.hæredi. & in.l.ſi quis ſeruo per-
ſuaſerit.C.de furt. quòd ratio ſe habet in lege ſicut
anima in corpore.Sequitur Frāciſcus de Curte iu-
nior in conſi.5.uideretur prima conſideratione.col.
11. in princi. & ratio potentius addit quàm uerba,
ut inquit



ut inquit Stepha.Bertr.in conſil.105.ſcripta eſt poſt 146
medium. in.2. parte conſiliorum recentioris typo-
graphiæ.

Quartò fallit, ut non procedat, quādo uerba ſpe
cialia legis concernerent fauorem eccleſiæ : quia ta-
lia uerba facerent ius generale, etiam quo ad omnes
eccleſias.Bal.in authen. niſi rogati.col.2.C. ad treb.
per tex.in.§.hæc ergo.in authen.de nō alienan. ſe-
quitur Feli.hic col.4.uerſi.& adde quod quicquid.
facit text.in.l.non plures.iuncta gloſ.ibi, in uerbo,
eccleſiæ.C.de ſacroſanct.eccle.declarando tamen ut
per Decium hic, col.4.uerſicu.ſed adde.in.1.lectura.

Quintò fallit, ut non procedat quando lex lo-
quens per uerba ſpecialia eſſet inſerta in corpore iu
ris : quia talis lex faceret ius generale, ut plenè per
Feli.hic col.4.uerſi.hanc fallentiam intellige.& De-
cium hic in.2.lectura.col.2.Socy.in.l.3.in princi.ff.
quod quiſq; iur. Sublimita, niſi inſertio fiat per
modum priuilegij. Quia tunc non facit ius genera
le.l.neq; Dorothen.in.l.dortitij.C. de decur.lib.10.

Nota tamen, quòd per generalem derogationē
priuilegiorum nō cenſetur derogatum priuilegijs 147
clauſis in corpore iuris.gloſ.in.l.2.§.omnes, ff.de iu
dic.ubi Franciſc.de Curte iunior in fi.infert, quòd
mandatum generale principis cōtinens quòd om-
nes teneantur ſoluere certam collectam, nō obſtañ.
eorum priuilegio, nō comprehendit doctores, qui
habent priuilegium exemptionis inſertum & clau-
ſum in corpore iuris.iuxta.l.medicos.C.de profeſ-
ſor.& medi.libro.10. & ultra ea quæ de priuilegio
clauſo in corpore iuris dixi ſuprà uide pulchrè Ge
minia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



minia.in.c.ignoran.in gloſ.38.diſtinct.

Sextò fallit, quando taliter uerba ſpecialia ſiue perſonalia emanarent ad iuris obſeruãtiam Gemi. in.c.ignorantia.per illum tex.28.diſtinct.cum ſimi lib.ut per Decium hic in.2.lectura.

Septimò fallit,quãdo locus,uel perſona, qui ſpecialiter in aliqua diſpoſitione exprimitur,exprimeretur gratia frequentioris uſus: quia ſpecificatio taliter facta nõ impediret,quominus lex diceretur generalis.

Nam ea quæ ſtatuuntur gratia frequẽtioris uſus
148 locum ſibi uendicant etiam in caſu non ita frequenti.ut eſt gloſ.in.l.j.C.de rapt.uirg.in clemẽ.1.in uerbo,præſidentes,de reſcript.Doct.in authen.caſſa et irrita.C.de ſacroſanct.eccle. Decius in.l. ſecunda.in princi.1.numero.33.ff.de regu.iur. & ibidem etiam numero.122. Idem Decius in.l.finali. in princip.C. de pact. Alcia.in.l.prima.§.fina.in princip.ff.de uerbo.obligatio.Iaſ.in.l.prima.col.4. uerſicu. ſecundo debes ſcire.C.de iud.in.l.ij. in princip.col.3. uerſicu. in eadem gloſ.ibi. ſed hoc frequentius.ff. de uulga. & plenius in conſil.128.uideretur in præſenti.col.8. in princip.in quarta parte.Franciſcus de Curte iunior in conſi.107.præſupponitur in facto,in fi. Decius in conſil.70. & pro tenui. col.2. circa finem.in prima parte. Barba.in.c. Raynutius.infrà, de teſta. col.164. circa medium. in paruo uolu. latius quàm aliquis alius tradit Thomas Parpalhe in.l.j. col.16. uerſic.circa ſecundam quæſt.Bart.ff.ſolu.matri.uide Franc.de Curte iuniorem in.l.ij.§.mutui datio. nu.26.ff.ſi cert.pet.dũ loquitur de expreſſione facta

gratia



gratia frequẽtioris uſus.Faciũt etiã quę de relatiuo Quis,uel Qui,dixi in.l.oẽs populi.ff.de iuſt.& iur.

Octauò fallit,quando princeps procederet iudicando inter partes:quia licet ſententia principis ſpe 149
cialiter feratur inter certas partes,tamẽ illa facit ius inter omnes.c.in cauſis.& ibi plenè Felin.col.2. uerſicu.regulariter ſententia principis.infrà,de re iudi. ideo Alber.in.l. quod principi. quæ eſt lex.j.ff. de conſtit.princ.refert Iacobum de Rauen. dicentem, quòd aduocati curiæ Romanæ quando deficiunt 150
eis iura,dicunt:Ego ſic uidi interloqui papam in ſimili caſu.Et idem dicit de aduocatis regni Franciæ qui cùm deficiunt eis iura,dicũt ſic interlocutus eſt rex eſt in ſimili cauſa.Licet ſecundum eum,interlo- 151
cutoria principis non faciat ius generale quo ad omnes.De quo tamen ultimo uide Feli.in dicto.c.in cauſis.Et nota hæc propter eos,qui quotidie in deciſionibus cauſarum allegãt arreſta curiarum parlamentorum regni Franciæ.

Nonò fallit,quando in eadem conſtitutione uel alijs conſtitutionibus cautum eſſet,quòd illa conſtitutio facta per uerba ſpecialia extenderetur de ſimilibus ad ſimilia: quia talis cõſtitutio eſſet generalis, dato millies quòd fuiſſet facta per uerba ſpecialia. Pau.de Caſt.in.l.iij.per illum tex.C.de legib. & ibi Alber. refert uerſus ex quibus colligitur quæ ſit lex generalis,uel ſpecialis,qui ſequuntur:

*Lex,edicta, preces,motus,ſuggeſtio,cœtus:*
*Hæc ſex ſignabunt quæ leges ſint generales.*

Decimò fallit, quãdo talia uerba ſpecialia ponerentur in narratiua,uel in clauſulis executiuis:quia

per

Universidad de Deusto Biblioteca



per hoc non alteraretur natura legis,quæ eſt, ut ſit
generalis,clemen.1.de præben.per quem text.dice-
bat Anto.de But.in conſilio.29.uiſo puncto,quòd
152 uerba ad exequutionem prolata non alterant uim
primariæ diſpoſitionis:ſed illam plus in ſuo intelle
ctu confirmant.Idem tenent Imol.in.l.qui Romæ.
§.duo fratres.col.8.& ibi Iaſ.col.15.in princip.ff.de
uerb.oblig. Idem Iaſ.in.l.ius autem ciuiile.col.1. ad
finem.ff.de iuſtit. & iure.Calde. in conſil.16.poſito
ſub tit.de præbend. Alex.in.l.moræ.col.6. ad fi.ff.
de iuriſdict. om.iudic. Roma. in conſil.498.in caſu
quo quæritur.col.3.uerſicu.quinta ratio.Plus dixit
Iaſ.in dicto.§.duo fratres, col.30. uerſicu. ſed certe.
153 Barto. quòd clauſulæ quæ apponuntur ad execu-
tionem principalis diſpoſitionis non ſolum non al-
terant diſpoſitionem,ſed nec alterant ipſam execu-
tionem. Quod eſt magnum uerbum, ſi ſit uerum.
Plura alia ad materiam dictæ clemen.1.de præben.
allegaui in lib.Pactorum,pag.101.per totam,& ſe-
quen.ultra quæ uide Galiaulam pulchrè declaran-
tem hanc regulam in repet.l.centurio.char.22. col.
1. ad fi.ff.de uulg.& pup.

IN SECVNDA parte gloſ.dum dicit quòd
quidam ſunt canones locales, quidam perſonales,
quidam cauſales, quidam temporales:notãda ſunt
uerba Bald.in.l.cunctos populos.col.8.uerſi. ſed ut
clarius habes.C.de ſumma trinita.& fide catho.ubi
154 dicit,quòd ſtatutũ quandoq; diſponit de iure per-
ſonæ, quandoque de iure ſolennitatis uel formæ,
quandoq; de iure ordinis ſiue iudiciorũ,quandoq;
de iure executionis.& dicit Bal. ſe ponere iſta mem
bra



bra in ciuilibus actionibus,quæ habent ſortiri effe
ctum iuris.

De iure perſonæ poteſt ſtatutum diſponere tri- 155
pliciter:Primò, habilitãdo inhabiles,ut quòd filius
familias poſsit teſtari, quòd mulier poſsit eſſe tu-
trix,quòd ſpurius poſsit hæres inſtitui.Secundò in
habilitando habiles:ut,quòd adultus non poſsit te
ſtari,quòd mater non poſsit eſſe tutrix filiorũ. Ter
tio modo habilitando certa forma ſeruata, & inha
bilitãdo ea ceſſante:ut, quòd mulier & minor non
poſsint contrahere ſine conſenſu propinquorũ: &
quòd notarij nõ poſsint conficere inſtrumenta, ni
ſi ſint approbati in collegio notariorum.

Glo.in uerbo ſtatuta, diuiditur in duas partes,
ſecundum quod ponit duas limitationes ad text.
Secunda ibi,& dic ſtatuta.

Ex prima parte collige limitationem ad iſtum
tex.qui dicit, quòd canonum ſtatuta ab omnibus
obſeruari debent, ut non procedat in canonibus
abrogatis:& ſi uelis uidere differẽtiam inter Abro
gare & Corrigere,uide tex.& ibi Alciatũ in.l.dero
gatur. ff.de uerb.ſignifica. Et ſic reſultat concluſio,
quòd canones abrogati non ſunt obſeruandi. Am
plia ut procedat etiã in eo,qui utitur ſtatuto corre-
cto ſecũdum Bal.in.§.hũc igitur,in prima cõſtitu-
tiõe.C.Bar.in l.omnes populi.co.fi.uer.quęro quid
de ſtatutis antiquis correctis.ff.de iuſtit.& iur.

Secundo amplia,ut intantum procedat, quòd
ille qui utitur conſtitutione abrogata incidat in cri
men falſi:ut probat,text.in.l.fi.iuncta.gloſ.j.ff.ad.l.
corn.de fal.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertiò ampliatur, ut intantũ procedat, quòd ta
156 les leges correctæ nõ debent inſeri in corpore iuris ſecundũ Porcum per illum tex. in. §. ſed neq; inſti. de teſta. Et hoc uerum, quando eſſent correctæ antequàm infererentur in corpore iuris: ſi autẽ prius erant inſertæ in corpore iuris, non eſſet neceſſe illas remouere, niſi ex illis conditor legis incideret in pœnam. Quia tunc non liberaretur, neq; excuſaretur, corrigendo, ſeu abrogando illam legem: ſed neceſſe eſſet quòd illã remoueret de corpore iuris: ut tradit Marcus Ant. Baueri in dict. §. ſed neq; in. 2. notab. & exemplum poni poteſt ex his quæ tra-
157 dũt Bar. & Bal. in auct. caſſa et irrita. C. de ſac. ſanct. eccle. Nam qui faciunt ſtatuta contra libertates eccleſiæ, incidunt in pœnas, de quibus in. c. nouerit. infrà de ſenten. excom. & in dicta auct. caſſa & irrita. Pone modo, quòd ſtatuentes faciunt aliqua ſtatuta quæ ſunt contra libertates eccleſiæ, & illa incorporãt in uolumine ſtatutorum: deinde in fine libri ponunt unum ſtatutum, quòd ſi qua ſtatuta ſint in dicto uolumine, quæ ſint contra libertatem eccleſiaſticam, illa caſſant & irritãt ipſo iure: quòd propter hoc non excuſantur à pœna niſi illa protinus deleant & abradant de uolumine ſtatutorum.

158 Quarto ampliatur, ut procedat etiam, ſi quis iurauerit ſeruare ſtatutum illud: quia ſi poſtea illud abrogetur, nõ tenebitur illud ſeruare. ut tradit Bal. in prælud ijs feudorum. Et hoc de plano procedit, quando iurauit ſeruare ſtatutum, quia tunc poſtquàm ſtatutum eſt correctum, non eſt amplius ſtatutum. Sed maior eſſet dubitatio, Quid ſi iuraſſet ſeruare



ſeruare contenta in ſtatutis. in qua quæſtione uidebatur prima fronte dicendum, quòd etiam ſublato ſtatuto, iurans teneatur ſeruare cõtenta in illo: quia ceſſat ratio prædicta: aliud enim eſſet ſtatutũ, aliud contenta in eo. Nam contenta in ſtatuto non habẽt 159
nomen ſtatuti, niſi ſint ualida. arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & tamen dicuntur contineri in ſtatuto. Simile dicimus, quòd aliud eſt inſtrumẽtum, & aliud contenta in inſtrumento. Bar. in. l. ſi quis legatum. col. fi. in prin. ff. de fal. Et ideo qui renũtiat 160
inſtrumento, non uidetur renuntiare contentis in eo: ſed ſolùm illi generi probationum quæ fiunt per inſtrumenta. Bald. in. l. Labeo. §. j. uerſic. quid ſi quis. ff. de pact. Decius in conſil. 17. uiſo puncto col. 2. uerſic. tertio principaliter. in. j. parte. Sed tamen contrarium ad huc in caſu noſtro de iure uerius eſſe arbitror. Moneor primò per id quod no. Panor. 161
in. c. dilecto, col. fi. uerſic. ſed aduerte. infrà de præben. ubi concludit, quòd ſi ſtatuẽtes iurauerunt ſeruare ſtatutum contraueniendo illi collegialiter nõ incidunt in periurium: nec etiam quando iurauerũt ſeruare contenta in ſtatuto ſe referendo ad ſtatutũ. Secundò moueor, Quia in quocunq; iuramento ſubintelligitur conditio, ſi res in eodem ſtatu permanebunt. gl. cõmuniter approbata in. c. quem ad modũ. in uerbo, cõditio. infrá. de iur. iuran. Corn. in conſil. 48. quoniam in præſenti. col. 1. uerſicu. & hoc arbitror. in. 3. parte. Sed abrogato ſtatuto res non dicitur manere in eodem ſtatu: Ergo amplius iuramentum non ligat. Tertio moueor, quia abrogato ſtatuto, remanet uinculum iuris communis:

Universidad de Deusto Biblioteca

ergo ſi tale iuramentum ligaret, abrogato ſtatuto
eſſet contra autoritatem legis communis, quæ eſt
162 ſuperior: cùm tamen nos dicamus, quòd in omni
iuramento cenſetur excepta auctoritas ſuperioris.
cap. uenientes. infrà de iur. iur. & l. fina. in princ. ubi
Bar. ff. ad municip. Decius plenè in. ca. conſtitutus.
col. 3. uerſic. in glo. in uerbo iuramento infrà de re-
ſcript. & ideo ſi abbas cum capitulo iurauit non re
cipere monachos ultra certum numerum, intelli-
gitur niſi ſuperior ita mãdet. Oldra. in conſil. 87. fa-
163 ctum tale eſt, Quidã abbas. Iaſ. in. l. fi. col. 3. uerſic.
octauo facit. ff. qui ſatiſda. cogan. intantum quòd ſi
papa mandat capitulo ut recipiat Titium in cano-
nicum uel ſoluat centum: & in tali mandato faciat
mẽtionem quòd in eccleſia erat certus numerus ca=
nonicorũ iuratus licet canonici poſſint ſoluere cen-
tum, & ita ſeruare iuramentum de non recipiendo
ultra numerum, tamen ſine metu periurij poterũt
etiam recipere, & nõ ſoluere: ut notat Iaſ. poſt alios
per eum allegatos in. l. ubi pactum colum. 2. in fin.
gloſſ. j. C. de tranſact. Et iſtud argumentum multò
fortius procederet, quando ſtatuentes qui reuocãt
ſtatutum in reuocatione ſtatuerent ſtatutum prius
164 factum non debere obſeruari: quia tunc iuramen-
tum ad obſeruationem primi ſtatuti præſtitum
non debet ligare contra auctoritatem ſtatuti poſtea
facti per prædicta. Ex quibus apparet prima am-
pliatio. Ad hãc quartam principalẽ ampliationem
ſecundam ampliationem colliges ex his quę dicam
in quinta principali ampliatione.

Quintò principaliter concluſio ſupra facta am-
pliatur



pliatur, ut non ſolùm lex correcta non debeat ob- 165
ſeruari, ſed nec etiam reformationes circa eam fa-
ctæ obſeruari debent ſecundum Barba. hic per tex.
in. l. unica in prin. C. de lat. liber. tollen. Et propterea
infert. Barba. hic, quòd qui iurauit ſeruare ſtatutũ,
illo ſublato, non tenebitur etiam ſeruare reforma-
tiones ſuper illo ſtatuto factas.

Sextò ampliatur, ut procedat, etiam ſi canon nõ 166
eſſet correctus, ſed nunquam fuiſſet receptus à ſub
ditis. ita Antho. Baueri in dic. rubr. inſtitu. de teſta-
men. col. 6. in prin. nu. 10. ut dicam infrà.

Fallit nunc primo ut non procedat, quando ta- 167
lis lex ſolùm eſſet correcta in parte, & non in totũ.
Quia in parte non correcta ſeruari debet ſecũdum
Decium hic in prima lectura. Cui addo, quòd quã- 168
do ſucceſiuè duæ leges emanant una poſt aliam,
quarum prior eſt ſpecialis, & ſecunda generalis, tũc
illa ſecunda poſteriot non intelligitur corrigere illã
priorem legem, quæ eſt ſpecialis. Glo. in. l. ſciendũ.
in prin. ff. qui ſatiſda. cogant. Iaſ. in. l. fratres. colũ. 2.
uerſic. conclude quod prima. C. de inoffic. teſta. Et
ſublimat hanc limitationem ut nõ procedat quan-
do una pars legis ueniret in conſequentiam alte-
rius, per ea quæ tradit Io. Crotus in repet. l. omnes
populi. col. 38. in fi. uerſic. quinta concluſio. ff. de in-
ſtit. & iur. allegat. glo. in uerbo tertio genere. in. ca.
non debet. de conſang. & affinit.

Secundò quod dictum eſt de crimine falſi limi-
tatur, ut non procedat, quando ex allegatione, ſeu
uſu talis legis nomini fieret præiudicium. Quia tũc
taliter allegans legem correctam non committeret

Universidad de Deusto Biblioteca



crimen falſi;ut declarat Gomeſsius in. §.in perſonā. col.6.in.3.notab.inſtit.de act.allegat.legem damus. C.de falſ.quæ probat, quòd falſum nemini nocens
169 non eſt punibile. De qua.l.uide etiam eūdem Gomeſsium in.§.ex maleficijs.col.7.nu.18.Inſt. de act. Corn.in conſil.182.uidetur prima facie. col.pe.uerſicu.& maxime,in. 4.parte. Alex.in conſil.70.uiſo. col.fi.in.i.parte.Decium in conſil.175.in cauſa falſitatis,col.9.uerſi.præterea & ſecundo,in.j.parte.

Tertiò fallit quando talis allegatio fieret ſine dolo. Quia ex illa quis non puniretur crimine falſi. Gomeſsius in dict.§.ex maleficijs.col.8.in prin.nu. 19. falſum enim quod committitur ſine dolo non
170 eſt punibile: ut nota. in.l. nec exemptum. C.de fal. Bart.in l.quid ſit falſum. ff.illo titu. Imol.in conſil. 104.uiſis ac ponderatis.in princip.in conſil. 129. uiſis in fine. & in conſilio. 31. ad primum dubium. poſt princ.

Quartò etiam ultra Doct.quod dictum eſt de allegante legem correctam, procedit, quando apparet illam legem eſſe correctam: aliâs in dubio non debemus inducere neq; interpretari iurium
171 correctionem.l.uni.C.de inoffic.dot.l.ſancimus.C. de teſtamen.&.l.præcipimus.C.de appellat. Et pleniſsime dixi in repetit.l.omnes populi.in.2. oppoſit.Bar.ff.de iuſt.& iure. Nec mirum: Quia etiam non eſt de facili procedendum ad correctionem
172 iurium. Nam ut inquit philoſophus, deliberandum eſt diu quod ſtatuendum eſt ſemel. &, Ab
173 antiqua practica non eſt recedendum. Baldus in.l. illud.per illum text.ff. de excuſat.tutor. & in conſil.



ſili. 472. ſtatuto communis Papiæ columna.2.in.j. parte. Decius in conſil. 11. Quoniam indicantium reſponſa. columna. 8. uerſicul. ad hoc fundamentum.in.j.parte. Quapropter Romani rogationem quæ de lege,aut plebiſcito fiebat, apud populum trinundino antequam reciperetur permulgabant: ut undeuiginti dierum ſpatio, quod inter trinas erat nundinas optime deliberare poſſent,utrum futuro lex reipublicæ conduceret. ut Franci. Patritius teſtis eſt lib.j.de inſtitu.reipubli.tit.5.Plura ad hoc propoſitum dixi ſupra in rubr.

Quintò pro limita.nota, quòd etiam leges cor- 174
rectæ legi poſſunt ad inſtructionem, non ad exercitium. Ioann. de Anania in rubr. infrà de ſortile.col.j.in medio allegat.glo.in.l.j.ff.de coniungen. cum emancip.libe. Facit quod tradit Innoc.in.c.nouit.col.j.in fin.infrà de iudic.Præpoſitus in.c.quod dilectio.in.j.oppo.de conſang.& affin. reliqua uide hic per Doct.in.cap. nouit. infrà de iudic. Socy.in tract.fallen.regula. 285. Lex abrogata. Mattheum
de Afflictis in præludijs conſtitutionum Neapoli. 175
§.præſente igitur.col.fin. per totam. & notandum eſt,quòd doctores ad corroborationem & ornamentum ſuorum ſcriptorum poſſunt allegare doctrinas ſcribentium,etiam reprobatas Cor.in conſil.7.reperio me cōſuluiſſe poſt prin.in. 4.parte.Gozadinus in conſil.28.uidetur prima facie.col.6.uerſicul.ad decimum dico. & conſil.96. circa primam difficultatem colū.3.uerſic.non obſtat quod uoluit Alex.& inquantum glo.loquendo de canonibus abroga.exemplificat in illis qui abrogātur per con

 trarium

Universidad de Deusto Biblioteca



trarium uſum,uel conſuetudinem, poteſt inferri ſe
ptima ampliatio,ut procedat nō ſolùm in.l.expreſ-
sè correcta,ſed etiam in.l.antiquata per deſſuetudi-
nem.Ioan.Igne.plura ad hoc allegans.in repetit.§.
176 non alias.in.l.neceſſarios nu.121.ff.ad ſylla.Et ſi ue-
lis ſcire quanto tempore præſcribatur contra le-
gē per contrarium uſum, uide Doct.in.cap.j.infrà
de treuga & pace.cum alijs quos remiſsiuè allegat
Balbus in.5.parte.5.partis tract.præſcrip.quæſtio-
177 ne.10.Anton.Bauer.in rubr.inſtitut. de teſta.j. nu-
mero. An autem & quando lex tollatur per non
uſum,uide ultra loca ordinaria pulchre Mattheū
de Afflictis in commento conſtitutionis Neapoli.
de iure prothomiſere. capit.j.§.ſcriptum.in.j.nota.
ad finem.

In ſecūda parte dum loquitur de canonibus cō-
tinentibus conſilium,Doct.hic faciunt tres conclu-
ſiones,ſeu tres caſus.

178 Primus eſt,quando lex dat conſilium perfectio
nis:et tunc concluduut,quòd non obſeruans talem
legē nō punitur:& probatur per iura hic in gl.all.

179 Ampliatur ut,non procedat etiam in religioſis
qui non tenentur ſeruare legem conſilij clemen.
exiui de paradiſo.de uerb.ſign.

Secundò ampliatur ut etiam non obligent ad
peccatum ueniale,ſecundum Panor.hic.

Tertiò amplia, ut quantūcunq; perfectus ſit ali-
quis ille non obligatur ad obſeruantiam legis dan-
tis conſilium perfectionis.c.paratus.23.quæſt.j.

180 Fallit nunc primò ſecundum Felin.hic,ut non
pocedat quando quis ſe ex uoto ad id aſtrinxiſſet:

ut



ut in religioſis, qui uouent paupertatem.c.cùm ad
monaſterium.infrà,de ſta.mona.Et tamen in alijs
diuitiæ nō ſunt reprobatæ.Et plura alia ad hoc cu
mulat hic Feli.col.6.uerſi.hic regulariter procedūt.
Sed aduerte, quia iſto caſu non eſt uerum, dicere
quòd lex cōſilij obliget,ſed ipſum uotum obligat,
ut patet in exemplis poſitis per Feli.hic.

Secundò fallit quando quis contra ueniret legi- 181
bus conſilij ex contemptu:ut hic per Feli. & princi
pale fundamentum huius limitationis eſt in.c. quis
autem.iuncta gloſ.10.diſtinct.

Contra iſtam limitationem inſurgit Decius hic
in prima lectura tribus argumentis. Primò, quia
tex.in dicto.§.quis autem. loquitur in admonitio-
nibus paternis quæ ſonant in præceptum: per tex.
in.l.iij.§.fi.ibi,inquilinos admonere.ff.de offi. præ.
uigilum.& plura alia iura per eum allegata. Sed
reſponderi poteſt,quòd in illis iuribus uerbū, Ad- 182
monere,capitur pro corripere ratione ſubiectæ ma
teriæ : nam propriè Admonitio non importat ne-
ceſsitatem.l.j.cum gloſ.C.qui petant tut.& in.l. ad-
monendi.ff.de iure iuran.

Secundò mouetur Decius,quia tex.ibi æquipa-
rat leges principū, regulas patrum, & admonitio-
nes paternas.Ergo ut æquiparatio ſit perfecta,uide
tur quòd iſta tria contineant præceptum. Sed cer-
tè hæc ratio nihil ualet:quia multæ ſunt leges quæ
cōtinent admonitionem,ſeu cōſilium:& ita faciēdo
cōparationē poteſt eſſe aliqua admonitio paterna
quæ ſolum cōtineat conſiliū:ſicut poteſt eſſe aliqua
lex,quæ ſolum cōtineat cōſiliū:& ita ſentit gloſ.ibi.

i 5 Tertiò

Tertiò mouetur, quia non uidetur quòd contẽptus poſsit cadere in legibus conſilij: quia text. in. c. quiſquis præceptis. 14. quæſtio. 1. dicit, quòd qui nõ utitur conſilio, nihil mali facit. Sed reſponderi poteſt, quòd argumentum procederet capiendo contemptũ priuatiuè, ſecus ſi capiatur poſitiuè. Vnde pro declaratione huius ſecũdæ limitationis conſiderandum, quòd duobus modis lex cõtemni poteſt, ut plenè declarat Syluester de Prierio in prima parte ſuæ ſummæ, in tit. de contemptu. per totum. ex cuius uerbis colligitur totalis reſolutio præſentis difficultatis. Vide etiam Angel. de Clauaſio in ſumma angelica, in uerbo, contemptus, per totum. Et de differentia inter legem conſilij, & legem praecepti, uide plenè Archiepiſ. Floren. in. 1. parte ſuæ ſummæ tit. 15. cap. unico. §. 7.

Gloſ. in uerbo, Cuſtodiãtur: allegat tria iura ad probandum quòd conſtitutiones eccleſiaſticæ ſunt obſeruandæ: de quo dictum fuit in notabilibus. Et ad uerbum cuſtodiantur, ſubaudit Ioan. And. hic hæc uerba ſcilicet per executionem ordinariorum. allegat. c. ſicut. infrà, de accuſa. Hinc Cicero lib. 2. de
183 legib. Vt enim inquit, magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereq; dicitur, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum: quod etiam cecinit Blondus libro. 3. Romæ triumphantis. Cælius Rhodoginus
184 lib. 18. lectionum antiquarum. c. 19. ad fi. Eſtq; Magiſtratus adminiſtratio quædam ad aliud, id eſt ad commune bonum in ſocietate ciuili: ut idem Cælius inquit lib. 23. Lectionum antiquarum. cap. 15. &



15. & Plato in ciuili pagina. 17. inquit, Iudicũ uim non eſſe regiam illam maieſtatem ſed legum cu- 185
ſtodem, Regiſq; miniſtram. Budæus quoque in. l. tertia. ff. pro ſocio. inquit Moribus bonis conuenire, ut qui honores publicos gerunt, meminerint ſe non magis ſingulorum ciuium magiſtros, quàm legum atque uniuerſitatis miniſtros eſſe debere. Parum enim eſſet, iura eſſe in ciuitate, niſi eſſent qui ea exequerentur. l. ſecunda. §. poſt originem. ff. de 186
origine iuris. gloſſa in uerbo, tramites. in procemio Inſtitutionum, in principio. Roma. in conſilio. 522. beatiſsimus pater. col. finali. Panormita. & Decius in rubrica, infrà, de reſcript. in principio. Azo in capitulo, humanum genus. col. ſecunda. poſt principium primæ diſtinctio. Barba. in rubric. infrà, de reſcriptis. col. prima. Qua ratione apud Liuium & Ouidium Lege agere, pro ſentẽtiam exequi, Alcia- 187
tus libro. 3. Parergon, cap. 2. perpulchrè interpretatus eſt: ſubijciens, hac ratione in edicto prætoris po 188
ſita eſſe uerba, Do, Dico, Addico. Duo ſcilicet prima uerba ad actionem, ultimum ad exequutionẽ pertinere. Quoniam fruſtra ille daret ſuam ſententiam, uel diceret, niſi exequeretur addicẽdo. Facit quod habetur Geneſis. 9. cap. Quicunque effuderit 189
humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Quæ uerba Oldendorpius in libro Variarum lectionum tract. de iure & æquitate, titu. 6. interpretatus eſt, ut ſanguis offenſoris per hominem ſimiliter effundatur: ex hiſq; ſignificari inquit, oportere conſtitui hominem, hoc eſt magiſtratum, qui pœnas ſumat de homicidis. Sic etiam dicimus, quod iuriſdictio

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

190 iuriſdictio ſine cohertione eſt eluſoria. Frede. de Se-
nis in conſil. 157. Alexander epiſcopus. aliâs incipit,
Super præmiſsis. uerſi. ſed contrà uidetur, per text.
in. c. ex literis. infrà, de offi. deleg. Et ille cuius ſenten
tiæ non paretur, non poſsidet, niſi labia ſua, ut in-
quit Inno. in. c. olim. 3. col. c. ad fi. uerſicu. ſed ſi alius
epiſcopus. infrà, de reſtit. ſpolia. Quomodo autem
191 iudex eccleſiaſticus pro executione ſuæ ſententiæ
poſsit implorare poteſtatē iudicis ſecularis, & econ
tra: uide Alcia. in. c. 1. in. 7. notab. infrà, de offic. ord.
Ioan. de Ana. in. c. poſtulaſti. in ulti. not. infrà, de ho
micid. Bald. hic col. 2. uerſi. ſed nunquid epiſcopus.
Docto. in. l. epiſcopale. ubi bonus tex. C. de epiſcop.
audien. Et uide text. in. c. principes ſeculi. 23. quæſt.
5. dicentem, quòd principes ſeculi nonnunquam
intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut
qui intra eccleſiam poſiti contra fidem & diſcipli-
nam agant rigore principum conterantur.

Gloſ. in uerbo, ab omnibus: diuiditur in tres par
tes principales. In prima ponit unum dictum, per
quod reſpondetur tacitæ quæſtioni quæ fieri poſ-
ſet circa text. præcipientem, canonum ſtatuta ab o-
mnibus cuſtodiri: an ſcilicet iſte text. corrigat leges
ſeculares, & per conſequens leges ſeculares non ſint
obſeruandæ. In ſecunda exponit text. in tertia aſſi-
gnando rationem expoſitionis ponit unum caſum
exceptum à regula huius text. Secūda ibi, & dic ab
omnibus. Tertia: ibi, nam Papa & imperator. Rur-
ſus tertia pars ſubdiuiditur in duas particulas mi-
nus principales. In prima pro exceptione à regula
ponit unum dictum. In ſecunda limitat illud dictū.
Secunda



Secunda ibi, tamen legibus.

Ex prima parte noto, quòd ſicut canones ab o- 192
mnibus obſeruādi ſunt, ſic & leges iuribus. in gloſ.
alleg. & ideo dicimus, quòd ubi lex figit pedem,
non licet ultra tranſgredi. gloſ. pe. in. l. ſi nō fuerint.
ff. pro ſocio. Moder. de Crema, poſt Cæpolam per
eos allegatum in repet. l. ij. col. 59. uerſi. nota tamen.
C. de reſcinden. uendi. ſcitum quoque eſt illud Iſo-
cratis præceptū ad Demonitum: Legibus, inquit,
obtempera. Et quanquam legum obſeruationem
in repub. neceſſariam eſſe ex quamplurimis philo-
ſophis probare poſſem: ex pluribus, propeq; infini
tis hæc recenſenda eſſe putaui. Nam Pauſanias Po
liſtrati filius cuidam percontanti, cur ex priſcis legi
bus nullam mouere Spartanis liceret? Quia leges, 193
inquit, hominum, nō homines legum dominos eſ-
ſe oportet: ut refert Mercurius Vipera lib. 2. de præ
clarè dictis ac geſtis. Et iſta concluſio non habet du
bium ſi referamus quodlibet ius ad ſuum forum:
ut ſcilicet ſicut canones in foro eccleſiaſtico ſunt ob- 194
ſeruandi, ſic & leges in foro ſeculari: ut patet ex his
quæ dixi in lib. Pactorum, pagina. 245. in. 38. limi-
tatione. & quæ tradit Corne. poſt alios quos alle-
gat in conſi. 169. in hac conſultatione. col. 2. uerſicu.
his tamen non obſtantibus. in. 3. parte ubi infert,
quòd licet in terris eccleſiæ circa pacta nuda obſer- 195
uetur ius canonicum: tamen in terris imperij ſerua-
bitur ius ciuile. Sed ſi uolumus hanc concluſionem
generaliter intelligere hæc non poſſet ſe compati
cum iſto text. Quia in multis ius canonicū contra- 196
dicit iuri ciuili, & ab illo taliter diſcrepat, quòd im-
poſsibile

Universidad de Deusto Biblioteca

poſſibile eſſet utrunque ab eiſdemmet perſonis
obſeruari. Et tamen in utroque dicetur quòd ab
omnibus obſeruari debet. Multi tamen ſunt ca-
ſus, in quibus ius canonicum etiam in terris im-
perij, & inter laicos obſeruatur contra ius ciuile:
ut per Doctores in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, in-
frà eodem.

In ſecunda parte principali gloſ. timore contra-
rij quod formari poſſet ex his quæ prædiximus,
quòd iſte text. non uideatur ſe compati cum regu-
la ſuprà collecta ex prima parte, exponit iſtam uni-
uerſalem, Ab omnibus, ſcilicet ſubditis. Quam ex-
poſitionem Innocen. hic reprobat, motus hoc fun-
197 damento, Quòd omnis creatura ſubiecta eſt Papæ,
ut ipſe probat. & dixi ſuprà in. 3. notab. imo etiam
omnes Reges ſubſunt Papæ, ut tradit Innocent. in
cap. per uenerabilem. qui filij ſint legiti. plura ad
hoc allegat Bertachinus in tractatu, de epiſcop. in
ſecunda parte libri quarti, numero. 31. ubi ex hoc
198 infert, quòd regnum Hieruſalem potuit per Pa-
pam concedi Regi Carolo, quamuis illud eſſet in
manibus Sarracenorum, quia ad Eccleſiam perti-
nebat. allegat Bartol. ubi etiam Doctores tradunt
in. l. id quod apud hoſtes. ff. de legat. primo. Facit
quod tradit Innocen. in cap. quod ſuper his. in prin
199 cipio. infrà, de uoto. hinc Gelaſius Anaſtaſium Im-
peratorem Conſtantinopolitanum à fide deuium
admonitum contumacius perſiſtentem excommu
nicauit, ut inquit Bonifacius Symoneta, libro. 4. ca
200 pitulo. 16. Apud Aegyptios quoque non licuiſſe
quenq



quenquam abſque ſacerdotio imperare Plato teſta
tur in ciuili pag. 10.

Et quia argumentum Innocentij eſt obſcurè fa-
ctum, ideo conſidera, quòd argumentum Innocen
tij poteſt tribus modis formari. Primò ſic; Omnis
creatura eſt ſubiecta Papæ: & tamen multi ſunt 201
qui non ligantur conſtitutionibus Canonum, ut
infrà dicam: Ergo expoſitio gloſſæ non eſt bona.
Et ſecundum hunc modum arguendi reſponde-
ri poteſt, fatendo quòd omnis creatura ſubiecta
eſt Papæ quo ad ſpiritualia, & in materia pecca-
ti: nam quo ad illa Papa poteſt tollere leges ſe-
culi etiam quo ad Laicos in terris Imperij. capitu-
lo, ad ſedem. 35. quæſtione quinta. Calca. in conſi-
lio ſecundo. licet iſta materia. col. quinta. in fine. &
in conſilio. 80. Licet dubia ſuprà tractata. colla.
quarta. Non autem quo ad temporalia. capitulo,
cauſam quæ. ſecundo. infrà, qui filij ſint legitimi.
exceptis caſibus qui notantur in capitulo, cùm ſit.
infrà, de foro competen. Et ita uidentur reſpõdere
Antonius de Butri. & Barbatius hic. & ita etiam
ad ſimile argumentum ſibi factum per Rochum 202
de Curte reſpondit Ioannes Igneus in confutatio-
ne argumentorum cõtra eum factorum dum ſub-
ſtineret concluſiones publicas, numero. 14. & 15.
Hinc eſt, quòd Papa non poteſt tollere effectus iu-
ramenti inductos à iure ciuili. Franciſcus de Cur-
te iunior poſt alios, quos allegat in. l. ſi quis ma-
ior. in prin. C. de tranſact. & Anton. de But. & Bar-
ba. præſupponunt quòd imperator in tẽporalibus 203
non

Universidad de Deusto
Biblioteca



non ſubſit Papæ quod eſt contra extrauagan. Bo-
nifacij VIII. quæ incipit, Vnam ſanctam. in titu.
de foro competen. Verum in Rege Franciæ & ſuis
ſudbitis eſt maior dubitatio. Quia Clemens quin-
tus in extrauaganti meruit chariſsimi. in tit. de pri-
uileg. declarauit, quòd per illam extrauagantem,
Vnam ſanctam. non plus iuris habeat ſedes apoſto
lica in ſacratiſsimum Regem Franciæ & eius ſub-
ditos, quàm habebat ante illam extrauagan. Ideo
quo ad principes in quibus nõ reperitur ſublatum
uinculum extrauang. unam ſanctam. ſtandum eſt
illi extrauaganti. Quo uerò ad ſacratiſsimum Re-
gẽ Franciæ articulus remanet in illo dubio, in quo
erat ante illam difficultatem: de quo uide plenè An
tonium de Roſel. in tract. de poteſta. Papæ. Stepha-
num Auffreri in repet. clem. 1. de offic. ordi. ubi po-
nit tenorẽ epiſtolæ, quam Bonifacius octauus ſcri-
pſit ad ſacratiſsimũ Regem Philippum Lebel tunc
regem Franciæ: & alterius epiſtolæ, quã idem Phi-
lippus reſpondendo ad eundem Bonifaciũ ſcripſit.
uide etiã de hoc articulo pleniſsimè Barba. hic, col.
9. & ſequen. Caſtaldũ in tract. de imperatore quæ-
ſtio. 50. Archiep. Floren. in. 3. parte ſuæ ſummæ tit.
22. c. 5. §. 14. & §. 15. & §. 17. & nota tex. in cle. paſto
204 ralis. §. fin. de re iudic. ubi Papa Clemens affirmat,
non eſſe dubium, quin habeat ſuperioritatẽ ad im-
perium. Vide etiam Policra. lib. 4. c. 3. in prin. tenen
tem, quòd princeps habuerit gladium temporalẽ
de manu eccleſiæ, propterea miniſter eſt eccleſiæ.
Idem firmat Aret. dicens, hanc eſſe cõmunem con-
cluſionem in conſil. 58. diligẽter conſideratis omni-
bus



bus col. 2. uerſic. primo quia ſecundum cõmunem
opi. uide etiam Io. Fab. in. l. cunctos populos. col. 3.
uerſic. ſed de papa. C. de ſum. tri. & fid. catho. tenen-
tem quòd papa in ſpiritualibus & temporalibus
eſt ſuperior omnibus Chriſtianis, licet quo ad tẽpo
ralia debeat tenere gladiũ in uaginã, præterquàm
in certis caſibus à iure expreſsis. Sed cum hic non
ſit locus ſuus, non decreui hæc fuſius pertractare.

Secundo modo poteſt formari argumentum
ſic, ut dicamus, glo. ineptè & ſuperfluè poſuiſſe hãc
expoſitionẽ de ſubiectis: quaſi ſentiat, aliquos eſſe,
qui non ſint ſubiecti conditori canonis, quod eſt fal
ſum: cùm omnes ſint ſubiecti conditori canonis ut 205
iam dictum eſt, & hunc modum arguendi ſentit
Hoſtien. hic, dum ſaluat gloſ. ex eo quòd papa &
eius ſucceſſores non ligantur, & ipſi non ſunt ſubie
cti. Quia nemo ſibi ipſi ſubiectus eſſe poteſt. Et hãc
ſaluationem Hoſtien. Docto. communiter tenent.

Tertio modo poteſt formari argumentum qui
eſt contrarius de directo. Primo modo ut dicamus
ſic, glo. reſtringit tex. ad ſubiectos ſentiens aliquos
eſſe, qui non ligantur conſtitutionibus canonum.
Iſtud eſt falſum. Quia cùm omnes ſint ſubiecti con
ditori canonum, ergo omnes ligari debent. Et iſte
tertius modus in hoc differt à ſecundo, quia in ſecũ
do argumento ſolùm fuit facta illatio, quòd expo-
ſitio glo. ſit ſuperflua: nõ tamen propterea fuit con
cluſum, quòd conſtitutio ligaret omnes. Quia ceſ-
ſante hac expoſitione glo. poſſunt dari aliæ expoſi-
tiones limitantes tex. in hoc tamen argumento con 206
cluditur omnes homines eſſe ſubditos, & per conſe

Universidad de Deusto
Biblioteca



quens ligari conſtitutione canonum. Bene tamen
fateor, quòd iſti duo ultimi modi arguendi parum
inter ſe differũt: & ideo ſaluatio Hoſti. ſupra relata
conuenit etiam huic ultimo argumẽto: poſito etiã,
quòd omnes eſſent ſubiecti papæ. Tamen per illa
uerba Ab omnibus, non uidetur eſſe de mente pa-
pæ nec in rem, nec in perſonam ius principis ſecu-
laris uſurpare, ut inquit Ioan. Andr. loquens in iu-
riſdictione quam habet rex Franciæ in ſcholares
Pariſienſes laicos. in. c. quod clericis. in prin. infrà de
foro competen. Ad idem tex. in. cap. nouit. infrà de
iud. ubi Decius in. 2. notab. plura ad hoc allegat. Fa
cit tex. in. c. cum ad uerum. 96. diſtinc. & in. l. conſul
ta diualia. C. de teſt. tradit Bal. in. l. eos. §. j. in. fi. C. de
uſur. Barba. hic. col. 8. in fin. debet enim papa tenere
gladium in uagina ut ſupra dixi referendo. Io. Fa-
bri. in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fid. catho.
Plura ad hoc allegat Ioan. Igneus in quæſt. An rex
Franciæ recognoſcat Imperatorem, numero. 90. &
ſequent. & numero. 84. Et per expoſitionem gloſſ.
doct. inferunt, quòd lex uel conſtitutio loquatur
per terminum uniuerſalem. Tamẽ reſtringi debet
de habilitate. Et ad eos qui ſunt ſubiecti ſtatuenti-
bus de quo late per Barbati. hic, & remiſsiuè per
207 Decium. Addo quòd quælibet diſpoſitio reſtringi
tur ad terminos poteſtatis diſponentis. cap. eccleſia
ſanctæ Mariæ. infrà eo. &. c. eccleſi. infrà ut lite pen
den. cũ ſimili. ut per Stephan. Bertran. in conſil. 18.
uiſo conſultationis themate. colũ. penul. circa fina.
in. 2. parte conſiliorum primę impreſsionis in. j. par
208 ticula. 3. partis glo. dum dicit, quòd papa & Impe-





perator legibus non conſtringuntur. Hæc uerba
poſſunt duobus modis intelligi: primo referendo
ſingula ſingulis ſecundum Anton. de But. Imol. &
Panor. hic, ut ſit ſenſus quòd papa canonibus ſuis
non eſt ſubiectus: & Imperator legibus ſecularibus
pariter non ſubijcitur. Et pro iſto intellectu faciunt
iura quæ allegat glo. iuncta reg. uulgari, quòd di-
ctum doctorum debet intelligi ſecũdum iura quæ
alleg. Secundo modo poteſt intelligi, ut ſit ſenſus,
quòd Papa nec Impetator ſubijciãtur legibus. Ad
iſtum intellectum poteſt adaptari tex. in. ca. cuncta
per mũdum. 9. quæſt. 3. allegatus in glo. dum dicit, 209
quòd papa à nemine iudicatur: & ſic infert, quòd le
ges ſeculares non ligant papam. Similiter ad iſtum
intellectum poteſt adaptari text. in. l. princeps. ff. de
legib. etiam allegatus in gloſ. ut per illum glo. pro-
bare uoluerit, quòd Imperator non ſubijcitur legi-
bus. Et ſic ad probandũ quòd Imperator non ſub-
ijciatur legibus allegat unam legem. Ad proban-
dum autem quòd papa non ſubijciatur legibus ſe-
cularibus allegat unum canonem & ſecundũ hunc
intellectum in. 2. particula gloſ. limitat utrunq; di-
ctum, ſcilicet quod dictum eſt de Imperatore, ut
licet legibus ſecularibus non ſubijciatur, tamẽ pro-
fitetur ſe uelle uiuere legibus. Et ad hoc allegat qua
tuor iura. Similiter quod dictum eſt de papa, ut nõ
ſubijciatur legibus ſecul. limitat, ut tamen legibus
uiuere ſe profiteatur. Et ad hoc allegat tex. in. c. nos
ſi incompetenter. 2. quæſt. 7. qui bene probare ui-
detur, dum ibi papa Leo ſcribit Imperatori Augu 210
ſto, declarando ſe uelle admiſſa ſua iudicio Impera

Universidad de Deusto Biblioteca

toris emendare. Primus tamen intellectus eſt communis,& melior,ac conſonantior, & uerior: quia non uidetur ſine dubio, quod papa profiteatur ſe uelle uiuere ſecundum leges ſeculi. Nam in.c.filius noſter.infrà de teſta.dicit,ſe lege dei, non autem lege ſeculi uiuere. An autem papa poſsit ſe ſubmittere iuriſdictioni inferioris,uide per Doct. in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.ubi Decius col.8.infrà eo. Ex hac ergo prima particula tertiæ partis ſecundum pri-
111 mum intellectum colligo concluſionem, quòd papa & Imperator ſoluti ſunt legibus: ſcilicet,papa legibus eccleſiaſticis, & Imperator legibus ſecularibus.de papa ultra gloſ.allego tex. in.ca.ideo.25.diſtinct.plene.Decius in.j.lect.col.6.uerſic. ſecũda concluſio.de Imperatore autem allego ultra gloſ.text. in.§.fi.in auctent. de conſu.lib.ubi tex.dicit, quòd deus leges ipſas ſubiecit Imperatori.Et ad hanc concluſionem uide plene Budæum & Vldaricum Zazium in dict.l.princeps.Et per iſtas duas concluſiones dicimus,quòd in his quæ ſunt iuris poſitiui papa & omnis ſupremus princeps habet liberam poteſtatem diſponendi & immutandi. Mattheus de Afflictis in commento.conſtit.Neapo.libr.2.titu.3. conſt.unica.col. 10. Franciſcus de Curte iunior dicens iſtam eſſe uerisſimam concluſionem in conſil. 138.habita diligenti.col.j.in fin.& ſequent.in prin.
112 An autem papa ligetur regulis cancellariæ, uide Gomeſsium plenè in utranq; partem diſputantem articulum,& plura allegantem in commento.regu
113 larum cancellariæ in.j.quæſt.regulæ de infirmis & reſignan.Et an eiuſmodi conſtitutiones ligent Cardinales



dinales,uide eundem Gomeſsium in.3.quęſt.ſuper dic.regula.& in.12.quæſt.ſuper regula de impetrã. beneficia uacan. per obitum familiarium cardinalis.& in.6.quæſt.de impetran.beneficia uiuentis.Et 114
an conſuetudo populi liget principem, uide Rochum de Curte in.c.fin.in.9.quæſt.principali infrà de conſuetud. Et an ſtatuta inferiorum ligent ſta- 115
tuentes dicam in.c.cum omnes.in.6.not.infrà eo.

Amplia nunc primò hanc concluſionem, ut 116
etiam princeps non ligetur uinculo legis,per quod lex producit obligationem ciuilem. Ang.in.dict.l. princeps. plene. Caſtaldus in tract.de Imperatore. quæſt.116.

Secundò ampliatur,ut etiam ſucceſſor non lige 117
tur lege prædeceſſoris.tex.cum glo.in.ca.liceat papæ.12.quæſt.2. cum ſimil.ut Doct. hic uolunt. De quo tamen uide Baldum & Albericum in dict.l. digna uox.C.de legib.Deciũ hic in.j.lect.col.6.uerſic.tertia concluſio.Quibus adde Paulum de roma in.tract.de penſionib.eccleſiaſticis.c.4.ubi inter cætera dicit,quòd lex ſucceſſori indicari, non imponi poteſt.

Tertiò ampliatur, ut etiam conſuetudo non liget principem,Rochus de curte poſt alios quos allegat in.rep.c.fi.in.9.quæſt.infrà de conſue. Vtrũ autem papa poſsit alienare rem eccleſiæ in caſibus à iure nõ permiſsis,uide Albe.in auct. hoc.ius porrectum.col.pe.in princ.uerſic.utrum papa.C.de ſacroſanct.eccle.Paul.de Roma.in dict. tract. de pen. eccle. c.4. Rurſus ex eadem prima particula ſecundum alium intellectum,qui ſupra ſecundo loco da

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus fuit,colligo cõcluſionem, quòd papa non ſub-
218 ijcitur legibus Imperatoris, ut ſupra dixi. Et ultra
ſupradicta notandum eſt,quòd in primitiua eccle-
ſia de rebus & perſonis eccleſiaſticis principes ius
dicebãt,ut patet in.l.quicunq;. C.de epiſco. & cler.
Et in pluribus legibus.C. Et leges quas fecerunt in
fauorem eccleſiarum,uel perſonarum eccleſiaſtica-
rum,appellantur Fauum mellis in ore leonis,ut in-
quit diuus Auguſtinus ſuper pſalmũ. 80.col.3.Et
dicunt quidam,qui de ariſtocratia ſcripſere, quòd
dum agerent in Calabria cum militiæ magiſtro,
caſu inuenerunt libri cuiuſdam fragmentum lite-
ris Lombardiæ hac inſcriptione,Capitula Caroli:
deinde ſequitur epiſtola cuius tale eſt exordium:
Ego Carolus gratia dei,eiuſq; miſericordia donã-
te Rex & rector regni Francorum & deuotus ſan
ctæ dei eccleſiæ defenſor,humiliſq; adiutor, omni-
bus eccleſiaſticæ poteſtatis ordinibus, & ſecularis
potentiæ dignitatibus.Salutem. Et dicunt præfati
ſcribentes,quòd in illis Rex agit de Abbatibus &
Epiſcopis ordinandis ſeu eligendis:de monachorũ
obedientia,uita,& ueſtimentis,de uirginibus ſancti
monialibus, quæ beatiſsimæ uirginis habitum ſu-
ſceperunt:de ſacramentis ſecundum uſum Roma-
num,de miſsis in eccleſia,nõ intra domos celebran-
dis.Et ſunt in eam ſententiam alia multa edita capi
tula,quibus omnibus in epilogi modum ſubdun-
tur hæc uerba:Omnes ſecundum canones & ſecun
dum patrum regulas uiuere cogam.Referunt inſu-
per iam dicti de Ariſtocratia ſcribẽtes quod Ludo-
uicus Imperator, filius Caroli,ann.Chriſti DCCC.
ſynodum



ſynodum habuit, in qua ueſtium luxus, gemma-
rum uanitates, & pompas nimias eccleſiaſticis in-
terdixit,edito etiam libello,de ordine & Ritu eccle
ſiaſtico uiuendi:Seq;,inquiunt,non dubitare, quin
talibus legibus eccleſia & uteretur & teneretur.Ple
raq; alia inducunt ad probandum quòd in primiti
ua eccleſia de rebus & perſonis eccleſiaſticis princi-
pes ius dicebant:id quod forte eo tempore æquum
erat papam tolerare, quo ſancta Romana eccleſia
nondum erat magiſtratibus ad ius dicendum ſatis
ſuperq; munita. Et ſecundum illa tempora de pla-
no procedit tex.in ca.principes ſeculi.& ca.ſequen.
in c. nondum fruſtra.c. regum.ca.adminiſtratoris.
& pluribus alijs capitulis eiuſdem cauſæ & quæſt.
Scripſit quoq; Anaſtaſius papa epiſtolam ad Ana
ſtaſium Imperatorem, qua eum rogabat, ut ſicut
præexcelſum uocabulum pietatis Auguſti per uni
uerſas gẽtes toto orbe præfulget:ita per miniſteriũ
humilitatis pontificis ſicut ſemper eſt ſedes beatiſsi
mi Petri in uniuerſali eccleſia aſsignatum ſibi à do
mino teneat principatum. Non aliter enim etiam
in clericos & eccleſiarum res iuriſdictio eccleſiaſti-
ca exerceri poterat, quàm prout Imperatoribus,
qui tunc erant,perſuaderi poterat.Et per ſacroſan-
ctæ eccleſiæ ſcripturas cognitum eſſe,quàm diſtin-
ctæ debeant eſſe iuriſdictiones, quæ in clericos &
eccleſiarum res exercentur à ſecularium poteſtatũ
iuriſdictione.Quapropter non eodem ſemper mo-
do hæc iuriſdictionum diſtinctio in primitiua ec-
cleſia fuit obſeruata. Quãquàm etiam extẽt multa
capitula primitiuæ eccleſiæ quæ oſtẽdũt principes

 ſecul

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſeculares in clericos nullam habere iuriſdictionem
c.deniq́ꝫ.&.c.cum ad uerũ.96.diſtinc.ad idem text.
in.c.clericus cuiuslibet ordinis. quæ eſt conſtitutio
Marcellini papæ. repetita in conſilio Aurelianenſi
tento circa tempora Vigilĳ papæ in.c. continua le
ge.c.ſequen.11.quæſt.j. & pluribus alĳs capi.eiuſdẽ
cauſæ & quæſtione.Et quanquàm tex.in dict.c.cõ
tinua lege.fuit editus à Valẽtiniano, Theodoſio,&
Archadio Imperatoribus,qui erãt ante Iuſtinianũ,
& tamen uidetur uelle,quòd clerici nihil habeãt cõ
mune cum legibus.Conſtat tamen eoſdem Valen.
Theodo.& Archa.plures leges feciſſe de clericis &
eccleſĳs loquentes, quas nõ eſt ueriſsimile nõ fuiſſe
obſeruatas:Et Silueſter primus cũ DLXXV. epiſco-
pis poſt Nicenũ cõciliũ pręſente etiã Cõſtãtino Im
peratore in urbe Roma intra thermas Domitianas
ſtatuit,ut nullus clericus ante iudicẽ laicum ſtaret.
Quæ tamẽ cõſtitutio, etiã ſi ſolũ forũ reſpiciat, tẽ-
pore Iuſtiniani malè obſeruabatur: nã in Autẽ.ut
cleri. apud proprios epiſco. Iuſtinianus ſtatuit,cleri
cos ab epiſcopo,ſub quo ſunt, conueniri.Et ſi pro-
pter cauſæ naturã, aut propter quandã difficultatẽ
nõ fuerit poſsibile epiſcopis decidere negotiũ,licere
ad ciuiles iudices pergere, et priuilegĳs om̃ibus cu
ſtoditis,quę reuerẽdiſſ. clericis ſacræ pręſtãt cõſtit.
& litigare et exami.fieri & terminũ imponi liti &c.
Quo in loco cernere eſt, eo tẽpore iudices ſeculares
nõ protinus incapaces iuriſditiõis in clericos exer-
cẽdæ.Vereor ne etiã ſi clerici corã epiſcopis ſuis liti
gaſſent,ad huc in eorũ foro leges imperiales,de cleri
cis loquentes, fuiſſent obſeruandæ:ut quemadmo-
dum



dum ea priuilegia clericis, corã ſecularibus iudici-
bus litigãtibus obſeruari Iuſtinianus iuſsit, quę ab
ſacris Imperatorũ cõſtitutionibus cõceſſa erãt:ſic ea
clericis corã ſuis epiſcopis litigãtibus Imperatorẽ de
negare uoluiſſe,nõ ſit ueriſimile. Addo bene facere
quod tradit Pract.pap.in forma libelli, quo agitur
ex ſubſtitutione,in uerbo,Ex ſuo corpore & legiti-
mo matrimonio procreatis:ubi dicit, quòd Impe-
riũ aliquãdo habuit utrũque gladiũ,ſcilicet ſpiritua
lem & tẽporalem:adeò quòd tunc Imperatores cõ-
ferebãt omnia beneficia eccleſiaſtica per uniuerſum
orbem.Quod ego puto intelligendũ eſſe,ſecũdum
quod ſuprà dictum eſt. Et contra hoc faciunt pul-
chra uerba,quæ habẽtur in epiſtola decretali Ale-
xandri Papæ primi. Quòd autem, inquit, ad alios
iudices prius non debeant,quàm ad ſacerdotes, uel
auditores eccleſiæ accuſari,& ita à tẽpore Apoſto-
lorum & infrà obſeruatũ, & definitũ inuenimus.
Hæc ille,ad omnes orthodoxos de ſacerdotibus
non uexandis ſcribens.

In ſecunda particula tertiæ partis habes unam li
mitationẽ ad regulam,quæ habet, quòd princeps 119
eſt ſolutus legibus:ut licet ſint ſoluti legibus Papa
& Imperator:tamẽ legibus ſe uelle uiuere profiten-
tur,iuribus in gloſ.allega.Odoffre.in.l.iuſtas. circa
fin.C.de iure fiſci.lib.10.& in.l.j.col.1.ad fin.C.ne fi-
ſcus rem quam uend.euin.eo.lib.10.bonus text. &
ibi Doct.in.c.iuſtum eſt.9. diſtinct. Matthæ. de Af-
flict.in commento conſtitu. Neapo.lib.1. conſtitu.
unica.in.1.not.& tit.96.in.1.conſtit.col.8.in fi.& ſe-
quen.in princ.& lib.2.tit.33.conſtit.unica,col.pe.in

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



principio. Et notanda ſunt uerba text. in.l. digna
uox.C. de legib. ibi, & re uera maius Imperio eſt,
ſubmittere legibus principatum. Notanda etiam
ſunt pulchra uerba tex.in.l.ex imperfecto.C. de te-
ſta.ibi,nihil tamẽ tam proprium eſt Imperij,quàm
legibus uiuere.Et alia pulchra uerba tex.in.l.ex im
perfecto.ff.de lega.3.ibi,decet enim tantæ maieſtati
eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſt. Secundò
notanda eſt pulchra diſputatio, quam ponit Alb.
220 in dicta.l.princeps.ubi diſputat articulum,an prin-
ceps teneatur ſeruare legem quam ipſe tulit.Et pro
opinione affirmatiua facit argumenta tam philoſo
phalia, quàm theologalia. deinde dicit,notandum
eſſe,quòd legiſlator & ſubditi diuerſimode ad ob-
ſeruantiã iuris tenentur. Nam ſubditi tenentur ne-
ceſsitate coactionis: Legiſlator autem tenetur ſola
uoluntate procurationis boni communis. Nullus
enim imperat ſibi, uel cogit ſeipſum.l.penult.ff.de
arb.Quare princeps non poteſt dici ſub lege,ſed in
lege poſitus,iuxta illud Pſalmiſtæ, In lege domini
221 uoluntas eius. Aliud enim eſt eſſe in lege, aliud eſſe
ſub lege. Qui enim in lege eſt, ſecũdum legem agit
uoluntariè,obediendo legi.Qui autem ſub lege eſt:
ſecundum legem agit neceſsitatis timore coactus.
Et hoc etiam conſiderauit idem Alb. in dicta.l. di-
222 gna uox. ubi dicit, principem debere non timore
pœnæ ſed iuſtitiæ zelo æquitatem colere,reipubli-
cæ utilitatem procurare, aliorum commoda priua
tæ utilitati præferre. Quod ultimum tenet Patri-
cius libro primo,de Regno & Regis iuſtitia.titu.3.
& ad prædicta uidetur conuenire ratio Ariſto. in
quinto



quinto,Politic.quam Budæus,& Vlda.Zazius in
dicta.l.princeps.referunt. Quibus addo:quòd Bias
eum uerè principem opinatur, qui patrijs legibus 223
inſtitutiſq; ſubiecerit ſe primus:ut inquit Ludoui-
cus Cælius Rhodiginus libro octauo Lectionum
antiquarũ,cap.1. & inquit Muſonius philoſophus,
in oratione per eum habita ad quẽdam regem Sy-
riæ qui eius domicilium ingrediebatur, quòd pri-
ſci arbitrati ſunt, Regem ipſum animatam eſſe le- 224
gem: iuſtitiam quidem ac concordiam machinan-
tem,iniquitatem uerò ac ſeditiones arcentem, ani-
moq; in ſubditos paterno Iouem emulantem. Iſo-
cratis quoque ad Nicoclem,tale inquit ſit cum op-
pidis commercium tuum, quale urbium erga te-
ipſum poſtularis. & inquit Iacobus Picolominus
Cardinalis Papieñ. in epiſtola de cardinalatu ſuo,
quòd nihil eſt quo peccent grauius mali eccleſiæ
principes quàm quòd in imitationem ſui reliquos
trahunt:& quæ poterãt priuato forſitan indulgeri
non indulgebuntur publicam perſonã tenenti.Tra
ianus quoque cùm præfectum prætorio deſignaſ-
ſet,gladium ei in manu porrexit, hæc uerba ſubij-
ciens,Vtere hoc gladio aduerſus hoſtes meos in iu
ſtis cauſis. Sin minus iuſtè egero,tum in meipſum
ſtringito. Et ad hoc, quòd princeps teneatur ob-
ſeruare leges, uide plenè Franciſcum Patritium li-
bro octauo,de Regno & Regis inſtitutione. titu.6.
per totum.Policra.libro.4. de nugis curialium. ca-
pitulo.1.in fine.

Tertiò notandum eſt, quòd Bald.in dicta.l. di-
gna uox,dicit, illam legem habuiſſe reſpectum ad
poteſta

Universidad de Deusto Biblioteca

poteſtatem ordinariam,non ad poteſtatem abſolu
tam.Et ſi tota illa lex debeat intelligi loqui de pote
ſtate ordinaria,ſenſus erit, quòd princeps etiam de
poteſtate ordinaria eſt ſolutus legibus,ſed ſecundũ
leges uult uiuere. Verùm uerba Bal.ibi in ſumma-
rio uidentur aliud innuere, quòd ſcilicet illa lex, in
eo quod dicit,principẽ eſſe ſolutum legibus, intelli
gitur de poteſtate abſoluta : in eo uerò quod dicit,
principem uelle uiuere legibus, intelligitur de pote
ſtate ordinaria.Quare Ang.in dicta.l.princeps. pa-
125 rum ante finem,clarius loquutus eſt,dicẽs:quòd in
principe eſt duplex poteſtas : una Ordinata, altera
Abſoluta.Ordinata eſt ſua lege,quantum ad obſer
uãtiã,licet nõ quo ad uinculũ. Abſoluta nõ eſt ſub
lege,nec quo ad obſeruãtiã, nec quo ad uinculum.
Quod dictũ Ang.refert & ſequitur Frãc.de Curte
ſenior in conſi.65.ſuper præmiſſa narratione facti.
col.5.in prin.Frãc.de Cur. iunior in cõſi.174.in cau
ſa uertẽte.col.2.ad fi.& in cõſil.1.primã amplector.
col.7.uerſi.ſecũdo me mouet.Et pro hoc dicto An-
ge.bene facit tex.in.c. propoſuit.infrà,de cõceſ.præ
ben.ibi, qui ſecundũ plenitudinẽ poteſtatis de iure
126 poſſumus ſupra ius diſpenſare.De qua plenitudine
poteſtatis habetis tex.in.c.ad honorem.infrà,de au
cto.& uſu pallij. de qua etiã tradit Bal. in.l.ij.col.6.
uerſi.eſt autẽ plenitudo poteſtatis. C.de ſerui. & aq.

Quartò notanda ſunt pulchra uerba Bal. in.l.j.
col.2.uerſi.Item nota quòd nõ præſumitur aliquid
127 placere principi.ubi dicit, quòd princeps uult om-
mnes actus ſuos regulari à iuſtitia poli & à iuſtitia
fori.Quod dictum refert Stepha.Bertran.in conſil.

206.



206.princeps etiam ſupremus.circa finẽ. in.2.parte
conſiliorum primæ impreſsionis. Hinc eſt, quòd ſi 128
princeps aliquid reſcribat contra ius,præſumitur
circunuentus.gloſ.in uerbo,noſcatur.in.c.1.eo.titu.
in.6.ubi aliquãdo dixi.Feli.hic col.8.in prin.Quod
ultimum amplia duobus modis,ut per Bal. quem
refert & ſequitur Franc. de Curte iunior in conſil.
170.habita diligenti.in fi.

Quintò notãdum eſt,quòd Zaleucus legiſlator
cùm filius eius adulterio damnatus, lege ita iuben-
te,utroq; oculo carere deberet,ac tota ciuitas in ho-
norem patris aliquandiu repugnaret ad ultimum
uictus ne lex ſua uiolaretur,ſuo prius, demum filij
eruto oculo uſum uidendi utriſque reliquit: ſic mi-
rabilis æquitatis temperamẽto ſe immiſericordem
patrem,& iuſtum legiſlatorem partitus eſt : ut re-
fert Valerius Maximus lib.6. Archiep.Florent. in
prima parte Chronicarum,titu.3.c.3.§.16.

Sextò notandum eſt,quòd Eraſmus lib.2. Apo-
phthegmatum refert Chilonis monitũ,quòd obtẽ-
perandum ſit legibus ad principes maximè perti-
nere,qui ſe credunt non teneri legibus.

Septimò ad iſtud propoſitũ uidenda ſunt, quæ
plenè tradit Spec.in.1.parte tract. de modo concilij
generalis celebrandi,per totam rub.3.ubi inter cæ-
tera inducit contra principes,nolentes obſeruare le
ges ſuas,illud Anacharſis, qui leges telis aranearũ
comparabat.

Et quod dictum eſt,principem profiteri ſe uelle
uti legibus,limitatur,non procedere quo ad apices
iuris:quando illos non uult, nec debet, obſeruare: 129

per id

Universidad de Deusto Biblioteca

per id quod not. Bald. in.c.1.§.1.de no.for. fidel.in
uſib. feud. ubi dicit,quòd ſi princeps ſciat ueritatē,
ille non debet ire per ambages. Refert & ſequitur
Stephanus Bertrandi in conſi.214. quoddam præ-
tenſum.col.2.in.1.parte conſilij ſecundæ impreſsio
nis.ubi etiam plura allegat ad hoc quod dici ſolet,
230 Supremum principem non teneri iudicare ſecun-
dum allegata & probata:ſed ſolùm ſecundum con
ſcientiam:adeò quòd peccaret ſi nō iudicaret ſecun-
dum conſcientiam,ut tenet Bartol. in.l.j. in ultimis
uerbis.C. ut quæ deſunt aduoc.iud. ſup. ubi refert
ita tenere Theologos.Feli.in cap. paſtoralis.§.quia
uerò.col.fina.uerſicu.ſecundò limita.infrà,de offic.
delega.

Et pro hac limitatione,quòd princeps non pro-
fitetur ſe uelle uti legibus quo ad apices iuris, bene
231 facit,Quia conſcientiæ non cōuenit de apicibus iu-
ris diſputare. Bald.in.l.ſecunda. per illum text.ibi,
232 ſed ex conſcientia.& ibi Iaſon,de fideicōmiſ. Et ubi
agitur de ſalute animæ apices iuris non ſunt atten-
dendi.Decius in.c.cùm dilecta.col.pe.uerſic.quinto
233 fallit.ubi dicit,exceptionem quòd mulier non poſ-
ſit eſſe procuratrix,eſſe de apicibus iuris. Quod ul-
timum tenet Roma.ſingu.74. tu audiſti. ubi idem
dicit in exceptione, quòd quis non poſsit eſſe arbi-
ter. Sic etiam dicitur eſſe de apicibus iuris quòd in-
tentata ſit actio utilis cùm debuiſſet intentari dire-
cta,& econtra. Angel. Aret.in.§.in bonæ fidei. col.
penulti.uerſicu..quid ſi dicatur.Inſtitu. de actio. Et
234 dicit Bald. hic col.ſecunda. in princip. quòd apices
iuris ſunt quicquid bonam fidem non tangit.

Et ad



Et ad præmiſſa quòd princeps nolit ſeruare le-
ges de apicibus iuris loquentes,bene facit text.in.l.
ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.māda.ibi, de bona enim
fide agitur , cui non conuenit de apicibus iuris di-
ſputare : ſed de hoc tantùm , debitor ſit,necne. per
quem text.dicebat Baldus in conſil.63.uerba Cyni
circa finem uerſicu.item ad hoc facit:in prima par-
te.Quòd in contractibus bonæ fidei non conuenit 235
de apicibus iuris diſputare, ſed tantum de naturali
æquitate,dixi aliâs in.l.unica. ſuper gloſ. in uerbo,
contractibus.C.de ſentent. quæ pro eo quod inter-
eſt præfer. & in rubri.ff.de in litem iuran. Faciunt
etiam quæ dixi in.c.cum eccleſia ſutrina.Et ibi do-
mini de Ripa in.16. notab. infrà, de cauſ. poſſeſ. &
proprie.

Et licet princeps in alijs non obſeruet apices iu-
ris, ut ſuprà dictum eſt : Tamen non capit ea quæ
ſibi ex teſtamento uel ſcriptura minus ſolenni re-
linquuntur.l.ex imperfecto.C.de teſtamen.l.ex im-
perfecto.ff.de legatis tertio.&.§.finali. Inſtitu. qui-
bus modis teſtamen.infir.cum ſimilibus.ut per Io-
annem Igneum in repetitione.§. non alias. in.l. ne-
ceſſarios. numero.372.ff. ad Silanianum. Cùm ta-
men dicamus , quòd ex teſtamento minus ſolen- 236
ni & imperfecto ratione ſolennitatum oritur natu
ralis obligatio : ut probat tex.in.l. in teſtamento.ff.
de manumiſſ. teſtamē.gloſ.in.l.error.C. de iuris &
facti ignorantia.Bartolus in.l.tabularum.§.primo.
ff.quemadmo.teſtamen.aper.in.l.j.& ibi ſcribentes
poſt gloſ.ff. de condi. indebi. Albertus Brunus in
tracta.de for.& ſolen.articulo,quotuplex ſit forma

col.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



col.3.uerſi. & ſic patet. Et propterea multi Doct.in
l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& alibi ſæpe tenent,quòd
137 hæres inſtitutus in teſtaměto minus ſolenni poteſt
bona hæreditaria ſalua cōſcientia retinere. De quo
tamen ultimo uide plenè eundem Albertum Bru-
num in dicto tract.de for.& ſolenni.artic. de poten
tia & effectu formæ.col.66.uerſi.tertio dicta cōclu-
ſio. Vnum tamen nota, quòd licet princeps debeat
138 iudicare ſecundum conſcientiam, ut ſuprà dictum
eſt, tamen debet ſe dirigere cum cōſilio peritorum
ad taliter iudicandum.ita And.de Iſer.in commen-
to conſtit.Neapoli.lib.1.titu. de uiolentijs mulieri-
bus illatis,& raptoribus uirginum, conſtitu.incip.
in quæſtionibus.circa fin. quem ibi ſequitur Mat-
thæus de Afflictis,col.6.in princ.Facit quod tradit
139 Campanus in lib.de regendo magiſtratu. Qui ſuo
iudicio & nullius conſilio facit omnia,hic aut deus
quidam inter homines habendus eſt:aut, quod ma
gis arbitror, temerarius iudicādus. Nec te moueat
Heſiodi uulgata ſententia, Qui per ſeipſos rem cal-
leant priorem laudis locū obtinere,quàm qui con-
ſilium aliorum imitētur.Nam Zeno,cui magis aſ-
ſentior, eos commēdandos imprimis cenſet,qui ab
alijs moueri malunt, quàm ipſi ſuo ductu rem ge-
rere. Vt quanquam induſtria freti ſua, ualeant ipſi
ingenio,& conſilio ſint perſpicaci: tamen quid cæ-
teris quoque uideatur explorēt.Quod etiam in re-
ge ipſo Patritius lib.6.de regno & regis inſtitutio-
ne tit.6. multis rationibus cōfirmat:ubi refert illud
140 Heſiodi, Conſilium malum conſultori peſſima res
eſt. Vide etiā ad præmiſſa Ludoui.Cælium Rho-
diginum



diginum lib.11.lect. antiq.c.9. Addit Matthæus de
Afflictis in loco præalleg.quòd niſi princeps daret
libertatem doctoribus ſui conſilij ut liberè loque-
rentur,uera eſſent uerba Baldi in conſilio per eum 141
allegato,quòd rex uno ſolo priuatur, quia non eſt
qui dicat ſibi uerum.Iſocrates quoq; Nicoclem ad
monuit, ut prudentibus loquendi libertatē impar-
tiretur:ut haberet,qui ſecum de his, de quibus du-
bitaſſet, conſultarent. Et ad illud conſilium nota,
quòd Dionyſius tyrannus cùm ab Ariſtoxeno mu
ſico interrogaretur, quo iure aduerſus Platonem
querelas haberet.Reſpondit, Tyrannidem multo-
rum malorum plenam eſſe,nec in uita tale aliquid
exiſtere: neminem apud eum aperta uſum fuiſſe
oratione. hæc Plutarchus in Timoleonis uita. Et
cùm Darius Hyſtaſpis filius per ſuas literas Heracli
tum Epheſium rogaret, ut ad ſe ueniret:ſibiq; pol-
liceretur omnem honorem priuatum, ſollicitam
obſeruationem, gratam collocationem, & uitam
ſuis moribus probabilem,Heraclitus ſcripſit ad Da
rium epiſtolam,in qua inter cętera ſic inquit:Quot
quot mortales in terris uiuunt,à ueritate,& à iuſti-
tia abſtinent, auaritiæ autem & inani gloriæ inex-
plebiliter intendunt perditè demente cauſa. Plini.
quoq; ad Ariſtonem lib.epiſtolarum VIII.conque
ritur ſe perſpexiſſe curiam trepidam & elinguem,
cum dicere quod uoles periculoſum, quod noles
miſerum eſſet.Nota etiam quòd Calcaneus in con
ſil.2.licet iſta materia.in prin. appellat proditorem
ueritatis illum, qui ueritatem liberè non pronun-
tiat.Et Lancelotus Politus in tract. de offi. aduoca.

 monet

Universidad de Deusto
Biblioteca



mouet aduocatũ,ne timore ſeruili adductus etiam à magnis rogatus quidquam contra ueritatem & iuſtitiam deffendat: aitq́ eiuſmodi timorẽ multos de conſcientiæ ſede deieciſſe: cùm odioſos eſſe potentibus proculdubio fortunis noſtris, ac ſæpe nobis calamitoſum ſit. Ariſtoteles quoq́ Stagirites Calliſtenem diſcipulum liberius multa dicentem apud Alexandrum Homerico carmine admonuit, Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι οἷ' ἀγορεύεις: ſignificans, eam dicendi libertatem efficere, ut non longo tempore uiueret: quod & uerum fuit. At Lyſander Megarẽſi cuidam in publico conuentu liberius aduerſus ipſum loquenti, Tua uerba, inquit, amice opus habent ciuitate: ſignificans in ciuili conſeſſu cuiq́ liberum eſſe quæ illi uidentur proferre: ut Eraſmus in apophthegmatum libr. inquit: idemq́ atteſtatur quòd Demetrius Ptolomæum regẽ adhortari ſolebat, ſibi ut libros pararet de regno, deq́ militari imperio tractantes, eosq́ diligenter euolueret: propterea quòd ea, de quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur. Ex quibus omnibus habes plenè declaratam unam limitationem ad regulam ſupra poſitam, quòd princeps eſt ſolutus legibus.

242 Vltimo circa hanc principalem limitationẽ notandum eſt, quòd quidam intelligunt præallega. l. digna uox. loqui in legibus Imperatoris, ſecus in legibus populi Romani, quibus princeps non ligatur eo ligamine, de quo loquitur. l. digna uox. dum dicit, principem uelle uti legibus: ut refert Card. in conſili. 2. circa ſtatutum ad finem uerſiculo item quòd



quod lex digna.

Alia & ſecunda eſt limitatio, ut licet princeps ſit 242
ſolutus legibus à ſe, uel eius prædeceſſore editis, & ſic iure poſitiuo: non tamen eſt ſolutus lege naturali. Bal. in dict. l. 2. C. de ſeruitut. & aqua: traditur per Doct. in. ca. quæ in eccleſiarũ infra eo. plura ad hoc allegat Matthæus de Afflictis in commento conſtit. Neapoli. lib. 1. tit. Si cõſtit. quæ incipit, item dura. col. 2. Hippolytus de Marſil. in. l. unius. §. cogniturum. col. 8. ad fi. ff. de quæſt. Matthæus de Afflic. 243
in deciſ. Neapoli. deciſi. 391. fuit dubitatum. in prin. Ea enim quæ ſunt de iure naturali, ſunt immutabilia. §. pe. Inſtit. de iure nat. gen. & ciui. ideo dixit Iacobus de ſancto Georg. in tract. feud. in uerbo, & promiſerũt eidem domino. numero. 14. quod licet uaſſallus teneatur adiuuare dominum etiam contra patrem, quo ad ea quæ ſunt de iure ciuili, non tamen tenetur adiuuare contra patrem quo ad ea quæ ſunt de iure naturali & quamuis plura alia ad propoſitũ huius limitationis allegari poſsint, unũ tamen principaliter notandum eſt, quod licet obligatio naturalis tolli non poſsit, quando iam eſt orta: tamen princeps poteſt impedire ortum naturalis obligationis. l. ſi non ſortem. in prin. & ibi Bar. ff. de condict. indeb. & l. cum lex. ubi etiam Bar. ff. de fideiuſſo. Decius in. c. j. col. j. ad fi. uerſic. præterea licet naturalis. infrà de probat. & ſi uelis ſcire, uide pulchrè Haſtezanum in. j. parte ſuæ ſummæ lib. j. tit. 3. artic. 5. in. 2. quæſt. de mutatione legis naturæ duplici modo quæri poteſt. ut perpulchrè declarat Archiep. Florent. in. j. parte ſuę ſummæ. titu. 13. ca. j.

Universidad de Deusto Biblioteca

§.2.colum.2.

Tertio limitatur prædicta concluſio, ut nō pro
244 cedat quo ad ius diuinum: Quia nec papa nec imperator ſunt ſupra ius diuinum. declarando tamen ut planè per Doct.in dict.cap.quæ.in eccleſiarum. Vnum tamen nota, quòd myſtica ſunt mutabilia in ſuperficie in qua deuiant à iure naturali. Sed quātum ad moralem intelligentiam mutabilem neſcire probantur.cap.fi.§.his ita.6.diſtinc. do.de Ripa lib.2.reſpon.c.19.col.6.In fi.

Quarto limitatur prædicta concluſio, ut licet princeps ſit ſolutus legibus, tamen familia princi-
245 pis debet uiuere legibus. Odof.in.l.unica.C.de conduc.& procura.lib.11.

246 Quinto licet princeps ſit ſolutus legibus, tamen partem inauditam iudicare non poteſt.ca.j.ibi, nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus difinire.de cau.poſſeſſ.& prop.& ideo debet citare partem.cle.paſtoralis.de re.iud.cum ſimilib. ut per Stepha.Bertran.in conſil.16.pro pleniori diſcuſsione.col.2.in.j.parte conſiliorum ſecundæ impreſsionis.& in conſil.11.multis quidem & non communibus.col.2.in.j.parte conſiliorum primæ impreſſionis.Iaſon in.l.nec quicquam.col.5.in fi. uerſic.ſeptimo fallit.ff.de offi.procōſul. & leg.Vld.Zazius in dict.l.princeps pleniſsim.per. Hippo. de Marſil. in.l.de unoquoq;.colū.3.uerſic.amplia. ſecundo. & duabus.colū.ſequen. ff.de re iud.& ad præallegat. Doct.de hoc artic.me remitto. Et an hoc procedat etiā de plenitudine poteſtatis uide Franc.de Curt. iuniorem in conſili.157. præſupponitur in facto. col.7.



col.7.uerſic. & ad præmiſſa tanto clarius traditur. per Doct.in.cap.in noſtra.infrà de procur.ad præmiſſa etiam uide Hieronymum Gigantem in.37. quæſt.tract.de pen.eccleſiaſticis.

Sexto fallit, quando princeps declararet ſe uelle ligari ſtatuto uel conſtitutione, ut firmat Ioannes Igneus in repetit.§.non alias.l. neceſſarias. numero 677.& pluribus ſequen.ff.ad ſylla.ubi infert, prin- 247
cipem litem cum ſubditis habentem poſſe de illa compromittere,& ſe ipſum inferiori à ſe ſubmitte- 248
re:& Papam poſſe ſuo pœnitētiario ſe ſubmittere, & pœnitentiam ab eo iniunctam ſuſcipere. de quo an Papa uel Imperator poſsint ſe ſubmittere uide Alb.in dict.l.digna uox.

Septimo falit ut licet princeps ſit ſolutus legi- 249
bus poſitiuis, non tamen lege contractus. Dixi plene in lib.pactorum pag.247. & ſequē.addo Caſtal dum in trac.de imperatore,quæſt.111.in.81. caſu & quæſt.116.ubi plus tenet, quòd etiam ciuiliter obligetur princeps ex contractu, cuius tamen contrarium tenui in dict.lib.pactorum. Quia cum princeps ſit ipſum ius ciuile, non eſſet differentia inter obligantem & obligatum.

Octauo concludendum eſt, quod etiam papa li- 250
gatur proprio iuramēto, nec poteſt ſe ipſum abſoluere.ita Anto.de But.hic in.4.oppo.ubi infert, malè feciſſe Gregoriū x 11.qui in conclaui ante papatū tanquàm cardinalis,& poſt papatum iurauit renūtiare papatui pro cedando ſciſmate quod durauerat triginta annis. Et de hac limitatione uide Deciū hic in.2.lect.col.4.uerſic.circa ſecundū concluſio ab

Universidad de Deusto Biblioteca

batis eſt.& pleniſsimè in con. 151.maximi põderis.
col.4.et ſequẽ.per totũ ſecundũ dubiũ in.j.parte.Et
an capitula facta per cardinales in cõclaui in electio
ne papæ & iurata per nouũ pontificẽ ligẽt ipſum
põtificẽ,uide Ludouicũ Gomeſsiũ in cõmento re-
gularũ cancellariæ in.15.q.ſuper reg.de impetrãdis
beneficijs uacantib.per obitũ familiariũ cardinalis.

Extra gloſ.Panor.hic ut ſaluaret alio modo ex-
poſitionem glo.quæ exponit illa uerba, ab omni-
251 bus ſcilicet ſubditis.exemplificat eam in infidelibus
qui ſecundum eum non ligãtur canonibus,ſaltem
in ſpiritualibus per.c.gaudemus de diuort.in tem-
poralibus uerò ſubijciuntur principi per.l.Iudæi.
C. de Iudæis. Et tandem ſe remittit ad tradita per
Inno.in.c.quod ſuper his.infrà de uoto.Decius au-
tem hic in.j.lectura.col.7.uerſic.quarta cõcluſio eſt.
252 refert duo genera infidelium, quorum quidam uo
cantur Pagani ſeu Sarraceni:alij iudæi. Adde pri-
mo de Paganis quæ tradit Franciſcus Marius in
2. parte deciſionum Dalphinalium, deciſione. 119.
quæritur etiam ſuper hoc. Et tã Pagani,quàm Iu-
dæi comprehenduntur in illo pſalmo,Omnia ſub-
iecisti ſub pedibus eius.Iudęi enim comprehendun
tur ſub illis uerbis,Et boues:ut tradit Archiepiſco
pus Florentinus in.3.parte ſuæ ſummæ tit.22.c.5.
§.9.Pagani autẽ comprehẽduntur ſub illis uerbis,
Et pecora cãpi:ut tradit Archiepiſcop. Florẽ.in lo-
co præalleg.§.8.in quibus locis concludit, quòd tã
253 Pagani quàm Iudæi ſubſunt papæ. Addo etiam
quòd Iudæi ſunt de ouil. Chriſti,iuxta illud Ioan-
nis decimo ca. Habeo alias oues, quæ non ſunt ex
hoc



hoc ouili. Stephanus Bertrandi in conſil.192. mul-
ta ſunt.col.fi.in. 2. parte conſiliorum ſecundæ im-
preſsionis,ubi ex hoc infert,quòd princeps non po
teſt ſine iuſta cauſa illos expellere de ciuitate:ut ple-
nius ibi tradit.col.pe.allegando Ioã.And.& Oldra
dũ,quod etiam perplura tenuit Gemi.in conſil. 96.
pro huius dubij.col.4.uerſic.uenio ad ultimum de
quo per Panor.in.c.quod ſicut quàm deuoto.Et in
quit Matthæus de Afflict.in commento conſtitut.
Neapol.lib.j.titu.26.colum. 10.in.8.not.quòd licet
Iudęi & Sarraceni ſint diuerſæ ſectæ à Chriſtianis
& inimici Chriſtianorum, tamen quando habitãt
in terris Chriſtianorum, ſunt ſub protectione re-
gis,nec licet Chriſtianis eos deprædari, uel offende
re.Pro quo addo.l.Chriſtianis.C.de paganis.Præ-
terea Oldra. & Steph. Bert.inferũt,quòd Papa per
illa uerba Paſce oues meas, tenetur eos defendere.
Verùm Adrianus Imperator præcepit, ne cui Iu-
dęo facultas introeũdi Hieroſolymã daretur,ut re- 254
fert Platin.in uita Alexãdri primi.Philippus quoq;
Auguſtus Rex Frãciæ, cùm uideret Iudæos ingẽti
fœnore ciues ita ſibi obęratos habere,ut eorũ præ-
dijs ditati dimidiã ferè ciuitatẽ uẽdicarẽt,et reliquę
partis homines aut in cuſtodia penes ſe ſeruarent,
aut fortunis omnibus diſſoluendi debiti cauſa ſpo-
liatos, mẽdicis nõ diſsimiles efficerẽt: domi præte-
rea ex Chriſtianis familiã cõtinere,quorũ quotidia
nis ſeruitijs rem ſuam agerent,& cum pignoris lo-
co ueſtes aut ſacroſanctæ eccleſiæ uaſa à creditori-
bus ſuſcepiſſent ea in ſordidos uſus ab ipſis con-
uerti;his Iudæorum iniquitatibus cognitis,Bernar

 dum

Universidad de Deusto Biblioteca

dum anachoritã,qui in ſaltu Vicennarũ incolebat, hominem ſanctitatis opinione clarũ, rex adijt,rogans quæ de Iudæis eius eſſet ſentẽtia. Cumq́; Bernardus optimum factu eſſe reſpondiſſet, ſi debita omnia,quibus Chriſtiani erga Iudæos aſtricti tenebãtur,remitteret,quinta omniũ debitorum fiſco, ſi uellet,attributa. Hac ſancti uiri reſpõſione eius opinionẽ,alioquin ad Iudęos è regno pellẽdos inclinãtẽ,ita confirmauit,ut prædijs poſſeſsionibusq́; ſuis
255 Iudæos mulctari, edicto illis termino, quo Iudæi omnes regno Francorũ abſcederẽt: id quod anno milleſimo cẽteſimo octogeſimo ſecũdo factum eſſe
256 Guaguinus in eius uita teſtatur:cùm tempore Ludouici iunioris regũ Frãciæ quadrageſimi,Iudæorũ eſſet cõſuetudo ſurreptũ quotannis aliquẽ Chriſtianũ infantẽ in locũ ſubterraneũ ducere, atq; illũ diu pœnis afflictũ,tandẽ die ueneris ſanctę cruci affigere. Et quanquàm non dubitẽ,Iudæos poſtea in Franciã reuocatos,rurſusq́; ablegatos,uereor tamẽ ne etiã ante Philippũ Auguſtũ Iudæi & regno Frãciæ pulſi fuiſſent:idq́; probari facilè poteſt ex. ca.3. ſexti cõcilij Toletani quod tentũ fuit lõgè ante Philippũ,hoc eſt circa tẽpora Honorij papæ.j.& Dagoberti regis Frãciæ. Verba autẽ formalia illius cõcilij Tolet.ſunt hęc: Inflexibilis Iudęorũ ꝑfidia deflexa tãdem uidetur pietate & potẽtia ſuperna:hinc enim liquet quòd inſpiramine ſummi dei excellentiſsimus & Chriſtianiſsimus princeps ardore fidei inflãmatus, cũ regni ſui ſacerdotibus præuaricationes & ſuperſtitiões eorũ eradicare elegit funditus: nec ſinit degere in regno ſuo eũ, qui nõ eſt Catholicus





cus:ob cuius feruorem fidei gratias omnipotẽti domino cœlorũ agimus:eo quòd ei tam illuſtrẽ creauerit animam,& ſua repleuerit ſapiẽtia, ipſe quoq; donet ei & in præſenti ſeculo longæuã uitam,& in futuro gloriam æternam. Illud autem præuida nobis cura, & ualde eſt decernendum uigilanti ſolertia,ne eius fidei calor & noſter labor quãdoque in poſteris tepefactus liqueſcat. Quocirca conſonam cum eo corde & ore promulgamus deo placiturã ſententiam, ſimul etiam cum ſuorum optimatum illuſtriumq́; uirorum cõſenſu & deliberatione ſancimus,ut quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem,non antè conſcendat regiam ſedem,quàm inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit,hanc ſe catholicam non permiſſurum eos uiolare fidem,ſed & nullatenus eorum perfidiæ fauens, uel quolibet neglectu aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditũ præbeat præuaricationis, ſed quod magnopere noſtro eſt tempore conquiſitum,debeat illibatum perſeuerare in futurum: nam in caſſum bonũ agitur, ſi non eius prouidetur perſeuerantia. Ergo poſtquam ordine præmiſſo ad gubernamenta acceſſerit Regni ſi ipſe temerator huius extiterit promiſsi,ſit anathema maranatha in conſpectu ſempiterni dei, & pabulũ efficiatur ignis æterni ſimiliq́; cum eo donatione perculſis,quicũque ſacerdotum uel quilibet Chriſtianorũ eius implicati fuerint errori. Nos etenim ita præſentia decernimus,ut præterita quæ in uniuerſali ſynodo de Iudæis conſcripta ſunt,confirmemus: quoniam ea quæ neceſſaria

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro eorum ſaluatione ſcribi potuerũt in eadem eſ-
ſe cautum ſcimus. Quapropter quæ tunc decreta
ſunt ualitura eſſe cenſemus. Addo etiam, quòd Iu-
dæi, qui uenerunt ad habitandum in ciuitate ut ſu-
perſtitiones & uſuras exercerent, quas in ſua patria
tutè exercere non poterant, poſſunt ejci à ciuitate
ne ſubditos imitatione deteriores reddant. domi. de
Ripa in tracta. de peſte in. 2. partic. 2. partis principa
lis, num̃. 469. allegat. l. ædiles. §. quid ergo. ff. de ædi
li. edict.

Et quod dictum eſt de authoritate Ioannis. c. 10.
Habeo alias oues quæ non ſunt ex hoc ouili: decla-
rari poteſt ex eo quod notabiliter tradit Inno. in. c.
quod ſuper his. col. 1. poſt medium. infrà, de uoto.
quòd omnes tam fideles quàm infideles ſunt oues
Chriſti per creationẽ: licet non ſint de ouili eccleſię.
Similiter quod dicitur, habeo alias oues: nõ uidetur
intelligi poſſe de Iudæis, ſed potius de Gẽtilibus, ut
Theophilactus ibi intellexit: & ita etiam intellexit
Auguſt. in Pſal. 78. col. 3. Et facit, quia in eodemmet
cap. 10. Chriſtus ad Iudæos loquens dixit, Vos nõ
creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. Ex quo ma
nifeſtè apparet, quòd Iudæi non ſunt de ouibus
Chriſti. Et certè nõ credo, quantum ad materiam
ſubiectam Iudæos eſſe oues Chriſti: nã Dionyſius
Carthuſianus ſuper illud Ioan. 10. cap. intellexit il-
las eſſe oues Chriſti, quæ nunc ſunt actu, uel præde
ſtinatione de numero electorum, & uerbo Chriſti
credentiũ, quod & Rupertus ibidẽ tenet, & Aymo
cardinalis in homilia ſuper illud, Ego ſum paſtor
bonus, in prin. pro quo eſt bonus tex, in. c. hanc ſo-
cietatem



cietatem. de pœnitẽ. diſtin. 4. At quo ad præſentem
materiam in qua non poſſumus iudicare de occul-
tis, maximè de his, qui futuri ſunt in numero ele-
ctorum, neceſſarium eſt conſiderare, Iudæos ſecun-
dum eum ſtatum, qui nobis patet, ſecũdum quem
non poſſunt dici oues Chriſti, quia nõ credunt uer
bo Chriſti. Et ut intelligatur uerus ſenſus ſacrę ſcri
pturæ in loco præallegato ſciendũ eſt, quòd in illis
uerbis, Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc oui
li: Dionyſius Carthuſianus cõſiderauit duplex oui-
le: unum gentilium, alterum Iudæorum: ut ſit ſen-
ſus, quòd Chriſtus habet alias oues, quæ non ſunt
de ouili Iudæorũ, ſed de ouili Gentiliũ, quas opor-
tet adducere: quaſi uoluerit dicere, in utroque ouili
ſunt aliquæ oues, quæ ſunt, uel futuræ ſunt de nu-
mero electorũ, quas oportet adducere. Non tamen
per hoc infertur, quòd omnes Iudæi uel gentiles
ſint, uel futuri ſint, de numero electorũ. Et dũ poſt-
ea Chriſtus dixit, Non eſtis de ouibus meis: intelle-
xit de illis, ad quos loquebatur qui erant indurati.
Adde quòd poſt mortẽ Chriſti Iudæi non fuerunt
amplius populus Chriſti: quod probatur ex aucto
ritate Danielis. c. 9. dũ inquit, quòd poſt ſeptuagin-
ta duas hebdomadas occidetur Chriſtus, & nõ erit
eius populus, qui eum negaturus eſt. Faciunt quæ
pulchrè tradit Origenes in Hieremiã homelia. 10. in
fi. & inquit idẽ Origenes lib. 4. cõtra Celſum, quòd
Iudæi ex quo Chriſtũ occiderunt, penitus deſtituti
ſunt. De quo tamẽ me remitto determinationi ſan-
ctæ matris Eccleſiæ, & ad auctoritatem Danielis:
ex qua colligitur tempus paſsionis Chriſti, uide
præclare

præclarè Ioan. Carionē in lib. Chronicorum.
257 Et ſi uelis ſcire, quòd ius ſeruandum ſit Iudæis in eorum cauſis, ultra Decium hic in utraque lectura, & Feli. hic col. 10. in. 5. limitatione, uide Corn. in cōſil. 180. in hac col. fin. in. 2. parte. Soci. in conſi. 63. circa primum. col. 8. uerſic. poſtremo. quod iuramentum. & cōſil. ſeq. col. 8. uerſi. poſtremo. & uerſi. ſeq. & conſilio. 70. in præſenti conſultatione. in. 1. parte. Barba. in conſil. 15. clementiſsimi dei patris. aliâs incipit, Circa dubia, per totū in. 2. parte. Corn. in conſil. 65. licet per totum. in. 2. parte. Ludouicū Gomeſſium in c. diſpendia. in. 3. limitatione ad ſecundum not. de reſcript. in. 6. uide etiam quæ dixi in lib. Pactorum, pagina. 293. uerſic. ſexageſimo primo fal-
258 lit. Et an iuramentum Iudæorū ualidet eorum contractus. uide Alexā. in. l. iij. §. iurari. ff. de iureiuran. Corn. in conſi. 37. in hac conſultatione col. pe. uerſi. Et iuramentum Iudæorum. in. 4. parte. Georgium Nattam in repet. c. quamuis. col. 5. uerſi. ſecundo limita. de pact. in. 6. Decium in. l. pactum. col. 4. uerſicu. nono limitatur. C. de colla. Bertachinū in tracta. gabellarū. in. 17. quæſt. 7. partis. Roma. in conſi. 155.
259 præmiſſum laudum in fi. Inſuper notandum eſt quòd Iudæi & Sarraceni habitantes in terris Chriſtianorum, debent uti habitu per quem à Chriſtianis diſcernātur. Et in die paſsionis domini non debent in publicum progredi. c. in nonnullis. infrà, de Iudæis. Bertachinus in dicto tracta. gabellarum. in 8. quęſt. 3. partis, ubi tradit plura alia de Iudæis, maximè quæ conuerſatio permiſſa ſit cum Iudæis: & unde Iudæorum nomen aſſumpſerūt. Vide etiam ad



ad præmiſſa Roma. in conſil. 489. hæc domina Petra: per totum. Et nota quòd Iudæos non licet fœ- 260
nerari Chriſtianis. Ioan. Andr. in. c. conqueſtus. de uſur. Imo. in conſi. 6. in caſu præmiſſo primò uidendum eſt. in princ. Silueſter Prierius in. 2. parte ſuæ ſummæ. in uerbo, uſura. tit. 1. in. 41. quęſt. ubi tradit de quæſtione cōtraria: an ſcilicet liceat exigere uſuras à Iudæis. & quæſt. 42. tradit, an liceat illas exigere à Sarracenis. pulchram etiam quæſtionem de Iudæis, qui dederant pecunias alicui Iudeo facto Chriſtiano, ut rediret ad Iudaiſmū, examinat Ioannes de Selua in quæſtionibus per arreſta. quęſt. 145. Legitur etiam in prouinciali omnium eccleſiarum, quòd Iudæis uel Sarracenis cōtra Chriſtianos uel econtra, non dantur literæ per cancellariam Romanam, niſi ſuper cauſis concernentibus forum eccleſiaſticum ſimpliciter, uel mixtum: nec fit mentio de negligentia iudicis ſecularis. In terris tamen eccleſiæ bene dantur literæ, idem etiam habetur in eodē
prouinciali. char. 32. ubi traditur, quòd eccleſia non 261
diſpenſat à iuramento Iudæorum ſecundum eorū ritum præſtito. In eodem etiam prouinciali omniū
eccleſiarum dicitur, quòd Iudæus non eſt laicus, uel 262
ciuis, ſed incola, uel in tali ciuitate commorans. An
autem conſuetudo laicorum cōprehendat Iudæos, 263
uide Paul. de mōte Pico. 1. in repet. l. Titia. §. Titia. col. 57. in. 20. quæſt. ff. de leg. 2. Et ad id quod dictū eſt de conuerſatione Chriſtianorū cum Iudæis, adde quòd Clemens primus in epiſtola ſecunda ad Iacobum fratrem domini refert beatum Petrum iuſſiſſe Chriſtianos declinare à conſortijs inhoneſtis, & inſi

Universidad de Deusto Biblioteca

& infidelibus,& ſocietates habere fidelium.
264 Item Chriſtiani non debent in eorum infirmita
tibus inuocare auxilium Iudæorũ.c. nullus.28.q.1.
do.de Ripa.in ult. parte tract.de peſte.nu.94.& plu
ribus ſeq.ubi ex hoc inuehit contra Auenionenſes,
qui ſe & ſuos liberos in infirmitatibus cõmittunt
Iudæis medicis.Et ex hoc edocet nos, ne medicum
perfidum,etiam Chriſtianũ aſſumamus:quia mali
Chiſtiani deteriores ſunt quàm Iudæi,ut ibi latius
265 per eum. Et an mulier Iudæi pro dote habeat taci-
tam hypothecam in bonis mariti Iudæi? Antonius
Neguzantius de Fano,poſt Anto.de But.& Belen
cium per eum alleg. in tract.de pigno.in.4. mẽbro
ſecundæ partis.num.69. ubi tenet,quòd ſic.De quo
tamen ego dubito: quia Iudæis rigor iuris ſerua-
tur,non fauor.

Et nota quòd ſecta Sarracenorũ eſt melior quàm
266 Iudæorum:ideo Iudæus trãſiens ad ſectam Sarra-
cenorum non eſt puniendus à nobis.Oldra.in con-
ſil.51.Iudæus tranſiuit.Quis autem ſit iudex cõpe-
tens ad puniendum Iudæos, qui aliquid faciunt in
contemptum fidei,uide Guid.Papæ,quæſt.63. fuit
267 coram me. Et quales contractus fieri poſſunt inter
Iudæos, Sarracenos, & Chriſtianos, uide Pract.
Papieñ.in forma libelli in actione reali,in uerbo,ue
ris & legitimis titulis.col.11.in paruo uolu. in con-
ſilio quoq; prouinciali Vienneñ.tento ſub Guido-
ne de Pryſiaco Anno.1478.ſtatutum fuit, ut Iudæi
rotam in ueſtibus deferãt, Chriſtianos nuntios aut
nutrices non teneant, carnes per eos occiſas nullus
uendat, Chriſtianis in quadrageſima carnes Iudæi
publicè



publicè non manducent,obuiantes cruci,ſeu corpo
ri Chriſti uel ſe occultent,uel cito recedant,uel reue
rentiam exhibeant ſicut alij Chriſtiani, eccleſijs in
quarum parochijs morantur,Decimas ſoluãt,nul-
lus eos publicis officijs præponat.

Quid autẽ in catechumenis, an ſubijciantur con 268
ſtitutionibus eccleſiaſticis? Decius hic in ſecunda le
ctura.col.quarta.uerſicu.& adde quòd idem eſt.te-
net quòd non: dicens idem eſſe in catechumenis
quod in Iudæis: & ita ſentire Geminia. in cap. au-
dite chariſſimi.34. diſtinctio. dum dicit, quòd ibi
catechumeni ideo comprehenduntur, quia prohi-
bitio contrahitur etiam de iure diuino, cui catechu
meni ſubijciuntur.Ego,ut dicam quod ſentio, ali-
ter tenendum eſſe puto: quòd ſcilicet catechumeni
ſubijciantur conſtitutionibus eccleſiaſticis.

Moueor primò per textum in dicto cap. audi-
te. Cui non bene conuenit reſponſio Geminia. ſu-
prà narrata. Nam ſi hæc fuiſſet conſideratio Au-
guſtini, cuius eſt illa conſtitutio,eodem modo pro-
hibuiſſet Iudæis, qui ligãtur etiam lege diuina: Et
tamen ibi de Iudæis nullum uerbum.

Secundò moueor: Nam catechumenus dici- 269
tur qui uult effici Chriſtianus, & eſt intra tempus
probationis.Bartol.in.l. ſecunda.C. ne ſacr. baptiſ.
reiter.per gloſſam in capitu.dilectus.de cap. mona.
in cap.per catechiſmum.de cognat.ſpirit. in ſexto.
& ſic eſt deſtinatus ad Chriſtianiſmum. unde ſuc-
cedit regula,quod idem iudicamus de deſtinato ad 270
actum,quod de ipſo actu.l. cum uero. in fine prin-
cipij.ff.de fideicommiſ.lib.Geminia.in.c. ponderet.
in fi.

Universidad de Deusto Biblioteca

in fi.50.distin.Claud.de Seyſello in.l.2.§.fuit quæſitum. col.1.uerſic. & inquantum ad limitationem. ff.ad trebel.Feli.in.c.cũ adeò.col.1.&.2. de reſcriptis.ubi inter cętera allegat Archid.in.c.ſi quis ſuadente.col.pe.17.quæſt.4.dicentẽ,quòd ille,qui nullum habet ordinem, ſed tantum coronam portat, & eſt clericus animi deſtinatione, gaudet priuilegio illius Canonis.Et contractus intelligitur eſſe factus in loco deſtinatæ ſolutionis, licet alibi ſit factus.l.ſi omnem obligationem.ff.de iudic.Calca in conſil.15.uiſo inſtrumento.col.3.uerſi Item quia ſicut.ubi etiam arguendo de tempore ad locum con
271 cludit, quòd contractus cenſetur eſſe factus in loco deſtinatæ ſolutionis. & idem iudicamus de re deſtinata ad dotem quod de ipſa dote.l.4. cum gloſ.ff. de fundo dota.Feli.in dicto.c.cũ adeò.Alexandrinus plura ad hoc allegans in conſi.74. circa dubiũ.
272 ad fi.Et res cenſetur eſſe in ea qualitate,ad quam eſt deſtinata.Barba.plura ad hoc allegans in conſil.14. clemẽtiſsimi dei patris. Aliâs incipit,mihi uidetur. col.3.in.1.parte. & ubi res eſt deſtinata de uno loco ad alium,effectus ſuperueniens antequam res ad locum deſtinatum perueniat, cenſetur ſuperuenire in loco ubi res deſtinabatur. Gemin.per illum text.in c.præſenti.§.fi.de præben.in.6.Decius in cõſil.577. uiſo copioſo.col.1.in.2.particula.3. partis principalis. ubi infert ad ſtatutũ quod muliere præmoriente in ciuitate maritus lucretur dotem: ut habeat locum etiam ſi maritus duxit uxorem in loco multum remoto,& dum uellet ducere uxorem ad ciuitatem in qua uiget tale ſtatutum,uxor mortua eſt

in itin



in itinere uel etiam in loco ubi contraxerat matrimonium.Idem tenet Iaſ.in repet.l.quominus.col.4. in.9.not.ff.de fluminib.Facit quod in notabili caſu conſuluit Socy.in conſil.35.circa prędictam conſultationem.col.3.uerſic.primo probatur.& uerſic.ſequen.in.j.parte.Et ita arguẽdo de loco ad tempus prout arguebat Calca.in loco præallegato, nõ impertinenter dicendum eſt, quòd illi qui infra certũ 273
tempus deſtinatus eſt ad Chriſtianiſmum etiam ante tempus debeatur reddi tale ius,quod redderetur poſt tempus ipſo effecto Chriſtiano.

Tertio ad confirmationẽ præcedentis argumenti bene facit quod eleganter cõſuluit Pet.de Ancha. in conſil.69. contra donationem.col.pe.& fin.ubi. 274
Concludit, quòd ingreſſa religionem etiam intra annum profeſsionis debet conueniri coram iudice eccleſiaſtico.Quia iudicari debet tanquàm eccleſiaſtica perſona:non autẽ tanquàm perſona ſecularis.

Quarto pro hac opinione uidetur mihi eſſe text. forma.in.dict.c.per catechiſmum. de cogna.ſpir.in. 6.ubi text.formaliter dicit, quòd per catechiſmum 275
qui baptiſmum præcedit,contrahitur cognatio ſpiritualis de quo tu uide quod plenè habetur in prouinciali omnium eccleſiarum.chart.28.uerſic.baptiſatus fuit infans. Ad idẽ facit glo.fi.in.c.j.30.quæſt. j.Et ibi etiam glo.j.dicit,quod catechumenus deſtinatione quadam fidelis reputatur & Clemens primus in prima epiſtola ad Iacobum fratrem domini refert,beatum Petrum dicentem, quòd eccleſia 256
dei eſt nauis, in qua hi qui catechizant nautologis conferuntur.Ex quibus patet,non idem eſſe in cate

m chume

Universidad de Deusto Biblioteca

chumenis quod in Iudæis: imò eiſdem ſeruari de-
bet idem ius quod Chriſtianis. Quod intelligo, ex-
ceptis quibuſdam conſtitutionibus eccleſiaſticis,
quæ tantummodo dirigunt effectum in animam.
Quia illis fateor catechumenos nō ligari. Similiter
ex prædictis infertur, quòd licet Iudæos ſeruari de
beat rigor iuris, ut per gloſ. in cap. 2. de Iudæis. ubi
277 Card. & tradit Gomeſsius in dict. c. diſpendia. Ta-
men catechumenis ſeruari deberet æquitas iuris ca
nonici, non autem rigor. Sunt enim ad fidem alli-
ciendi fauoribus, non torrendi rigore. arg. c. quædā
lex. §. quod ſcripſi. 35. quæſt. 3. per quem tex. confir
mari poteſt quod ſcribit Longolius ad Rogerium
Barmæ lib. 3. epiſtolarum. epiſtola incipien. pudet
me quòd cùm rariſsimas. poſt medium. Ad idem
tex. in. cap. qui ſyncera. & in. cap. de Iudæis. 45. diſt.
cum ſimi. ut tradit Gemi. in conſil. 96. præallega.
278 col. 4. uerſic. quinto inducunt. Tres autem rationes,
quare catechumeni ſtatim non baptiſantur ponit
Archiep. Floren. in tertia parte ſuæ ſummæ, tit. 14.
cap. 13. §. 13. & in decretis conſilij elibertini. c. 11. ſta-
tutum eſt, ut intra quinquennij tempora catechu-
menæ ſi grauiter fuerit infirmata baptiſmus dare-
tur. Solebat quoq; illis per ſolenniſsimos paſchalis
dies ſal tradi: quod ex decreto tertio cōſilij Cartha
ginen. tertij colligitur, ubi ſic ſcriptū legitur, Item
placuit, ut per ſolenniſsimos paſchalis dies ſacra-
mentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal:
quia ſi fideles per illos dies ſacramenta non mutāt
nec catechumenis oportet mutari. Aliquo etiam tē
pore dabantur catechumenis octo menſes intra
quos



quos de fide inſtruerētur ut habetur in. c. Iudæi de
conſe. diſtinct. 4. uereor ne in primitiua eccleſia tres
mēſes darētur quod ex uerbis Clemētis papæ pri-
mi in epiſtola tertia facile deprehenditur, ubi ſic. in-
quit: Si quis ergo fidelis uoluerit exiſtere & deſide
rat baptizari, exutus prioribus malis de reliquo
pro bonis actibus hæres bonorum cœleſtium ex
geſtis proprijs fiat: accedat autem ad ſacerdotē ſuū,
qui uult & ipſi det nomen ſuum, atq; ab eo audiat
myſteria regni cœlorum, ieiunijs frequentibus ope
ram impendat, ac ſemet ipſum in omnibus probet,
ut tribus menſibus iam conſummando in die feſto
poſsit baptizari. Hodie uerò dantur quadraginta
dies. c. ne quod abſit. de conſecra. eadem diſtinct. re-
liqua de catechumenis uide per Deciū hic in ſecun-
da lectur. & Auguſtinum in lib. de catechizandis
rudibus. Archiep. Florent. in loco prēalleg. Richar.
de media uilla in. 4. ſententia diſt. 6. art. 5. Haſtezanū
in. j. parte ſuæ ſummæ. lib. 4. tit. 2. art. j. Ang. de Cla
uaſio in ſua ſumma in uerbo catechiſmus. Sylueſt.
de Prierio in. j. parte ſuæ ſummæ. in tit. de catechiſ-
mo. Albe. in dictionario, in uerbo Catechiſmus.
Ex doctrina Panor. in illa quæſt. An lex poſiti- 279
ua ſiue ciuilis ſiue canonica obliget in foro cōſcien-
tiæ, colligo infrà ſcriptas notabiles concluſiones.
PRIMA quòd ubi lex diſtinguit inter forum 280
conſcientie & forum contentioſum tunc ſeruanda
erit diſtinctio legis. ca. tua nos. infrà de ſponſal. ubi
Præpoſ. per illum tex. not. quòd in foro conſcien- 281
tie quis poteſt allegare turpitudinem ſuam, licet ſe-
cus ſit in foro cōtentioſo. & idem tex. in. c. ex literis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



&.c.ſequen.in fin.de eo qui cog.conſang.uxo.ſuæ,
in.c.inquiſitioni.infrà de ſenten. excon.in.c.fin.ibi,
ſed iure fori, non iure poli.17. quæſtio.4.ſequitur
Decius hic in.j.lectura.col.7.uerſic.prima eſt.Aug.
de Clauaſio in ſua ſumma angelica,in uerbo lex.§.
4.in primo caſu. Sylueſter de Prierio in ſecunda
parte ſuæ ſummæ,in uerbo lex.in.9.quæſtio. Nec
tunc dicitur eſſe contrarietas. Quia diuerſitas fori
ex cauſa diuerſificat iudicium, ut inquit Calde. in
proem.huius lib.in.4.quę.Imol.in proœmio huius
lib.incip.rex.pacificus.in fi.principij.dicitur autem
282 conſcientia quaſi cognitio ſui ipſius cordis. Bal. in
conſil.ſchiſmatis,poſito ſub rub. C.ſi quis aliquem
teſtari prohib.quem refert & ſequitur Iaſ.in.§.ſed
iſte.col.19.in fi.inſtit.de act.Franc. de Curte iunior
in conſilio.170. habita diligenti cōſideratione. col.
6.uerſic.ex præmiſsis clariſsimè conſtat.Et allegant
præfati doct.in locis præalleg. plura notabilia di=
cta in materia conſcientiæ.Ioan.de Anna in conſil.
34.uiſis & diligenter.col.j.in fi.ubi ponit,unde dica
tur conſcientia & ibi Bolog.in addit.col.2.uerſic.5.
Ad idem adduci poteſt,dicit, quòd conſcientia eſt
iudicium mentis cōſonans in quodam naturali iu-
re,aliena quodāmodo à rigore et ſubtilitatibus iu-
283 ris. Budæus etiā in epiſtolis dicit, Cōſcientiā inſtar
eſſe multorum teſtium locupletum, omniq́; exce=
284 ptione maiorum.Origenes Conſcientiam ſpiritus
correctricem affirmat, animæq́; pedagogum quo
à malo reuocetur bonoq́; aſſocietur ut teſta.Ludo=
uicus Cælius lib.2.lectio.antiq.c.26.Et qua ratione
Theologi Conſcientiæ uermem,pro conſcientia re
morden



mordente acceperint,uide eundem Cælium lib.10.
lect.antiq.c.13. Itē quid eſt quod Paulus prima ad 286
Timoth.40.conſcientiam cauteriatā appellet, uide
Bar.Veſthemerum in collectaneis troporū bibliæ,
centuria tertia,in uerbo conſcientia cauteriata.

Ampliatur ſupradicta Cōcluſio,ut non ſolùm
procedat quādo lex expreſsè diſtinguit inter utrū-
que forū,ſed etiam procedit dato quòd lex non di-
ſtinguat,dummodo ſubſit ratio diſtinguendi. Ita
ſentiunt Panor.hic, Calde. & Imol.in dicto proœ-
mio huius libri, dum poſt iſtud membrū eorū di-
ſtinctionis,quod eſt,quando lex diſtinguit, ponūt
pro ſecūdo membro caſum in quo lex non diſtin-
guit, nec ſubeſt cauſa diſtinguendi:& ſic manifeſtè
uolunt, quòd ſub primo mēbro cōtineatur nō ſo-
lùm caſus in quo lex expreſsè diſtinguit,ſed etiā ca
ſus in quo ſubeſt cauſa diſtinguēdi,dato quod lex
expreſsè nō diſtinguat. Sic etiā alibi dicimus,quod
licet ubi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere de-
beamus.l.de pretio.ff. de publi.tamē fallit quando
ſubeſt aliqua cauſa diſtinguendi: ut tradit Iaſ.poſt
Fulg.ibi.in.l.quāuis.in.j.no.circa fi.ff.de in ius uo-
ca.Et benefacit,quia licet nos dicamus,quòd qui ca
ſum legis fallere dicit, caſum alterius legis allegare
debet.Io.Andr.& Panor.in.c.ſalubriter,de uſur.ta
men fallit,ubi aliqua æquitas ſuadet legē limitari.
Quia iniquum eſt legē nō fallere, ubi aliqua æqui-
tas ſuadet.glo.in uerbo extenſiuā in aucten. ut ſine
prohib.ma.debit.in prin.per tex.optimū in.c.intel
leximus.ubi Panor.col.j.in fi.infrà de iud. Fran.de
Curte iunior in.l.j.in.2.no.ff.quod quiſq; iur.Gua.

Universidad de Deusto Biblioteca

in repet.l.centurio.col.44.in princ.ff.de uulg.
Et hæc ampliatio de plano procedit reſpectu le-
gũ ciuiliũ: ſed reſpectu canonũ uidetur, quod ſi ca-
nones non diſtinguant inter utrunq; forum, ſed ali
quid ſtatuant in foro contentioſo, ſeruari debeant
in foro conſcientiæ: dato quod ſubſit aliqua ratio
diſtinguendi, ut uiſus eſt tenere Decius in.c.j.colũ.6.
in prin.inf.de offi.deleg.ubi dicit, quòd quando iu-
ra canonica uolunt facere differentiam inter forum
conſcientiæ, & forum cõtentioſum, hoc exprimũt:
& infert, quòd etiam in foro conſcientiæ quis non
tenetur obuiare delicto, ex quo ius canonicum non
diſtinguit inter forum conſcientiæ & forum cõten
tioſum, ut ibi per eum. Sed aduertendũ eſt, quia
imò hæc ampliatio procedit etiã reſpectu canonũ.
Moueor primò, quia opi. quòd in foro conſcientiæ
quis non teneatur obuiare delicto, quam Decius in
fert ex dicto fundamento nõ eſt uera nec cõmunis,
ut Doct. ibi tradũt, & Decius met ibi fatetur illam
non eſſe communem. Et tamẽ in illo caſu lex cano-
nica non diſtinguit inter utrunq; forum, ut Decius
met etiã ibi fatetur. Ergo patet, quòd ſit diſtinctio
inter utrunq; forũ, licet lex canonica nõ diſtinguat.
Secundo moueor per tex.in dict.c.inquiſitioni. in-
frà de ſenten.excommun.ubi permittitur non ob-
ſeruare canonem ex illa cauſa, quòd quis formet
ſibi conſcientiam. Ergo idem ſi alia cauſa ſubſit.
Quia lex quæ ex una cauſa aliquid diſponit, exten
287 ditur à paritate, uel maioritate rationis, ut eſt text.
loquens in materia pœnali.in.c.unico.ibi, uel ſimi-
les culpas commiſerint.in titu. quib.mo. feu.amit-





ta.l.2. Ad idẽ tex. formalior in.c.j.§. prædictis mo-
dis.uerſi. Sed quia natura.in tit. quæ fuit prima cau
ſa benef.amitt.in uſib.feud.
Tertio moueor, Quia reuera intentio Calde.
Imol.& Panor.præall.fuit, intelligere etiam reſpe-
ctu canonum: quod clarius demõſtratur ex uerbis
Cald. & Imol. dũ arguendo ad partes dicũt, quòd
maximè Lex canonica ligare debet in foro cõſcien-
tiæ, per illam autoritatẽ, Quodcunq; ligaueris &c. 288
deinde ponunt prædictã diſtinctionẽ. Ergo uiden-
tur uelle, quod illa diſtinctio habeat locũ etiam re-
ſpectu canonum: Aliâs eorũ diſtinctio nõ tolleret
argumentum illius autoritatis, Quodcunq; ligaue-
ris. Et ſi præſupponimus, quòd eorũ diſtinctio in-
telligatur etiam reſpectu canonũ ſi opin. Decij eſſet
uera, ſequeretur, quòd canones in foro conſcien-
tiæ ſeruari deberent, etiam ſi eſſent iniuſti. Cuius
contrarium tenent Doct. præallegat. & dicam in-
frà. Et maxime procedunt, quia Calde. & Imol.
in dicto proœmio huius libri generaliter dicunt,
quòd diuerſitas fori ex cauſa diuerſificat iudicium.
Quod etiam probatur ex multis quæ egregiè tra- 289
dit Ludouicus Gomeſsius in cap.2.in princ.nu.21.
32.& ſequen.in.6. Notandum tamen eſt, quod nun
quàm reperies, quòd in caſu certo, & manifeſto,
ubi non agitur de his quæ conſiſtunt in corde, uel
in coniecturis, ſeu in præſumptionibus, uel in alijs
aliter occultis, ius canonicum diſpoſitiuè aliquid
ſtatuat quod ſit peccatum: ut firmat Guali. in re-
petitio.l.centurio.colum.74.uerſicu.breuiter tenet.
ff.de uulg.ubi ex hoc infert, quod ſubſtitutus pu-

pillaris non tenetur in foro conſcientiæ tradere ma
tri legitimam. De quo tamen ultimo uide Ludo-
uicum Gomeſsium in dict.cap.2.° in princ.numero
14.& ſequen.

Et ad præmiſſa notandum eſt, quòd triplex eſt
290 forus. Primus Contentioſus, de quo ſuprà dictum
eſt. Secundus conſcientiæ, ſeu. Quaſi forus animæ:
de quo etiam meminit Decius hic in.2.lect.colũ.5.
uerſic.& adde primo. Et dicitur forus Quaſi ani-
mæ, quando non accuſatur, nec inquiritur, nec de-
nuntiatur, ſed ſponte à ſuperiore petijt conſilium
ſalutare, ita hunc Quaſi forum animæ declarat Pa-
nor.in.c.ſignificaſti leg.2.col.2.uerſic.in glo.in uer-
bo medendum. & ibi Ioan. de Anna. col.11.uerſic.
ſed aduerte quia iſte text. & de hoc foro loquitur
tex.in.cap.ueniens.infrà de eo qui cogn. conſangu.
uxor.ſuæ.

291 SECVNDA Sit concluſio, quòd ſi lex
non eſt peccati nutritiua, illa ſeruanda eſt etiam
in foro conſcientiæ.ita Cald.& Imol.In dicto pro-
œm.huius libri. Panorm. hic. pro quo plura alle-
gant Felin.hic, colum.11.uerſic.extra prædictos ca-
ſus.& Decius in.j.lectur.colum.7. uerſicu. ſecundo
eſt.ultra quos addo Alcia.in cap.nouit nu.38.& tri
bus ſequentibus infrà de iud. Albert. Brunum in
tract.de for.& ſolennit.tit.de poten.& effec.formæ.
col.67.Lud.Gomeſsius in.c.2.in prin.nu.35.& ſeq.
eo.tit.in.6.& in.42.quæſt.ſuper regulã de triennali.
poſſ.nu.10.&.11. Et hanc concluſionem tenet bea-
tus Thomas in.j.ſecundæ quæſt.96.art.4. ut refert
Archiepi.Floren.in.j.parte ſuæ ſummæ, tit. 15.cap.
unico



unico.§.2. in princ.tenuit Barba.plura ad hoc alle-
gans in.c.nam concupiſcentiam.col.2.infrà eod.fa-
ciunt pulchra uerba Ariſtotelis in.5.Politic.c.8.ha-
bere inquit, leges bonas non id eſt ſi rectè ſint poſi- 292
tæ, nec eis pareatur. Itaque una recta legum inſtitu-
tio putanda eſt, legibus parere: Altera ut hæ rectè
ſint leges poſitæ, quibus parere oportet. Hinc eſt,
quòd ſi gabella fuit iuſtè impoſita, peccat qui frau- 293
dat gabellam. Bertachinus plura ad hoc allegãs in
9.parte tract.gabellarũ.in princ. Syluester de Prie-
rio in.1.parte ſuæ ſummæ, in uerbo, gabella. titu.3.
in prima quæſt. Et idem de collectis ſiue tallijs tra-
dit ipſe in dicto uerbo, tit.4.in.5.quæſt.uerſic, ſecun
dum Innocẽ. etiam non eſt licitum fraudare gabel-
lam in territorio Sarracenorum uel Paganorum
tempore treugæ cum eis, & de mercibus non pro-
hibitis ſi ipſi Sarraceni ſeruant fidem, defendendo
eos in territorio ſuo à latronibus & piratis, ut tenet
Archiep.Florent.in.2.parte ſuæ ſummæ. tit.1.c.13.
§.8.de quo plenius per Sylueſtrum de Prierio, in.1.
parte ſuæ ſummæ, in uerbo, gabella.tit.3.in.4.quę-
ſtio. Et rationem aſsignant Doct. Quia lex poſitiua 294
à lege æterna deriuatur, iuxta illud, Per me reges
regnant, & legũ conditores iuſta decernunt. Quam
rationem plenè confirmat Fortu.Guartia.in.l.uelu
ti.col.5.uerſic.uerùm ſi aliter.ff de iuſti.& iur. & in
tract.de ultimo fine iuris canonici & ciuilis. col.58.
uerſicu.16. principalis illatio. Facit illud Hieremiæ,
Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut euellas &
diſsipes, ædifices & plantes.c.ſolitæ.infrà, de maio.
& obed. Et dicit Bal.in.c.in omni negotio. infrà, de
m 5 teſtib.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

teſtib. quòd ſi obiter diceremus omnis legum for-
ma & eius ſubtilitates ducerent nos ad inferos. Et
ſcientia iuris ciuilis eſſet magis damnata, quàm ma
leficiorum. Et licet prædictæ rationes militent reſpe
295 ctu canonum, tamen canones quo ad conſcientiam
uidentur magis ſpecificè approbati à deo per illam
authoritatem, Quodcũque ligaueris ſuper terram,
erit ligatum in cœlis. Quę uerba dominus dixit ad
Petrum: & in Petro dixit ad ſucceſſores ipſius, ut
dicit text. in dicto. c. ſolitæ. §. nobis autẽ. Nec eſt ue-
riſimile, quòd ius canonicũ conditum inſtinctu ſpi
ritus ſancti aliquid illicitum permittat uel ſtatuat
ita arguit in alio propoſito Calde. in repeti. c. fina.
infrà, de uſur. Ioan. de Ana. in. c. in ciuitate. col. 4. il-
296 lo tit. Et licet utrunque ius, tam ciuile, quàm cano-
nicum deriuetur à lege naturæ, & intendat diri-
gere homines ad bonum commune: differt tamen
unum ab altero in modo inducendi. Nam ius ciui-
le dirigit ad bonum cõmune ſecundum quod con-
gruit humanæ ſocietati ciuiliter uiuenti. Sed ius ca
nonicum intendit dirigere homines ad bonũ com-
mune ſecundum quod congruit humanæ ſocieta-
ti, quæ non ſolùm uiuit ciuiliter, ſed etiam regula-
riter ſecundum fidem in deum tendendo, & uitam
aliam expectando: ut pulchrè uoluit Ioan. Andr. in
reg. peccatum. in. 5. art. de reg. iur. in Mercur. Ioan.
de Ana. in. c. quia in omnibus. col. 22. uerſicu. adde
etiam prædictis. infrà, de uſur. Faciunt quæ tradit
Barba. in. c. nam concupiſcentiam. col. 3. uerſic. nota
297 qualis debeat eſſe lex. infrà eo. ubi dicit, quòd lex ci
uilis debet eſſe bona ab effectu, quia debet edi pro-
pter



pter bonum publicum. Et lex canonica pariter de-
bet eſſe bona ab effectu, quia debet cernere bonum
animæ, & dirigere animam ad ipſum deum. Vide
tamen ad hoc Præpoſitum. Ludoui. Gomeſsius in
c. 2. in princ. nume. 38. & ſeq. eo. tit. in. 6. & ibi nume
ro. 21. dicit, quòd duplex eſt finis iuris canonici, 298
unus fori contentioſi, alter fori conſcientiæ. Et ad
hoc allegat multa quæ quilibet uidere poteſt: quod
etiam per tria fundamenta confirmat ibidem nu-
mero. 32.

Ampliatur primò ut procedat in uiro ſancto &
religioſo: quia nullus eſt uir tam ſanctus & perfe-
ctus, qui non teneatur etiam in foro conſcientiæ ad
obediendum legi. cle. ad noſtram. uerſi. tertio. quòd
illi qui ſunt. ubi gloſ. Paul. de Eleazaris. Cardi. &
Egidius Bellemere, uerſicu. tertio collige ex uerſicu.
qui incipit. de hæreti.

Ampliatur etiam ſupradicta concluſio, ut nõ ſo
lùm procedat in legibus Papæ uel Imperatoris, ſed
etiam in legibus inferiorum habẽtium poteſtatem
legis condendæ. c. 2. infrà, de maior. & obed.

Fallit nunc primò, ut non procedat quando de
intellectu illius legis eſſent uariæ opiniones: quia 299
tunc excuſatur ille qui contrauenit illi legi: ut notãt
Ioã. Andr. & Panor. in. c. capellanus. per illum text.
infrà, de ferijs. Ioan. de Ana. in. c. Petrus. col. 2. uerſi.
tu adde quod Imo. infrà, de homici. Ludo. Gomeſſ.
plura ad hoc allegans in. c. 1. in gloſ. fina. nume. 231.
& ſeq. de conſtit. in. 6. Nam quando aliquid multi- 300
pliciter intelligitur eius ueritas ignoratur. Bal. in. l.
ſcire leges. ff. de legib. pro quo allego gloſ. 1. in. l. ue-
teribus

Universidad de Deusto Biblioteca



teribus.ff.de pact.Imò tales leges non ſunt allegandæ, niſi earum intellectus per alias leges uel rationes legum iuuarẽtur.Roma.& Imo.in.l.cum prolatis.ff.de re iudic.Ludo.Teſſere doctor Luſitanus in rub.ff.de reb.dub.col.12. Soci.in.l.in ambiguo. in.2.nota.ff.illo tit. Sic etiam ſtatutum ambiguum non meretur allegari.Bal.in.c.fi.infrà eo.& illud dicitur obſcurũ,quod multipliciter intelligitur.Pau. de Caſt.in conſi.246. in caſu de quo quæritur. col. prima.in.1.parte.

Secundò fallit,quãdo ceſſat cauſa finalis propter quam lex fuit facta,ut not.Panor.in.c.quoniã contra falſam.col.4.in princip.in ultimo notab. ubi Feli.col.5.infrà,de proba. plura ad hoc allegat Ange. de Clauaſio in ſua ſumma.in uerb.lex.§.4.in.7.caſu.Et ita procedit dictum Hoſtien.in titu.de cenſib. §.ex quibus.uerſic. quid ſi mercatores, & aliorum quos allegat Feli.hic,col.9.uerſicu.alius eſt,quando
301 ceſſat cauſa &c. Ad hoc, quòd ſi ceſſat cauſa propter quam fuit introducta gabella, licitum eſt eam fraudare licet ab initio fuerit iuſtè impoſita. Vltra quos addo Sylueſtrum de Prierio in.2. parte ſuæ ſummæ,in uerbo,lex.in.9.quæſt.uerſi.tertio quando lex.Et ibi uerſic.octauo, quando ratio legis ceſſat.expreſſè tenet hanc ſecundam limitationem Archiep. Floren.in.2. parte ſuæ ſummæ tit.1.c.13.§.8. idem Sylueſter de Prierio in.1. parte ſuæ ſummæ, in uerbo,gabella.titu.3.in.3.quæſt.in fi. Et ad hanc limitationem faciunt quæ notabiliter tradunt Archid.Gemin.& Præpoſitus.c.utinam.76.diſtin.ubi
302 dicitur,quòd præcepta per modum ſtatuti,uel con

ſtitutionis



ſtitutionis,non eodem modo obligant omnes, ſed ſecũdum quod requiritur ad finem quem legiſlator intendit:cuius authoritatem ſi aliquis tranſgrediendo ſtatuta contemnat, & hoc modo tranſgrediatur, quòd impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter talis tranſgreſſor.Si autem ex aliqua rationabili cauſa quis ſtatutum non ſeruet præcipuè etiam ſi legiſlator adeſſet,nõ decerneret eſſe ſeruandum, talis trangreſſor nõ committit peccatum
mortale.Et ideo inferunt præfati Docto.quòd non 303
omnis qui omnino ieiunia eccleſiæ non ſeruat,peccat mortaliter. Quæ uerba Panor.& Feli.in dicto c.quoniam contra.intellexerunt hoc modo,ut ſcilicet tranſgreſsio ieiunij non inducat peccatum mortale,quando non fieret ex contemptu, & ſatisfieret rationi legis.Idem tenet Franciſ.de Curte iunior in conſil.12.factum tale dominus Stephanus.col.pen. ad fi. Sylueſter de Prierio in.2. parte ſuæ ſummæ: in uerbo,ieiunium.in.8.quæſt.in princ. Alber.Brunus in tracta. de forma & ſolenni.articu. de poten. & effectibus for.& ſolenni.col.52.uerſi.duodecimo limitatur.Et hæc limitatio eſt uera,licet Innoc.in.c. quia plerique.in fi.infrà,de immunita.eccle. referat quoſdam tenere contrarium,& illam contrariam opin.ultimo loco referat. Nec me latet multos Doctores tenuiſſe, quod remaneat uinculum & authoritas legis, etiam ceſſante cauſa propter quam facta eſt, ut refert Antonius de Butri. qui tandem de hoc ponit amplam diſtinctionẽ in.c.poſt translationem.col.4.uerſic. uenio ad uerſicu.ſi uero.infrà, de renuntia. Stepha. Bertrand.in conſil.150. prout

dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit col.pe.in fi.in.2. parte conſiliorum primæ im
preſsionis. Caueat tamen uerè Chriſtianus, ne ni-
mium ſibi blandiatur in credendo cauſam finalem
ieiunij, uel alterius legis poſitiuæ, ceſſare, ubi non
ceſſat. quia ſeipſum decipit. Imò quod plus eſt, An-
ge. de Clauaſio in dicta ſuuma, in uerbo, lex. §.4. in
304 7. caſu. expreſsè tenet quòd interpretatio, an ceſſet
cauſa uel non, pertinet ad ſuperiorem, nõ autem ad
ſubditum. De quo tamen ultimò ego dubito quia
305 in foro conſcientiæ quilibet eſt iudex & pars. gloſ.
in uerbo, credendum, in.c. ſignificaſti. ſecũdo. infrà,
de homi. ubi Panor. & Ioã. de Ana. ampliant iſtud
procedere etiam in foro quaſi conſcientiæ. Matthe.
ſil. not. 57. nota mirabilem doctrinam. Faciunt quę
dicam infrà, ſuper gloſ. in uerbo, ſuo ſenſu. Saluari
tamen poteſt opin. Ange. de Clauaſio ut procedat,
quando eſt dubiũ, an cauſa ceſſet uel non. Quia re-
currendum eſt ad ſuperiorem & contraria opinio
procedat ubi manifeſtũ eſt ceſſare cauſam. Pro hac
cõcordia allego quod in ſimili tradit Archiep. Flo
ren. in ſecunda parte ſuæ ſummæ, tit. 6. c. 2. §. 6. uer-
ſicu. ſexto infirmi.

Tertio limitatur ut non procedat in lege poſiti-
ua concernente apices iuris. Quia illa in foro con-
ſcientiæ non obligat, ut dixi in ſecunda particula.
3. partis huius gloſ. in uerbo, ab omnibus. Albert.
Brunus in dicto tracta. de for. & ſolenni. art. de po-
ten. & effectibus for. & ſolenni. col. 52. uerſi. duode-
cimo limitatur. & col. 11. uerſicu. ſeptimus effectus.
In quibus locis latè tractatur, an ille qui non obſer
uat formam & ſolennitatem ſit tutus in foro con-
ſcientiæ



ſcientiæ. de quo plura allegat Feli. hic col. nona. uer
ſicu. fallit ſexto. Addo etiam quòd hanc limitatio-
nem ponit Ludoui. Gomeſſ. in. 14. quæſtio. ſuper re
gulis Cancellariæ de non iudicando iuxta formam
ſuppl. nume. 3. Iaſ. in rubri. ff. de acquiren. hæredita.
col. tertia. de hac etiam limitatione tradit Nicolaus
Boheri in prima parte deciſionum ſuarum, deci-
ſione prima. quæritur utrum ualeat electio. col. pe-
nultima.

Quartò limitatur, & declaratur ſupradicta con-
cluſio, ut procedat quando lex non diſtinguit nec
ſubeſt iuſta cauſa diſtinguendi inter utrunque fo-
rum: ut dixi in prima concluſione.

Quintò fallit, quando lex nunquam fuiſſet rece-
pta. Ange. de Clauaſio in ſua ſumma, in uerbo, lex.
§.4. in fine. allegat Panormi. in cap. literas. de iura-
men. calum. Sylueſter de Prierio in ſecunda parte
ſuæ ſummæ, in uerbo, lex. in nona quæſtio. in fine.
Faciunt quæ de lege non recepta moribus uten-
tium dixi ſuprà, ſuper gloſ. in uerbo, ſtatuta. Et hãc
limitationem ponit Stephanus Auffreri in repeti-
tione clementi. 1. in decimo notab. de offic. ordi. ubi
etiam allegat Panor. in. c. cùm olim. infrà, de cleric.
coniug. tenendo, quòd clerici Græci eccleſiæ orien- 306
talis non peccant licet accipiant uxores.

TERTIA ſit concluſio: Lex uel conſtitutio
iniuſta non ligat in foro conſcientiæ. Hanc conclu-
ſionẽ tenet beatus Thomas in prima ſecũdæ quæ-
ſtionis. 96. articu. 4. & poſt eum Calde. & Imol. in
proœmio huius libri pręalleg. Panor. hic, Archiep.
Florent. in. 1. parte ſuæ ſummæ, titu. 18. c. unico. §. 2.
Panor.

Universidad de Deusto Biblioteca

Panor.Feli.& Decius hic. Facit quod tradit Andr.
de Iſer.in.c.1.§.itē ſi clericus.col.4.uerſic.ſed eſt ad-
uertendum.de cap.Corradi.in uſib. feud.ubi dicit,
quòd Papa,uel princeps,non poſſunt condere legē
ſine iuſta cauſa, ut liget in foro conſcientiæ. Facit
etiam quod tradit Bartol.in.l.uis eius.C. de proba.
ubi concludit,quòd ille qui à capitaneo,uel poteſta
te iniuſtè detinetur, nō peccat ſi aufugiat. Et idem,
ſi fuiſſet relaxatus,& promiſiſſet redire.Quia ſi de-
tinetur iniuſtè,non tenetur redire.Panor.in.c. inter
alia.in fi.infrà,de immunita.eccle.gloſ.in uerbo,per
uiolentiam.in cle.paſtoralis.de re iudi. Archid. Ge-
minia.& Præpo.in.c.ius gentiū.ſuper gloſ.in uer-
bo,ſeruitutes.1.diſtinct.uide etiam Salice.in.l. ſolu-
tum.§.ſolutam.poſt princ.ff.de pigno.act. facientē
mētionem de auicula Balaantis quam Balaam re-
laxauit ad eius preces pollicentis ſe reuerſuram, &
tandem non fuit reuerſa. Sed inquit Salice.de re ir
recuperabiliter perdita non te affligas:& rem incre
dibilem nunquam credas.

Et ex hac concluſione inferunt Panormi.& De-
309 cius hic in prima lectura,quòd ſi gabella fuit illici-
ta,& iniuſtè poſita,licitum ſit illam fraudare in fo-
ro conſcientiæ. Addo Bald.in.l.ueluti.ff.de iuſti.&
iur.Barba.in cōſil.56.ſapiēter ſcripſit Pſalmiſta col.
2.in princ.in prima parte.ubi dicit,quòd tunc frau
dans gabellam dicitur dolum exigere uolentis do-
lo repellere,quod permittitur.De quo ultimo plu-
ra allegaui in lib.Pactorum,pag.169.nume.378.&
ſequen.& dicam infrà.Et hāc opinionem quòd nō
ſoluentes gabellam iniuſtam non peccant,tenet Ar





chiep.Floren.in.2.parte ſuæ ſummæ. tit.j.ca.13.§.8.

Secundo ex hac cōcluſione inferūt Doct.quòd 310
iura quæ permittunt contrahentibus ſe inuicem
decipere: ut.l.in cauſæ.l.ij.§.pen in fi.ff. de minor.
&.l.item ſi pretio. §.fi.ff.loca. non habeant locum
in foro conſcientiæ: ut tenet Panor. poſt Anto.de
But.per eū allegat.in.c.quia pleriq;,in nona quæſt.
infrà de immunita.eccleſiarū. cum alijs allegat. per
Decium hic in.j.lectura.col.8.uerſic.ſimiliter ex iſta
concluſione. Addo Aret.in conſil.93.uiſo legato.co
lum.2.Thomā Ferratium in cautelis ultra Cepol-
lam, uatela.4.per totam. Stephanum Bertrand.in
conſil.34.etiam egregius uir.col.fi.in.3. parte conſi-
liorum primæ impreſſ.Barba.in conſilio.56. col.2.
in.j.parte.Decium in conſili.111. Et pro tenui. col.j.
uerſic ſecundo non obſtat.in.j.parte. Calca.in con-
ſil.28.illud afferam in medium.col.j.&.2.Franc.de
Cur.iunior in.l.precibus.in fin.C.de impub.

Et circa iſtam illationem Decius hic in.j.lectura 311
dicit aduertendum eſſe:Quia iura quæ permittunt
contrahentibus ſe decipere, intelliguntur quando
reipſa decipiuntur:ſecus ſi ex propoſito quis dece-
ptus fuerit. Quia non licet de iure canonico, etiam
in foro contentioſo,ſe decipere. Panor.in.c. in ciui-
tate.infrà de uſur.& multo minus in foro conſcien
tiæ.Sed in deceptione quæ re ipſa facta ſit, ex quo
permittitur à iure canonico, uidetur quis tutus in
foro conſcientie. Et iſta ſunt quæ Decius hic conſi-
derauit circa iſtum articulum.quæ dicta Decij Lu-
doui.Gomeſsi.in.c.2.in.j.not. reprehendit ſatis de-
bilibus fundamētis.Ideo ultra eum aduerte primò:

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia iura ciuilia abſolutè loquuntur de contrahen
tibus ſe circumuenientibus. Et iſtud eſt prohibitũ
de iure diuino, ne quis fratrem circũueniat: Paul.j.
ad Theſſal.cap.4.Ideo proculdubio illa iura ciuilia
non habent locum in foro conſcientiæ, ut uolunt
Archid. Gemi. & Præpoſi.in.c.ea enim. §.hoc ius
porrectum.ſuper glo.in uerbo, ut plus.10.queſt.2.

Ceſſante autem circunuentione & dolo, ſi uera
ſit opi.Calde.& Panor.per Decium allega. uidere-
tur magis dubitandum. Tamen opi.Panor. & Cal
de.in eo quod præſupponunt ius canonicum per-
mittere deceptionem re ipſa intra dimidiam iuſti
pretij, ex quo in ea nullus eſt dolus ex propoſito,
non eſt communis: & contra eam eſt glo.in uerbo,
ut plus.in.c.ea enim.§.hoc ius porrectũ.10. quæſt.
312 2.referendo illam ad tex.qui loquitur de alienatio-
ne, quæ fit publicè plus offerenti: & querit, Quid ſi
aliquis offerat plus quàm res ualet, an eccleſia poſ-
ſit illud recipere? Et concludit, quòd non. & dum
glo.poſtea dicit, quòd eccleſia nõ debet alium deci
pere: intelligitur etiam de deceptione re ipſa: aliâs
non bene argueret ad quæſtionẽ de qua loquitur.
Quia in quæſtione per eam formata non erat de-
ceptio ex propoſito, cùm loquatur de illo qui offert
plus iuſto pretio in uenditione publicè facta. Et
ſtante hoc, apparet quòd Calde.& Panor.præalle.
malè intelligunt illam gloſſ.dum illam intelligunt
procedere ſolùm in deceptione ex propoſito, non
autem in deceptione re ipſa. Quia cùm quæſtio for-
mata intelligatur in deceptione re ipſa, neceſſarium
eſt, ut reſponſio intelligatur ſecundum terminos
quæſt



quæſtionis. Itẽ illa gl.uidetur ſpecialiter loqui con-
ſiderando qualitatem eccleſiæ, quę magis debet eſ-
ſe cultrix iuſtitiæ, quàm alij.c.j.§.j.de alienat.feud.
in uſib.feud. Et ſi uellemus intelligere illam gloſ.in
deceptione ex propoſito, fruſtra gloſ.conſideraſſet
eãdem ſpecialiter in eccleſia. Quia dolus ex propoſi
to etiam in quocunq; prohibetur. Ideo etiam illam
glo.ſequitur Decius in conſil.131.reuocatur in du-
biũ.col.3.uerſi.nõ obſtat quod dicit Alex.in.j. par-
te. Hinc etiã Ant.de But.in dict.ca.in ciuitate ex illa 313
glo.infert, quòd ſicut eccleſia & perſonæ eccleſiaſti
cæ non debẽt plus iuſto pretio uendere, nec minus
iuſto pretio emere in foro contentioſo: ita nec hoc
permittitur laicis in foro conſcientiæ. & in iſtis ter-
minis loquitur Calca.in conſil.28.præalleg.

Item dato quod ſolùm interueniat deceptio re 314
ipſa, ex quo tamen per eam quis locupletatur cum
aliena iactura, uidetur eſſe in foro conſcientiæ pro-
hibita: iuxta illud quod refert beatus Thomas.2.ſe
cundæ: quæ.77.artic.j.ubi inter cętera refert, quòd
cùm quidam habens librum uenalẽ peteret ab Au
guſtino octo, beatus Auguſtinus dedit decẽ, quia
tantundem ualebat. Et infert ibi beatus Thomas,
quòd beatus Auguſtinus non fuiſſet tutus in foro
conſcientiæ, niſi dediſſet decem. Et bene facit, quia
in foro contentioſo non admittitur læſio ultra di-
midiam propter duas rationes. Prima, quia ex tali
læſione ius præſumit deceptionẽ re ipſa, & ita ſuc-
curritur leſo per dolum re ipſa ſicut per dolum ex
propoſito. Decius plura ad hoc allegans in conſili.
160. Viſa renuntiatione. col.5.in.j.parte Et licet lex


non

Universidad de Deusto Biblioteca

non ita præſumat in læſione quæ eſt intra dimi-
diam iuſti pretij: tamen ſi uerè in ea interuenit
deceptio, re ipſa idem uidetur iudicandum quo ad
forum conſcientiæ, in quo ueritas attenditur, non
autem præſumptio.

Secunda ratio eſt, nequis locupletetur cum alie
na iactura. Et quo ad forum conſcientiæ iſta ratio
militat Etiam in eo qui ſolùm re ipſa intra dimidiã
iuſti pretij deceptus eſt, ut ſupra dixi. Et ſic patet de
fenſata communis opi. cõtra quam Guali. in repet.
l. cẽturio. col. 74. ff. de uulg. allegat. glo. in. c. ſi cupis.
315 in uerbo non multum. 16. quæſt. j. Sed reſponderi
poteſt, quod illa glo. ſolùm dicit, quòd in cõtracti-
bus decipi non eſt peccatum: Et ſic loquitur in eo
qui decipitur, in quo non eſt dubium, quod non
peccat. Et ita etiam loquitur text. in. ca. innocens in
prin. ibi, & ſi circunſcribitur ab aliquo. 22. quæſt.
4. quem glo. præalleg. corruptè allegat. Nos autem
loquimur in eo, qui decipit: & ſic illa glo. non bene
allegatur ad propoſitũ. & ultra ſupradicta de hac
quęſt. an in foro conſcientiæ licitum ſit contrahen-
tibus ſe inuicem decipere intra dimidiã iuſti pretij,
uide Anto. de Burgo in. c. cum dilecti. col. 4. uer-
ſicu. ſecundo colligo ex iſto notabili. & duabus ſe-
quen. infrà de empt. & uendi.

Ampliatur ſupradicta cõcluſio, quę habet, quòd
316 lex uel cõſtitutio iniuſta nõ ligat in foro cõſcientię:
ut procedat etiam ſi quis iuraſſet obſeruare conſti-
tutiones iniuſtas. Ad hoc eſt tex. in. c. j. de iureiuran.
in. 6. Alb. de roſa. in. j. parte ſtatu. quæſt. 25. Sed po-
ne quod ſtatutum, Imol. in conſil. 123. in cauſa quæ
uertitur



uertitur. col. 2. in fi. glo. not. in. l. j. ff. de his qui ſunt
ſui uel alie. iur. ubi Nicolaus de Neap. refert, quòd
quidam reputant eam ſingularem: ſed habet conſo
ciam in. l. eos. in uerbo, conſuetudine. C. de uſur. &
qui iurauit non reuelare ſecreta conſilij, nõ ligatur 317
ſi reuelat. cõſilia illicita. glo. in uerbo nulli. in. c. ego
enim. de iureiuran. quã Panor. ibi dicit ſing. Rom.
ſing. 523. iurat quis. Paris de Puteo in tract. de ſyn-
dica. in tit. de exceſsibus cõſiliariorum in prin. Sed
reuera illa glo. non eſt ſingul. quia habet conſociam
in. ca. nerui teſticulorum, in uerbo, contagione. 13.
diſtinc.

Secundo Ampliatur, ut intantũ procedat, quod 318
condentes tales leges iniquas, & eorum hæredes
tenentur in foro conſcientiæ ad reſtitutionẽ omniũ
eorum dãnorum, quæ ſubditi occaſione dictarum
legum paſsi ſunt. Et eodem modo illi qui induxe-
runt conditorem logis ad talem legem iniquã con
dendam, etiam tenentur quilibet inſolidum. Et ſer-
uantes tales leges tenentur etiam ad reſtitutionem
eorum quæ occaſione talium legum lucrati ſunt.
Archiep. Florent. in dict. j. parte ſuæ ſummæ, tit. 18.
c. unico. §. 2. Ad quod faciunt, quæ tradunt Panor.
Feli. & Doct. in. c. ſicut dignum. infrà de homicid.
dum inuehunt contra conſiliarios principis conſu-
lentis fieri extortiones in populo ſubdito.

Limitatur hæc concluſio ut nõ procedat quan- 319
do obſeruantia talis legis, uel conſtitutionis, non
poſſet ſubſtrahi ſine ſcandalo, ut dicam. infrà in. 8.
concluſione huius quæſt.

QVARTA Concluſio; lex quæ non tendit
ad

Universidad de Deusto Biblioteca



ad utilitatem communem, ſed ad priuatam ipſius
principis utilitatem, eſt iniuſta. Et dicitur iniuſta ex
fine in quem debet tendere lex. ita Panor. hic, Cale.
& Imol. in prooem. huius libr. præallega. Ange. de
Clauaſio in ſua ſumma in uerbo lex. in nona quæ,
uerſic. tertio quando lex. & exemplum ponit Ar-
chiep. Florent. in. j. parte ſuæ ſummæ. tit. 18. ca. uni-
co. §. 2. Quando aliquis præſidens imponit leges
oneroſas ſubditis, non propter utilitatem commu-
nem, ſed propter priuatam ſuam: ut propter cupi-
ditatem, uel gloriam. Puta, faciens ſtatutum, quòd
quicunq; committit talem defectum, ſoluat tãtum:
quod non propter aliud facit, niſi ut inde lucretur:
uel cùm imponit tallias, uel gabellas ultra debitũ,
ut theſaurizet, uel pompiſet. Hęc ſunt uerba Archi
epi. Florent. in loco præalleg. Pro quo ultimo facit
quod tradit Bal. in. l. 2. C. de iure aureorũ an. quòd
etiam in foro conſcientiæ licitum eſt fraudare ga-
bellas quando cõtinent in ſe magnam extortionẽ:
320 ut Feli. hic col. 9. uerſic. alius caſus eſt quãdo gabel-
la &c. appellat huiuſmodi gabellas nimis barbari-
cas: & dum Archiep. Florent. loquitur de ſtatuen-
tibus imponentibus pœnam ſi quis commiſerit ta
lem defectum, idq; propter utilitatem ſtatuẽtium
quo ex pœna ditentur. Addo pulchra uerba Eraſ-
mi de Dionyſio Syracuſano mentionem facientis
quæ retuli in rubr. nume. 94. Et ad hoc quod lex
debet eſſe communis, & pro communi utilitate fa-
cta, plura allegaui in gloſ. Quod autem lex quæ
non communem, ſed propriam conditoris utilita-
tem reſpicit iniuſta eſſe dicatur, hoc probant uer-
ba



ba Franciſci Patritij libro primo de Regno & Re- 321
gis inſtituto, titulo tertio. Nam ſi Rex, inquit,
oblitus utilitatis eorum quibus præeſt, proprium
duntaxat quærit commodum, ſibi ſuiſ'que ſtu-
det, iuſtitiam negligit, uoluntati inſeruit, tunc à
dignitate ſua diſcedit, fit'que manifeſtè tyrannus,
qui rectum tranſgreditur, & ab omni uirtute ſe-
cernitur. Ariſtoteles quoque, quinto Polytico-
rum, capite 10. dicit, Tyrannum, nullam pro-
priam reſpicere utilitatem, niſi gratia proprij com-
modi.

QVINTA concluſio ex dictis Panormi- 322
tani hic colligitur, Quòd conſtitutio, uel lex,
quam princeps facit extra limites ſuæ poteſtatis,
dicitur iniuſta. Et appellatur iniuſta reſpectu cau-
ſæ efficientis. Exemplum ponit Archiepiſcopus
Florentinus in dicta prima parte ſuæ ſummæ, ti-
tulo 18. capite unico. §. 2. Si laicus cuiuſcunque
dignitatis, etiam Imperator, facit legem quæ ex-
tendatur etiam ad clericos, ut quòd habeant re-
ſpondere in foro ſuo, quòd ſoluant tallias, & alia
huiuſmodi. de quo tamen ultimo, An lex princi-
pis ſecularis, uel Imperatoris, poſsit ligare cleri- 323
cos, me remitto ad ea quæ traduntur plenè per
Doctores, in capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ. in-
frà eodem. An autem Imperator Romæ exiſtens 324
poſsit facere legem inter ſubditos: uide plenè Ca-
ſtaldum in tractatu de Imperatore. quæſtione. 105.
Et uide pulchrum textum in clementina paſtora-
lis. §. eſt igitur. de re iudicata. & de materia quomo
do ſtatuta ligent non ſubditos uel etiam ſubditos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra territorium, uide Bartolum in repetitione. l.
omnes populi. & ibi Doct. ff. de iuſt. & iur. in. l. j.
C. de ſum. tri. & fide. catho. & in aliis locis uulg. de
illo autem uulgato dicto, quòd extra territorium
325 ius dicenti impune non paretur, uide doct. in. l. fi. ff.
de iuriſdict. om. iud.

SEXTA ſit concluſio: Quando lex non diſtri-
326 buit æquè onera ſubditis ſicut debet facere bonus
paterfamiliâs, talis lex dicitur iniuſta ex forma. Ita
Cald. & Imol. in prooem. huius libri præalleg. An-
gel. de Clauaſio in dict. uerbo, lex. §. 4. in quarto ca
ſu. Syluester de Prierio in. 2. parte ſuæ ſummæ in
uerbo lex. in. 9. quæſtion. uerſicul. quarto quando
lex. Archiepiſcop. Florent. in dict. j. parte ſuæ ſum-
mæ, titul. 18. cap. unico. §. 2. Faciunt quæ de diſpen
ſatione ad inſtar patris familiâs fienda dixi ſuprà
in glo. j. Socrates quoq; Nicoclem Cypriorum re-
gem admonuit ciuitatem ut ſuam æque ac pater-
nam domum gubernaret. Vide etiam Ariſtot. in
primo Polit. cap. primo reprobantem opinionem
illorum, qui putant, gubernatoris ciuitatis, & re-
gis, patriſq; familias & domini tandem eſſe ratio-
nem. Vt de cenſu partiendo in populari guber-
natione, uide eundem Ariſtot. in. 6. Politicorum.
ca. 3. Petrus quoq; dum ſe morti propinquum ſen-
tit, Clementem primum admonuit, eum qui præ-
eſt cæteris oportere medici uicem agere, & non fe-
ræ beſtiæ furore commoueri: ut ipſe Clemens in
epiſtola prima ad Iacobum fratrem domini Hiero
ſolymorũ epiſcopũ teſtatur. Et pro maiori intelligẽ
tia huius concluſionis ſciendũ eſt, quòd cùm unus
homo



homo ſit pars multitudinis, & quilibet homo &
quod eſt & quod habet eſt multitudinis, ſicut &
quælibet pars eſt quod eſt totius. unde & natura
aliquod detrimentum infert aliquando parti ut ſal
uet totum. Et ſecundum hoc leges proportionabi- 327
liter onera imponentes ſunt iuſtæ, & obligãt in fo-
ro conſcientiæ. Et qui ea recuſaret ſoluere, peccaret:
ut uolunt Calder. Imol. & Archiep. Floren. præal-
leg. Et infert Archiepi. Florent. quòd ex rationabi-
li cauſa rectores ciuitatis imponũt aliquas collectas
ſecundum proportionẽ debitam, puta ad ſe defen-
dendum in iuſto bello: Iniuſtæ autem dicuntur le- 328
ges, quando non æqualiter onera imponuntur ſe-
cundum ratam unicuiq; iuxta eius ſubſtantiã con-
tingentem. Sed ſi alii nimis grauantur enormiter,
alii nimis alleuiantur, ſecũdum Archiep. Floren. in
loco præallega. dicentem quòd tales leges ſunt ma-
gis uiolentiæ, quàm leges: ideo non obligant in fo-
ro cõſcientiæ. Et in iſtis poteſt habere locum quod
dicitur Eſaiæ. 10. c. de his qui cõdunt leges iniquas,
& ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt ut opprimerent
in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humiliũ
populi mei.

SEPTIMA ſit concluſio: Licet, ut ſupradictũ
eſt, lex poſitiua iniuſta non obliget in foro cõſcien- 329
tiæ: Tamen fallit quando per non obſeruantiam ta
lis Legis immineret turbatio, uel ſcandalum. Ita Pa
nor. hîc, Calde. & Imo. in prooem. huius libri præ-
alleg. Et ita ſupra limitaui tertiam concluſionẽ col-
lectam ex doctrina Panor. pro qua concluſione al-
lego imprimis id quod notabiliter tenuit Cardi. in
n 5 conſil.

Universidad de Deusto Biblioteca

conſil.57.pro magnifico in fi.ubi concludit, quòd
330 licet ſtatutum uel conſuetudo iniuſta debeat tolli:ſi
tamen non poteſt tolli ſine ſcandalo tunc nõ debet
tolli, ſed eſt potius toleranda. Item pro hac con-
cluſione allegari multa poſſunt ſpecialia, quæ pro-
pter ſcandalum euitandum à iure introducta ſunt,
de quibus per Roma.in repeti.l.ſi uero.§. de uiro.
col.9.uerſic. ſeptimo fallit.ff ſol.matri. Feli.in.c.2.in
princ.infrà,de præſcript.dixi aliâs in.c.qui ſcanda-
lizauerit.infrà, de reg.iur. plura etiam de ſcandalo
uitando tradit Syluester de Prierio in.2. parte ſuæ
ſummæ,in uerbo,ſcandalum. Archiepi. Florent.in
ſecunda parte ſuæ ſummæ,titu.7.c.4.§.5.per totũ.
Et concluſio ſupra facta de plano procedit,quando
lex non eſſet peccati nutritiua ex parte obſeruãtis,
licet aliâs ſit iniuſta,& contra ius obſeruantis.Quia
331 ratione ſcandali euitandi debet quis cõcedere de iu
re ſuo:ut dicunt Panor. Calder. & Imol.præalleg.
Sed ubi lex eſſet peccati nutritiua ex parte obſer-
uantis,non haberet locum hæc cõcluſio. Quia non
eſt committendum delictum,etiam ob ſcandalum
euitandum: ut formaliter dicit text.in.c.2.infrà,de
oper.no.nuntia.

332 OCTAVA ſit concluſio: Quòd lex poſitiua
fundata ſuper præſumptione non obligat in foro
conſcientiæ illum,qui de ueritate in contrariũ cer-
tus eſt.Ita Panor.hic Guilher.de monte Ferrato, in
2.parte tracta.ſuper pragmaticã ſanctionem.Ang.
de Clauaſio in ſua ſumma,in uerbo,lex.in.9.q.infe
rentes ex hoc,quòd licet hæres nõ confecerit inuen
tarium. non tamen in foro conſcientiæ tenebitur
ultra



ultra uires hæreditarias. Quia lex poſitiua quæ
obligat hæredem nõ conficientem inuentarium ad
ſoluẽdum creditoribus,eſt fundata ſuper præſum-
ptione quòd hæres ſubſtraxerit, & ſic plus eſſet in
hæreditate:ideo ſi hæres in ueritate nihil ſubſtraxe
rit nõ tenetur in foro conſcientiæ.Ita etiam per hãc
concluſionem firmauit Ioan. de Ana.in.c.in literis.
col.5.circa fi.infrà,de raptor.Iaſon in rub.ff.de acq.
hæred.col.3.in fi. hanc etiam octauam cõcluſionem
latè firmat Alcia.in.c.nouit.nũ.42.& ſequẽ. uſ-
que ad fin.infrà,de iud. Et pro hoc faciunt quæ ſu-
prà dixi in.3.limita.ad.2.concluſionẽ collectam ex
doctrina Panor.in.2.particula.3.partis gloſ.in uer-
bo,ab omnibus. Vtrobiq; enim tractaui, an actus
factus nõ ſeruata ſolennitate iuris poſitiui ualeat in
foro conſcientiæ. Ad hanc etiam concluſionem be-
ne facit quod tradit Ludo.Gomeſſ.in.14.quæſt.ſu-
per regulam de non iudicando iuxta formã ſigna-
turæ. Vbi per hanc concluſionem tenet, quòd ille 333
qui habet ſolam ſignaturam Papæ pro ſe,eſt tutus
in foro cõſcientiæ. De quo dixi in.c.in noſtra.infrà,
de reſcript.Sic etiã ultima uoluntas licet minus ſo-
lennis in foro conſcientiæ non eſt ſpernenda, ut tra
dunt Docto.in.l.nemo poteſt.ff. de lega.1.in.l. cùm
quis.C.de iuris & facti ignor.Corn.in conſil.10.ui-
ſa fuit.in princ.in prima parte.& dicã infrà. Et pro
hac concluſione facit quod not. Panor.in.c.1.col.2.
in princ infrà,de his quæ ui met.cau.fiunt. ubi con
cludit,quòd in defectum probationum poteſt quis 334
in occulto ſibi ſatisfacere.de quo per Alex.in conſi.
135.circa primum.in princ.in.1.parte. Hyppolitum
de

Universidad de Deusto Biblioteca



de Marſil.in pract.criminali.§.conſtante.col.8.nu=
me.37.Item facit quod notabiliter tradit Iaſon plu-
ra ad hoc allegans in.l.j.col.5.uerſic.aliam utilitatẽ.
ultra gloſ.C.de teſta. ubi tenet,quòd hæres inſtitu-
tus in teſtamento quod probare nõ poteſt propter
detectam inhabilitatem teſtium,dato quod in iudi
cio contentioſo obtinere non poſsit, tamen poteſt
quocunque ingenio,etiam in foro conſcientiæ fura
ri res hæreditarias. Idem tenet Alexãdrinus in con
ſil.13.uiſo eleganti conſilio.col.3. Item pro hac con-
cluſione faciunt quæ dixi ſuprà in ſecunda limita-
335 tione ad ſecundam concluſionẽ. Et licet ille,qui ha-
bet ueritatem pro ſe, contra præſumptionem iuris
ſit tutus in foro conſcientiæ,ſi ſequatur ueritatem:
tamen etiam ille qui habet præſumptionem iuris
pro ſe non peccat ſi ſe conformat cum illa præſum
ptione.Et ideo licet inſtitutus in teſtamento non ſo
lenni licitè ſalua conſcientia poſsit retinere hæredi-
tatem, ex quo habet ueritatem & nudum conſen-
ſum teſtatoris:tamen ſi uenientes ab inteſtato illam
poſsident,licite poſſunt illam retinere: & ſi nõ poſ-
ſident,poſſunt illam petere in foro contentioſo, nec
per hoc peccant:ut tenet Pet. de Anchar.poſt alios,
quos allegat in repet.reg.poſſeſſor.col.8.& ſequen.
de reg.iur.in.6.plenè firmat Iaſon in conſil.67. uiſo
ſecundo teſtamento.col.4.in fi.& ſeq.uſque ad fin.
conſilij,in.3.parte. Et hoc procedit etiam ſi aliqua
336 urgens coniectura ſit in cõtrarium. Nam quando
lex aliquid præſumit licet aliqua urgens coniectu-
ra ſit in contrarium,non tamen peccamus ſi confor
mamus nos cum præſumptione legis: ut tradunt
Doct.



Docto.in.l. filium diffinimus.ff. de his qui ſunt ſui
uel alie.iur.in.l. ſi uicimus.C. de nupt.& in.c.3. qui
filij ſint legiti.ponentes exemplum de illo fatuo re-
ge,qui renuntiauit regno, quia mater ſibi dixerat,
quòd non erat filius Regis. Nam ex quo habebat
præſumptionem iuris pro ſe, quòd eſſet filius eius
in cuius matrimonij figura natus erat,non teneba-
tur renuntiare, ſed erat tutus in foro conſcientiæ.
Quod etiam reaſſumit Bal.in conſil.39.punctus ta-
lis eſt.in fi.in.5.parte.Corn.in conſil.293.in hac con
ſultatione uidetur. in ultimis uerbis.in.4. parte. Si
tamen ille, pro quo ius præſumit,eſt certus de ueri 337
tate in cõtrarium: tunc peccat ſi ſe conformat cum
præſumptione iuris.Et ideo ſi uenientes ab inteſta-
to ſunt certi, quòd teſtator ſine fraude fecerit teſta-
mentum,& illud teſtamentum uoluerit ualere,non
poſſent ſine peccato retinere hæreditatem, ut tenet
do.de Ripa in.l.nemo poteſt.col.19.ff. de legat.1.ex
quibus ſit expedita prima declaratio ad hanc octa
uam concluſionem.

Secundò limitatur hæc octaua concluſio,ut non
procedat,quando præſumptio eſſet adeò uehemẽs,
& indubitata,quòd æquipolleret ueritati.Quia tũc
ligatur ille,cõtra quem eſt præſumptio,dato quòd
aliâs ſit certus de ueritate in contrarium. Ita hanc
concluſionem limitat Feli.in.c.ſicut dignum. in ul-
timis uerbis.infrà,de homicid.De qua tamen limi-
tatione ego dubito:quia text.in.c.is qui fidẽ. infrà,
de ſponſalib.quem pro hac concluſione Panor. hic
allegat.Loquitur in pręſumptione iuris & de iure,
dum dicit,quòd contra illam præſumptionem nõ
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt probatio admittenda. Et tamen Panor. ibi dicit, quòd ſi maritus eſt certus, non cõcubuiſſe cum prima uxore animo conſummandi matrimonium, nec affectu maritali, in foro conſcientiæ non tenetur adhærere primæ uxori, nec ſe cõformare cum tali primo matrimonio, quod eſt præſumptũ præſumptione iuris, & de iure. Imò plus dicit, quòd talis potius debet ſententiam excommunicationis humiliter ſuſtinere, quàm adhærere primæ uxori, iuxta. c. ueniens. infrà, de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. Præterea nulla eſt tam uiolenta præſumptio, quæ nõ cedat ueritati, ſi de illa appareat. c. ueritate. 8. diſt. hinc eſt quòd licet in foro contentioſo contra præſumptionem iuris & de iure non admittatur probatio dict. c. is qui fidem. cum alijs uulg. Si ta-
538 men ille, qui talem præſumptionem cõtra ſe habet, parte non opponente probauerit ueritatem eſſe in contrarium, tunc debebit iudicari ſecundum ueritatem, non autem ſecundum præſumptionem iuris, & de iure. Innocen. in. c. fraternitatis. infrà, de frigid. & malefic. cum pleriſq; uulg. quæ latè cumulat Alciatus in tract. de præſump. in. 2. parte. nume. 10. Ergo ſi in foro cõſcientiæ aliquis eſt certus de ueritate contra præſumptionem quantũcunq; uiolentam, potius debet iudicare ſecũdum ueritatẽ, quàm ſecũdum præſumptionem. Quia in iudicio animæ quilibet eſt teſtis & iudex, ut dixi ſuprà in. 2. limitatione. ad ſecundam cõcluſionem. Poſtremo contra Felin. in dicto c. ſicut dignũ. in fi. tenet expreſsè Decius hic in. 2. lectu. col. pe. uerſi. præterea ſi eſſent fundata. licet prædicta non alleget.

NONA



NONA ſit concluſio: Quòd lex poſitiua imponens pœnam in foro conſcientiæ non obligat. 339
gloſ. in. c. fraternitatis. 12. quæſt. 2. pro qua concluſione plura allegaui in lib. Pactorum. pag. 166. uerſicu. quarto ſublimita. addo Ioan. de Ana. in dicto c. in literis. col. 5. infrà, de raptor. Ang. de Clauaſio in ſua ſumma, in uerbo, lex. §. 4. in. 6. caſu. Syluester de Prierio in. 2. parte ſuæ ſummæ. in uerb. lex. in. 9. quæſt. uerſic. ſeptimo quando eſt pœnalis. Et ſicut
non peccat qui non ſoluit pœnam, ita etiã non pec- 340
cat qui pœnam exigit: ut dixi in dicto lib. Pactorum, pag. 166. Addo Ioan. de Ana. in. c. ſignificaſti. 2. col. fi. uerſi. quæritur etiam circa prædicta. infrà, de homicid. Et licet Decius hic in. 1. lectu. col. 9. uerſicu. nõ omitto tamen. teneat contrariũ, dicens, quòd ſi in foro conſcientiæ pœna nõ debetur, ergo uidetur quòd exigi nõ poſsit. Quia iſta ſunt correlaria & hac ſola ratione auſus eſt tenere cõtrarium. Sed hæc ratio nihil ualet, & confunditur per ea quæ dixi in præcedenti concluſione, dum dixi, quòd hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolenni, licitè poteſt retinere bona. Et tamen uenientes ab inteſtato non peccant bona retinendo, aut etiam illa in iudicio petendo. Præterea ſi uerum eſſet, quòd in foro conſcientiæ pœna exigi nõ debet, ſequeretur quòd omnes leges tam ciuiles quàm canonicæ imponentes pœnam, & pro illa dantes actionem, eſſent nutritiuæ peccati: quod non eſt dicendum.

Alia tamen ratione dicendũ eſt, prædictam conſiderationem, quòd pœna in foro conſcientiæ non debetur, & tamen licitè exigitur: non poſſe ſuſtineri arg

Universidad de Deusto
Biblioteca



ri arguendo à ſufficienti partium enumeratione.
Aut enim pœna eſt impoſita à lege ipſo iure: & tũc
illa in foro conſcientiæ debetur, & peccat qui non
ſoluit, ut Panor. & Doct. hic fatentur. Ergo multò
fortius exigi poteſt per eum, cui debetur. Aut uerò
pœna non eſt impoſita ipſo iure per legem, ſed eſt
imponenda per iudicem, & ſequuta condemnatio:
& tunc Doctores concludunt, quòd etiam iſto ca-
ſu debeatur pœna in foro conſcientiæ, per eum
qui delictum commiſit, ut tenet Bald. in. l. id quod
quod pauperibus. in. 9. quæſt. C. de epiſco. & cleric.
cum multis ſimilibus quæ ad hoc allegat Feli. hic,
col. 11. uerſic. limitatur ſecundò. Vltra quem addo,
quòd hanc opinio. tenuit Archiep. Floren. in. 2. par
te ſuæ ſummæ: tit. 1. c. 13. §. 8. Haſteſanus in. 2. parte
ſuæ ſummæ lib. 5. titu. 29. artic. 3. Facit quod tradit
Bar. in. l. relegati. in ultimo not. per illum text. ff. de
341 pœnis quòd ſi aliquis eſt damnatus ad mortem, &
ipſe aufugit, peccat. Idem tenet Panor. in. c. 1. col. 2.
uerſi. & per hoc ſoluitur quæſtio. infrà, de teſtib. co
gen. Et ſi pœna iſto caſu debetur, multò fortius exi
gi poterit. Aut uerò pœna non eſt impoſita ipſo iu
re, ſed imponenda per iudicẽ, & nondum eſt ſequu-
ta condemnatio. & iſto caſu procedit concluſio ſu-
prà facta, quòd pœna non debetur in foro cõſcien
tiæ, ut ſentit Panor. hic dum allegat. §. in hoc. 13. q.
3. quem tamen locum corruptè allegat: quia uoluit
allegare. c. ſiue de coniugij. §. in hoc. 33. quæſt. 2. Et
ita etiam tenent Archiepiſ. Florent. & Haſtezanus
præallegati, quo caſu credo quòd peccaret qui pœ-
nam exigeret ante cõdemnationem. Quia ante ſen-





tentiam pœna non eſt debita, etiam in foro conten- 342
tioſo. l. ſi qua pœna. ff. de uerbo. ſign. & l. aliud eſt
fraus. §. j. ff. illo tit. Bart. in. l. aufertur. §. fiſcus. ff. de
iure fiſci. in. l. fi. ff. de iureiuran. & ſi in foro conten-
tioſo ante condemnationem exigi non poteſt, mul
tò minus exigi poterit in foro conſcientiæ. Et ſecun
dum hanc conſideratioñe ceſſant omnia argumen-
ta per quæ Decius hic in. 1. & 2. lectu. & in. l. quod
à quoquam. ff. de reg. iur. contra communem con-
cluſionem tenuit quòd ſi pœna eſt commenſurata
delicto, illa debetur in foro conſcientiæ.

Nam primò dum ipſe dicit, quòd quando pœ-
na eſt commenſurata delicto, tum lex etiam pœna-
lis, eſt fundata in publica utilitate, quæ eſt ut deli-
cta puniantur. Et cùm ſit iuſta, ergo debet obſerua
ri, per ea quæ dixi in tertia concluſione. Ad hoc re-
ſpondeo, quòd finis legis imponentis pœnam eſt, 343
ut res publica purgetur malis hominibus. l. con-
gruit. ff. de offic. præſid. Et iſte finis non conſidera-
tur in foro conſcientiæ, quando delinquentem pœ-
nitet. Quia tunc per pœnitentiam fit nouus homo.
c. ferrum. ubi gloſ. final. 50. diſtinct. Roma. in conſi.
236. ut præmiſſa conſultatio. uerſic. 2. quia in dubio
& pœnitẽtia nouum hominem parturit, ut inquit
gloſ. in. c. tres fratres. in uerbo, parturit. de pœniten.
diſtinctio. prima. Doctores autem qui tenent pœ-
nam in foro conſcientiæ non eſſe debitam, non ne-
gant, quin delinquens teneatur agere pœnitentiam
& ſe reducere ad meliorem frugem. Vnde ex quo
aliâs ſatisfactum eſt intentioni legiſlatoris, hoc ui-
detur ſufficere in foro conſcientiæ, per ea quæ dixi

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſuprà in ſecunda limitatione ad ſecundam concluſionem. Item hoc intereſſe reipub. eſt fundatum ſuper præſumptione: quia lex præſumit, quòd propter impoſitionem pœnæ homines abſtinebunt à malo. Et iſtud non attenditur in foro conſcientiæ, ut dicit Panormi. hic. Item quantumcunque lex ſit
344 iuſta, tamen ſi non imponit pœnam ipſo iure, non obligat ante ſententiam. Cùm ergo in foro contentioſo lex non obliget ante ſententiã, nõ uideo quomodo ante ſententiam in foro conſcientiæ poterit obligare.

345 Secundò, dum Decius dicit, quòd obligationes ex maleficijs ſunt de iure naturali, ut tenet Bartol. in l. ex hoc iure. col. fi. ff. de iuſti. & iure. per tex. in l. prima. ff. de furt. & in. §. primo. Inſtitu. de obligat. quæ ex delict. naſcun. Et ex hoc infert, quòd pœnæ in foro conſcientiæ debentur: quia forus conſcientiæ imitatur ius naturale, ut per Decium hic, & in dicta. l. quod à quoquam. Ad hoc reſpondeo, ut in ſpecie reſpondet Bald. in authen. ad hæc. col. 4. uerſicu. ſed hic dubitatur nunquid hoc habeat locum. C. de uſur. uel formalius potes dicere, fatendo quòd obligationes ex maleficijs, quatenus competunt ad reſtitutionem rei iniuſtæ ablatæ, uel per emendam damni per dolum uel culpam illati, bene ſunt de iure naturali: ſed quatenus dãtur ad meram pœnam non ſunt de iure naturali, ut in terminis concludit Matheſil. nota. 47. nota quòd actiones. Et licet Claudius de Seyſello in dicta l. ex hoc iure. col. fina. teneat quòd etiam de iure gentium delinquens obligetur ad meram pœnam; tamen non adducit aliquod





quod fundamentum cui non poſsit facilè reſponderi ex dictis Bal. in dicta authen. ad hæc. Et hæc opinio Matheſil. uidetur eſſe de mente Cyni in dicta. l. ex hoc iure. in ultimis uerbis. Et Albertus ibi, col. fina. in princip. Hanc etiam opinio. clarè firmant Bald. ibi in ſeptima quæſtio. & Iaſon circa finem. quæ opin. multò fortius procederet in pœnis à lege ipſo iure impoſitis. Quia in iſtis ante ſententiam nulla naſcitur obligatio, ut uidetur conſideraſſe Claud. de Seyſello in dicta. l. ex hoc iure. col. fin. ubi etiam formaliter tenet, quòd in foro conſcientiæ pœna non debetur ante ſententiam, niſi ſit impoſita ipſo iure.

Tertiò dum Decius contra communem arguit
ex eo, quòd iuſtè carceratus, ſi aufugit, peccat: alle- 346
gat gloſſ. in uerbo, ſeruitutes. in cap. ius gentium. 1. diſtinctione. & in clementi. paſtoralis. in uerbo, per uiolentiam. de re iudica. obmiſsis his quæ de intellectu gloſ. in dicta clementi. paſtoralis. tradit Felin. hic col. 11. uerſicu. limitatur quartò. Ad gloſſam in dicto cap. ius gentium. reſponderi poteſt, quòd lo-
quitur in eo, qui captus fuerat in iuſto bello, & per 347
conſequens erat ſeruus capientis: unde fugiendo cõmittit furtum ſui ipſius: ut in ſimili tradunt Docto. in. l. prima. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acquirẽ. poſſeſsio. in. l. alienum ſeruum. l. apud antiquos. & l. ſi quis ſeruo alieno. C. de furt. Et ideo nõ debet abſolui, niſi prius reſtituat rem furto ſubtractã: quia peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum. Et idem ſi captus pro alio delicto iam eſſet condemnatus & poſtea fugeret. Quia ut ſuprà dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca



eſt per condemnationẽ pœna efficitur debita, etiam in foro conſcientiæ ut ſuprà dictum eſt: & in iſtis terminis loquitur Bartolus in dicta.l.relegati.ff. de pœnis. Et alij præallega. Ad gloſſam autem in dicta clementi.paſtoralis. reſponderi poteſt, quòd loquitur in eo qui iurauit redire, qui tenetur ſeruare iuramentum ut conſiderauit Panormi. in dicto capitulo.1.infrà, quod metus cauſa. in cap. ſicut. tertio. col. penulti. uerſicu. dicit etiam notabiliter. infrà, de iureiuran. & alibi ſæpe Docto. Et poſito ſine præiudicio ueritatis, quòd captus ob delictum ante cõdemnationem fugiens peccaret: non propterea infertur, quòd pœnæ ſint debitæ in foro conſcientiæ: quia ex quo fuit iuſtè captus fugiendo committit aliud delictum, quia reſiſtit iudici qui iuſtè eum detinet. Hinc eſt, quòd ſi delinquens nondum fuiſſet captus, ſed officiarij eum perquirant, ut capiant, nõ peccat delinquens fugiendo, ſi non committit uiolentiam: ut tradit Ang. de Clauaſio in ſua ſumma, in uerbo, fuga. §. fina. ex quibus remanet defenſata communis concluſio ab impugnationibus Decij.

Et ex prædictis colliguntur ſex limitationes ad hanc nonam concluſionem. Primò, ut licet ex parte delinquentis pœna non debeatur: tamen non peccat ille qui exigit pœnam. De quo tamen dicẽdum eſt ut dixi ſuprà. Secunda limitatio eſt, ut concluſio ſuprà facta non procedat, quando lex ipſo iure imponeret pœnã. Tertia, ut non procedat, etiã ſi pœna ipſo iure non eſſet impoſita, ſed tamen per ſententiam fuiſſet facta condemnatio. Quarta, ut non procedat reſpectu reſtitutionis rei ablatæ, uel





tæ, uel ſatisfactionis damni. Quia illa bene debentur in foro conſcientiæ, per ea quæ dixi reſpondendo ad doctrinam Barto. in dicta.l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure. & hoc clarius firmant Felin. hic, col. 11. uerſicu. limitatur quinto. & Decius in prima lectura, col. nona. uerſicu. quartò non habet locum. Calcaneus in conſil. 64. Chriſti ſaluatoris col. ſecunda. uerſicu. omnibus prædictis. Quinta, ut licet pœnæ in foro conſcientiæ nõ debeantur, non propterea pro euitanda condemnatione captus fugere uel aliquam uiolentiam cõmittere debet: declarando tamen ut ſuprà declaraui, reſpondendo ad gloſ. in c. ius gentium. prima diſtinctio. & in clemen. paſtoralis. de re iudic. ad quæ uide Sylueſtrũ de Prierio in prima parte ſuæ ſummæ. in uerbo, fugere. & in uerbo accuſatio. §. is. Geminia. & Præpoſitus in dicto cap. ius gentium. Sexta, ut licet in foro conſcientiæ pœna pecuniaria non debeatur, tamen delinquens debet alio modo in foro pœnitentiali agere pœnitentiam de delicto per ea quæ dixi ſuprà reſpondendo ad primum argumentũ Decij, quod intereſt reipub. delicta puniri. Et idem eſt de mente Panormita. hic, dum allegat Innocent. in cap. ſicut dignum. infrà, de homicid. facit tex. in cap. ex legibus. ibi, & canonicè pœniteat. 12. quæſtio. 2. Duas alias limitationes ad hanc cõcluſionem ponunt Feli. & Decius hic, quibus nihil addendum eſt. Et ſic ſunt octo limitationes, quãuis præfati Feli. & Decius non ponant niſi quinque.

Ex quibus omnibus ſum expeditus de hac quæſtione Panormita, an & quando lex poſitiua liget in foro

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



in foro conſcientiæ. Quia tamen hæc quæſtio per-
tinet ad ſcholam Theologorum. Ideo quæ in hac
materia dixi, ſubĳcio determinationi ſanctæ ma-
tris Eccleſiæ.

Gloſſa in uerbo, in actionibus: timore contrarĳ
exponit textus uno modo: quam expoſitionem ſe-
quitur Petrus de Ancharano hic in quarta oppoſi-
tio. Sed idem Petrus de Ancharano hic in repeti-
tio. in tertia oppoſitio. reprobat expoſitionem glo.
dicens, quòd ſecundum eam nimis reſtringeretur
litera huius textus. Et certè expoſitio non eſt de in-
tentione text. ut ex infradicendis apparebit. Aliam
expoſitionem ponit Antonius de Butr. hic in ſexta
oppoſitio. quod illa uerba, In actionibus, reſpiciunt
perſonam actoris: & illa uerba, In iudicĳs, reſpi-
ciunt perſonam iudicis: ad ſignificandum, aliud
eſſe in arbitro: quam expoſitionem ſequitur hic,
col. quinta. Sed nec iſta expoſitio mihi placet: tum
quia prohibitio inducitur per illam dictionē, Ne-
mo, quæ eſt negatiua, & reſpicit perſonas. Ergo ſi-
ue ſimus in actionibus, ſiue in iudicĳs, reſpicit om-
348 nes perſonas, quæ ſunt in iudicio. Negatiua enim
plus negat, quàm affirmatiua affirmet. gloſſa in ca
pitulo, cùm dilectus. de conſuetud. Tum quia hæc
expoſitio non tollit argumentum de ſuperfluo cui
tando. Nemo enim mihi negabit, quin ſi in textu
ſolùm diceretur, quòd nemo in iudicĳs eccleſiaſti-
cis ſuo ſenſu &c. hoc ſufficeret, abſque illis uerbis,
In actionibus: & quum illa uerba, Nemo in iudi-
cĳs, tunc cōprehendiſſent omnem perſonā quæ in
iudicio interueniret, & tam actionem, quàm exce-





ptionem in iudicio deductam, & non comprehen-
derent arbitrum. Tum etiam, quia ſi hæc expoſitio
eſſet uera, ſequeretur quòd arbiter in iudicando nō
teneretur ſeruare canones: quod tamen eſt falſum.
Quia imò arbiter tenetur ſeruare leges & ſacras cō 349
ſtitutiones, ut eſt gloſ. formalis in. l. diem proferre.
§. ſtari. in gloſ. prima. ff. de arbit. Licet Antonius de
But. illam alleget pro opinio. ſua imò arbiter ſi iu-
dicat contra ius, facit litem ſuam, ſicut iudex: ut no-
tat Bartol. in. l. ſi quis in conſcribendo. in prima le-
ctura, in fin. uerſicu. ultimò nota &c. per illum text.
& ibi Doctores. C. de pact. Ange. in conſil. 272. pri-
mus punctus, circa finem. Et quod arbiter teneatur 350
arbitrari ut bonus uir, non autem ſecundum ſen-
ſum ſuum, tenet hic Imol. circa finem. uerſicu. Item
aduerte, quia quædam ſunt uerba. Et ſicut arbiter
qui iniquè pronuntiat, ſuo ſenſu regitur, ut dicunt
Antonius de But. & Imol. hic: Ita etiam iudex ini-
què iudicans ſuo ſenſu regitur, non autem canonū
authoritate: ut eſt text. hic, quem Anto. de Butr. &
Imol. habuerunt ante oculos. Et ſic quo ad hoc non
uidetur probabilis differentia inter iudicem & ar-
bitrum.

Alia, & tertia fuit expoſitio text. ut illa uerba, In
actionibus: non referantur ad actiones prout ſunt
ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur: Sed
ad actus hominum, qui fiunt extra iudicium. Illa
autem uerba, Vel iudicĳs eccleſiaſticis: referuntur
ad omnes actus, qui fiunt in iudicio tam criminali,
quàm ciuili. Et iſte intellectus eſt magis cōmunis,
quem ſequuntur Antonius de Butri. hic: Petrus de

Universidad de Deusto Biblioteca

Ancharano hic in repetitione, in tertia oppoſitione. Imol. Panormitanus, Barba. in penulti. notab. Decius in utraque lectura, maximè in ſecunda lectura. Nec eſt abſurdum, quòd iſte terminus, Actio, ſumatur pro actibus extraiudicialibus: quia alibi in iure ſic ſumitur, ut patet in. §. ſinimus. in fine. in authen. de non alienand. in authentica, hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis eccleſ. & in. l. tertia. §. ſed ſi debitorem. ff. de donatio. inter uirum & uxorē. gloſſa in uerbo, actio. in. §. primo. & ibi aliquando dixi, Inſtitu. de actioni. Eſt tamen differentia inter Actionem, & Factionem: quia Actio dicit opera-
351 tionem manentem in agente, ſicut in ſubiecto, ut ſunt operæ uirtutum moralium: Factio autem dicit operationem tranſeuntem in materiam exteriorem, ſicut in ſubiecto, ut ſanare, ædificare, & ſimilia. Ita Calderin. in proœmio huius libri. col. decima. uerſicu. his præmiſsis. in paruo uolumine, ubi etiam addit, quòd Actio eſt perfectio formæ agentis: Factio autem eſt perfectio formæ patientis. Tu autem caue, quòd iura præallega. indifferenter capiunt actionem pro factione. Et ita etiam credo in iſto textu illa uerba, In actionibus, ſignificare tam Actionem quàm Factionem, & econtrà. Et ita etiā accipitur apud Theologos, dum dicunt, quòd omnis Chriſti actio noſtra eſt perfectio.

Gloſſa in uerbo, In iudicijs: in principio examinata fuit cum gloſſa præceden. Et Moderni non diſtinguūt hanc gloſſam à gloſ. præcedenti, ſed habent ambas gloſſas pro unica poſita in uerbo, In actionibus.





In eadē gloſ. ibi, Nec eſt neceſſe proponere actionem: concludit gloſ. quòd de iure canonico in iudicijs non eſt neceſſe proponere actionem. per. c. dilecti. infrà de iudic. Et ex hoc infert Barba. hic in pen. not. ſe oſtendere ad oculum, quòd glo. præcedens male dicat, dum exponit illa uerba, in actionibus, pro actione quæ eſt ius perſequendi &c. Sed tamen aduerte, quòd licet dicta expoſitio glo. alijs rationibus ibi dictis non conueniat literis, tamē hæc ratio Barba. non multum facit: tum quia licet de iure canonico non ſit curandum, quæ actio ſit intentata ſecundum opi. Anto. de But. in dict. ca. dilecti. Tamē etiam ſequendo illam opi. requiritur quòd actori competat aliqua actio, licet pars nō teneatur in iudicio proponere unam actionem magis quàm alteram. Et hoc ſufficit ad hoc, ut illa uerba In actionibus, uerificari poſsint. Quia ſatis eſt quòd uerificentur in eſſentia actionis, & his quę fiunt deducendo actionem ad actum. Quia ſemper uerum eſt dicere, quod actio eſt ius perſequendi in iudicio &c. Præterea communis & magis uera eſt opi. contra Antoni. de But. ut patet ex his quæ tradunt ibi Panor. & Decius.

Præterea dato quòd præmiſſa omnia ceſſarent, adhuc tamen non militaret argumentum Barba. Quia etiam ſi de iure canonico nō eſſet neceſſe proponere actionem: tamen actor poteſt illam proponere, ſi uult: ut tenet formaliter glo. hic, quā Barba. pro ſe allegat. Et quando in iudicio proponit actionem, uerum eſt, quòd non debet ſuo ſenſu, ſed canonum auctoritate duci. Et ſic uerba, in actionibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

poſita in text. uerificantur.

Præterea ſi uerum eſſet argumentum Barba. quòd illa uerba, In actionibus, ideo non debeant intelligi de actionibus iudicialibus, quia de iure canonico non eſt neceſſe proponere actionem in iudicio, certè text. in. c. examinata, infrà de iudicijs. loquens de actione ineptè intentata, eodem modo argueretur, quod eſſet abſurdum.

In eadem glo. in fi. concludit gloſ. quòd etiam de iure canonico, ſi quis intẽtet actionem ineptam,
352 ſuccumbit: ſed poſtea poteſt proponere actionem aptam. Et de iure ciuili habemus regulam, quòd ubi ex actis apparet malè actum fuiſſe ex una cauſa, bene autem agi potuiſſet ex alia cauſa, iudex nõ poteſt condemnare ex cauſa apta, ſed debet reum abſoluere ab obſeruatione iudicij & reſeruare actori ius agẽdi ex cauſa apta, ut eſt tex. reputatus ſing. in. l. Beblius Marcellus. ff. de pact. dota. de quo text. facit magnum feſtum Bald. ibi, & in auct. ſed & ſi quis. col. 4. uerſi. quid ergo dicemus. C. de ſecu. nup. ubi figurat caſum dict. l. Marcellus. Idẽ tradit Corſetus in ſingul. ſuis, in uerbo iudex. ſingu. incipien. ubicunq; ex actis apparet. Corn. in cõſil. 13c. in hac conſultatione: in prin. in. 4. parte. Paul. de Caſt. in cõſil. 65. uiſo quodam libello. per totum, in. j. parte. Iaſ. in. l. j. col. 7. ff. de eden. Et licet text. in dict. l. Beblius Marcellus. ſoleat allegari tanquàm ſing. tamen reuera habet alios tex. conſimiles, ſcilicet in. l. Lucius Titius. §. Semproniæ mulieri. ff. de leg. 3. & in. l. habebat. in prin. ff. de inſtito.

Quæ concluſio per iſtam glo. ampliatur, ut non ſolùm



ſolùm procedat de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico: ut probat text. in dict. cap. examinata. ubi Doct. tradunt. Et per Doct. in. cap. 2. infrà de libelli oblat.

Limitatur tamen prædicta concluſio, ut non procedat, quando in libello eſſet appoſita clauſula, Ius & iuſtitiam miniſtrari: ut per Doct. in. c. 2. infrà de ord. cognit. in. l. petens. C. de pact. & in pleriſq; alijs propeq; infinitis locis: de qua clauſula facile eſt cuicunq; plura cumulare, quæ obmitto maximè cùm hic non ſit locus ſuus.

Glo. fi. in uerbo, Suo ſenſu: diuiditur in quatuor partes. In prima parte exponit text. in. ij. ponit unũ ſimile ad expoſitionem prius poſitam. In. iij. ponit unum dictum. In. iiij. illud limitat. Secunda ibi, & eſt ſimile. Tertia ibi, quandoq; enim. Quarta ibi, dũ tamen ſecundum leges.

In prima parte glo. dum exponit tex. in uerbo, 353
Suo ſenſu, ſcilicet malo. Addo quòd ſimilem expoſitionẽ facit glo. in. c. ne innitaris. infrà eodem. ubi dicit, quòd illa uerba, Proprio motu, ſumuntur in 354
malam partem.

Secundò addo, quod ſimilem expoſitionem facit Barba. in. c. niſi ſpecialis. col. 10. uerſicu. nota ibi, motu proprio &c. col. ſeq. infrà de off. lega. ubi exponit illa uerba, Motu proprio, id eſt propria teme 355
ritate. & ibi. col. 11. circa medium. ad confirmandũ ſuam expoſitionem allegat hanc glo. & glo. in dic. c. ne innitaris.

Tertiò addo, quòd tex. in dic. c. pura. 3. quæſt. 9. quem gloſſ. allegat, pro ſua expoſitione nihil probat

Universidad de Deusto Biblioteca

356 bat. Quia loquitur in teſte, cuius officium eſt depo
nere de ijs, quæ ipſe per aliquem ſenſum corporeũ,
uel etiam per iudicium intellectus percepit, prout
natura negotij ſuper quo examinatur requirit. Et
teſtis nihil de ſuo addere poteſt, quod non ſit extra
officium ſuum. Ideo ſubiecta materia ibi requirit,
quòd uerba, De ſuo, & uerba, Quod bonum uide-
tur, in malam partem ſumantur, ut tenet Barba. hic
col. 15. in fina. licet non ita delaret. Præterea non
apparet ibi quòd illa uerba ſumantur in malã par-
tem, niſi capiatur malum pro eo quod deuiat à iu-
re: ideo glo. hic debet ſaltem intelligi de omni ma-
lo, prout ſumitur malum pro eo quod deuiat à ca-
nonicis inſtitutis, ut infrà dicam.

Quartò addo, quòd hanc expoſitionẽ glo. Bar-
ba. hic in ultimo notab. reprobat, licet in dict. c. niſi
ſpecialis. eam ſequutus fuerit.

Mouetur primò: Quia ſecundum hanc expoſi-
tionem ſequeretur à contrario ſenſu, quòd permiſ-
ſum eſt alicui in actionibus & iudicijs eccleſiaſticis
moueri ſuo ſenſu bono, etiam ſi ille ſenſus ſit cõtra
canonum authoritatem: quod tamen eſt falſum, &
contra text. in c. relatum. 37. diſtinct. ubi text. inue-
hit contra eos, qui non ſecundum traditionem ſan-
ctorum patrum docẽt, ſed prout eis uidetur, iuxta
ſenſum ſuum, & ſecundum propriam ingenij uir-
tutem, uel intelligentiam: dicens, quòd in illis uer-
bis, Ingenij uirtutem, probatur quòd aliquis po-
teſt duci bono ſenſu, etiam ſi ille ſenſus ſit contra
canones. Sed aduerte, Quia illa uerba, Secundum
357 propriam ingenij uirtutem, non intelliguntur de
uirtute



uirtute morali, quæ attribuitur naturæ, non parti
culariter ingenio: nec de uirtute theologali, quæ at
tribuitur doctrinæ, ſeu infuſioni gratiæ à ſpiritu
ſancto: ſed ſignificant ingenij perſpicaciam & acu-
men, ut clare patet in illo text. qui clarè loquitur
de intellectu extraneo à traditionibus ſanctorum
patrum. Ideo Hieronymus in Oſeam. c. 10. inquit, 358
quòd ut plurimum hæreſum inuentores habue-
runt perſpicaciam, & acumen ingenij. Et ſic habue
rũt agrum naturæ fertilem, ſed in eo ſeminata fuit
zizania, quæ producit malum fructum. Et inquit
Cuſpinianus in. Mahometo, quòd ſi acumen inge-
nij aliquẽ facinoroſum occupauerit, peiora omnia
faciet, quodq; malum malo additum ſymbolum
facit. Stat ergo ſimul, quòd aliquis habeat malum
ſenſum, & tamen ad eum ducatur propria ingenij
uirtute. Et ad argumentum à cõtrario ſenſu, quod
facit Barba. clara eſt reſponſio, fatendo argumen-
tum ſi tex. ultra non procederet: ſed quia text. po-
ſtea in illa aduerſatiua, Sed canonum authoritate
&c. procedit ultra, ideo ceſſat argumentum præ-
dictum.

Secundò mouetur Barba. Quia ſi hęc expoſitio
eſſet uera, text. iſte eſſet de indubitabili contra. l.
quod Labeo. cum uulg. ff. de carb. edict.

Sed reſponderi poteſt, negando quòd ſecundũ
hanc expoſitionem glo. tex. iſte ſit de indubitabili.
nam ratio dubitandi ad iſtud tex. poſſet colligi ex
ratione dubitandi quæ ponitur ad deciſionem præ
fati. c. relatum.

Finaliter tamen mihi placet quod dictum eſt ſu
pra

Universidad de Deusto Biblioteca

359 pra in.6.notab.quòd illa uerba, Suo ſenſu, intelli-
guntur de ſenſu proprio hominis, quatenus non
eſt regulatus autoritate canonum. Et hoc ibi ultra
probo, ponderando tex. in illa aduerſatiua Sed, po
ſita ſine copula, quæ aduerſatur præcedentibus in
facto glo. quam ibi ad hoc notant Bal. & Imol. in
l. patris & filij. ff. de uulg. bonus text. in. l. qui uſum
fructum ibi, ſed qui actum ſtipulatur. ff. de uerbo.
oblig. cum uulg. cum ergo neceſſarium eſt intelli-
gere generaliter illa uerba, Suo ſenſu, pro ſenſu con
trario aut ſaltem diuerſo à canonibus.

360 Secũdo ſuſtinendo glo. dici poteſt, quòd omnis
ſenſus qui non regulatur ſecundum canones, dici-
361 tur malus, ſaltem de iure canonico: licet Barba. hic
teneat contrarium. Nec eſt abſurdũ, quod aliquid
ſit bonum uno iure, & malum alio iure, ſicut dici-
mus, quod boni mores aliter iudicantur de iure ci-
362 uili, aliter de iure canonico. Bal. in. l. pactum quod
dotali. C. de collat. ubi in. 19. quæſt. & in rubr. C. de
363 condi. ob turp. cauſ. dicit, quod aliquid poteſt dici
contra bonos mores pluribus modis: Vno modo,
quia contra ius naturale: ut ſi quis iurat nõ alere pa
rentes. Alio modo, quia aliquid de ſe eſt turpe: ut ſi
quis iurat hominem occidere. Quandoq; & tertio,
quia ius ſic diſponit aliquid eſſe contra bonos mo-
res, uel etiã ex eo quòd aliquid prohibetur à iure:
& poſtea dicit quod pactũ de non ſuccedẽdo eſt de
iure ciuili contra bonos mores, ſed non de iure ca-
nonico, ideo de iure canonico firmatur iuramento.
Ecce quòd boni mores aliter conſiderantur de iure
364 naturali, aliter de iure ciuili, & aliter de iure canoni

co



co. Et hoc dictum Bal. ſequitur Alexan. in conſil. 7.
uiſo inſtrumento. col. 3. uerſi. pro hoc facit. In. 6. par
te facit tex. in. l. probrũ. ff. de uerb. ſig. ubi aliâs dixi.
Ita ergo dicamus in propoſito, Quòd illud quod 365
deuiat à iure canonico, non poteſt eſſe niſi malum,
ſaltem illo iure. Et ad hoc allego tex. in. c. nam con-
cupiſcentiam. infrà eodem.

Nec obſtant quædam friuola, quæ Barba. hic al
legat, ad probandum, quòd aliquid poteſt eſſe bo-
num, licet ſit contra ius: & primò dum allegat Bal.
in. l. de eo. poſt prin. C. de pœna iud. qui male iudi. 366
dicentem, quòd qui facit ſecundum conſcientiam li
cet faciat contra iuſtitiam ſcriptam, non incidit in
pœnas. c. cum æterni. de re iud. in. 6. & quòd iudex 367
poteſt ſequi ſuam conſcientiam ſi nemini nocet. Er
go ſecundum Barba. patet quòd aliquis eſt ſenſus
bonus, licet ſit contra legem. Sed, pace eius dixero,
hoc argumentum nihil probat: non enim probat
primum dictum Bal. Quia non ſequitur qui facit
ſecundum conſcientiam non incidit in pœnam: er-
go id quod facit eſt benefactum. Imò nos dicimus, 368
quòd conſcientia quæ non eſt à iure informata, eſt
mala. Nam ut dicit Bal. in. l. 2. C. de ſenten. ex peric.
recit. ſcientia ſiuè conſcientia diabolica eſt: conſcien-
tia ſiuè ſciẽtia, eſt inſipida, de quo dicto infrà latius
dicam. Nec pariter ſecundum dictum Bal. probat
intentum Barba. Quia fatendum eſt, quod in caſi-
bus in quibus permittitur iudicẽ ſequi propriam 369
cõſcientiam, & recedere à regulis iuris communis,
ille iudicis ſenſus, etiam ſi deuiet à prędictis regulis,
nõ erit malus, quia eſt approbatus à lege. Et de iſto

ſenſu

Universidad de Deusto Biblioteca

ſenſu non intellexit glo. dum exponit text. loqui de malo ſenſu. Quia ſi glo. intellexiſſet, euidenter male exponeret tex. Nam text. prohibet neminem ſuo ſenſu duci. Et tamen in illis caſibus iura permittũt iudicẽ ſuo ſenſu duci. & ſic ſi illa uerba, Suo ſenſu, intelligerentur de ſenſu quem habent iudices quan do ex permiſsione iuris recedunt regulis ipſius iuris, certe expoſitio eſſet contraria textui: imò glo. in 3. & 4. partibus expreſſe uult quòd ille ſenſus nõ ſit malus, ſed ſit ſenſus prout propriè accipitur. Quia in tertia parte dicit, permitti iudici capiẽdo ſenſum
370 propriè: & ſic uult, quòd quando iudex ex permiſſione iuris utitur ſuo ſenſu, ille ſenſus non eſt malus, nec talis ſenſus de quo gloſ. in prima parte loquuta eſt. Pariter dum in quarta parte ponit illa uerba, Dum tamen ſecundum leges & iura pronũtiet, manifeſtè ſentit quòd iudex non poteſt uti ſuo ſenſu, niſi in caſibus à iure expreſsis. Quodq; dum
371 in caſibus à iure expreſsis utitur ſuo ſenſu in pronunciando dicitur ſecundum leges iura pronuntiare.

Secundò non obſtat text. in c. non ſolum. de regular. in 6. in illis uerbis, Quia tamen decet, & expe dit, ut conſcientiæ puritati non deſit iudicium rationis. Quia ille tex. retorqueri poteſt in contrariũ. Nam illa uerba, Conſcientię puritati, intelliguntur de conſcientia motiua quam homo ex quibuſdam imaginationibus ſibi format, de qua dixi Suprà in j. concluſione quęſtionis, Quando lex poſitiua obli get aliquem in foro conſcientiæ. & illa uerba, Iudicium rationis, intelligũtur de ratione regulata à iure,



re, non de illa quam quis ſibi format in intellectu: aliâs non eſſet differentia inter illa uerba, Puritati conſcientiæ: & illa uerba, Iudicium rationis: cum tamen in tex. ponantur tanquam diuerſa. Et intelligendo illa duo uerba prout ſuprà declaraui, bene ſequitur, quòd conſcientia quantuncunq; ſit pura, ſi non habeat concurſum rationis à iure regulatæ, non eſt bona. Quia tex. ibi imponit pœnam utenti tali conſcientia: quod non faceret, ſi talis conſcientia eſſet bona. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. alias. §. amouere non uidetur. iuncta gloſſ. ff. de acq. hæred. per quam. l. Paul. de Caſtro in conſil. 205. in cauſa quæ uertitur coram locum tenẽte circa fi. in 2. parte for mat regulam, quòd illud quod non mala fide fit 372
pœnam non meretur. facit tex. in c. ſequen. & ibi di cam. Pręterea tex. ibi in fi. in illis uerbis, Pro culpis grauioribus, manifeſtè probat, quòd utens tali con ſcientia eſt in culpa graui. Quia comparatiuus præ ſupponit ſuũ poſitiuum. l. cum furti. ff. de in litem 373
iurando. l. ubi autem non apparet. in prin. ibi, cum id quod bono melius ſit, ipſum quoq; bonum ſit. ff. de uerb. obli. hinc ſolet dici, quod pluris eſt, utiq; tanti eſt dict. l. cum furti. cum ſimil. & dixi in libro 374
Pactorum pagina. 150. nu. 336. Ad alia autem quæ allegat Barba. hic pro ſua opinione patet de ſe manifeſta reſponſio. Alias expoſitiones quas ponunt Doct. ad iſtum text. in uerbo, Suo ſenſu, uide per Barba. hic.

Et retenta hac expoſitione gloſſ. ad iſtum text. Panor. hic refert dominũ An. tenere, quòd, uerba 375
Suo ſenſu, ſignificant etiam ſenſum malum &

Universidad de Deusto Biblioteca

non regulatum legibus: & ideo ſi in compromiſſo
detur arbitro poteſtas iudicandi ſecundum ſenſum
ſuum, talis arbiter poterit iudicare ſecũdum ſuam
propriam uoluntatem. Panorm. hic quem ſequun-
tur Doct. tenet contrarium motus per hanc gloſ.
in. 2. parte, dum dicit, quòd iudex quandoq; uti-
tur ſuo ſenſu, propriè accepto uocabulo. Et ſine du
bio in illa tertia parte gloſ. intellexit de ſenſu bene
organizato. Ergo de proprietate ſermonis illa uer-
ba Suo ſenſu, non ſumuntur in malam partem.

Sed aduerte primò, inquantum Panor. & alij
376 tenendo contra dominum An. dicũt quòd illa uer-
ba, Tuo ſenſu, impropriè ſignificant uoluntatem
non regulatam ratione. nam ipſi uidentur arguere
ſummum pontificem de impropria loquutione,
quod non eſt dicendum. Quare aliter dicendum
eſſe puto, ut dixi in. 6. notab. Et ut paucis concludã,
377 puto quòd illa uerba, Tuo ſenſu, de proprietate ſer
monis poſsint ſignificare quicquid mẽte conceptũ
eſt, quod Græci ἐνθυμήματα uocant, id eſt animi con
ceptiones, ut Iſocratem citat Iulius Pollux lib. 2.
onomaſticon. cap. 66. Non ſolùm ſi tale quid ſit in
mente conceptum, quod communi hominum na-
turæ ac ſenſui conſentaneum ſit, ſed etiam ſi ab co
longe diſtet: de quo ſenſu intelligendum eſſe arbi-
378 tror quod Comicus inquit, Quot capita tot ſenten
tiæ. de quo meminit Decius in conſil. j. in prin. & Il
lud quod dicitur: Vna quæq; ciuitas proprio ſen-
ſu abundat. c. certificari. de ſepul. in hac etiam ſi-
gnificatione in neutro genere & Sẽſa. Et huic ſigni-
379 ficationi adſtipulantur omnes Grammatici. unde
Auguſt



Auguſtinus lib. 11. de imitat. dei: Sicut, inquit, de ui
ſibilibus quæ non uidemus eis credimus qui uide-
runt, atq; ita de cæteris, quæ ad ſuum quenq; ſen-
ſum corporis pertinẽt: ita de his quæ animo ac mẽ-
te ſentiũtur. Quia & ipſe rectiſsime dicitur ſenſus.
Sipontinus in ſuo Copiæ cornu, Senſus quoq;, in-
quit, licet propriè corporis ſit, tamẽ conſuetudo iã
tenuit, ut mẽte concepta ſenſum uocaremus, quæ à
ueteribus Senſa dicebantur. Baptiſta Pius in com- 380
mento in Lucretium libr. j. Senſus propriè dicitur
qui ſentit, & Senſa quæ ſentiuntur. Sed iſtas diffe-
rentias perſæpe Doctorum autoritas collabefactat.
Laurentius Valla in Pogiũ libro recriminationũ:
Niſi, inquit, per imperitiã in hoc uerbo lapſus ſit,
ſicut in illo Senſa, ſenſu uacua: quod eſſe nõ poteſt,
imò nec aliud ſunt Senſa, quàm Senſus, niſi quòd
illa ſunt animorum tantum: Et ſicut bonum non
in quolibet corpore inuenitur, ut inquit Seneca lib.
22. epiſtola. 125. Sic non cuilibet corpori contingit,
habere ſenſum regulatũ dictamine rationis: ut ob-
mittam, quòd quatuor de cauſis rectũ hominis iu-
dicium peruerti poteſt. c. quatuor ſunt. 11. quæſt. 3. 381
& quod Senſus iſto caſu tam bonũ quàm malum
ſenſum ſignificet, hoc probant uerba Ciceronis de
Amicitia: Quid enim, inquit, poteſt eſſe tã flexibile,
tam deuiũ, quàm animus eius, qui ad alterius non
modo ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultũ atq;
nutũ conuertitur: Idem lib. j. epiſtolar. famil. Sed te
non præterit quàm ſit difficile ſenſum in Rep. præ
ſertim rectũ, & confirmatũ, deponere. Probãt etiã
uerba eiuſdẽ Ciceronis lib. j. de Oratore prænarra

Universidad de Deusto Biblioteca

ta:ibi,Ab imperitorum intelligētia ſenſuq; diſtin-
ctū.Et facit illud Pauli ad Romanos in prin.Tradi
dit illos in ſenſum reprobū.Si enim Sēſus impro-
priè ſenſum prauū ſignificaret,certè impropriè di-
ceremus Sēſum reprobū:& ſic illa uerba,Tradidit
illos &c.faciūt pro opinione domini An.Quàmuis
Barba.& Feli.hic ita inducāt pro opi. Panor. Facit
382 etiam quia iſte terminus Opinio tam prauā,quàm
rectā opinionē ſignificat:ut probāt uerba Iulij Pol
383 lucis lib.4.onomacticō.c.j.facit etiam,quia nomina
uerbalia ſignificāt actū ſui uerbi,ſecūdum Grāma-
384 ticos.uerbum autē Sētio,quatenus ſumitur pro eo
quod eſt in mente habeo,ſignificat quencunq; ſen-
ſum,ſiue bonus ſit, ſiue malus,ut ex uerbis Plinij
ad Ariſtonē lib.epiſt.8.cernere eſt:Qui hæc,inquit,
ſentitis in hāc partē, qui alia omnia in illam partē,
ite quà ſentitis.Et paulò pòſt: Nū ergo,inquit,alia
omnia ſentire eos qui occìdūt,quàm qui relegāt in
illam partem ite qua ſentitis. Ad idē tex.in authen.
ut non luxurientur contra nat.ibi, Dei timorē in
ſenſibus accipere:& ibi,Iniungimus in ſenſibus ac-
cipere dei timorem. Vbi Imperator iniunxit luxu
riantibus contra naturam & blaphemis, quos ap-
pellat diabolica inſtigatione cōprehenſos,ut dei ti-
morem in ſenſibus accipiant: & ſic præſupponit,
quòd ſenſus dici poſsit in homine diabolica inſti-
gatione comprehenſo, eſt uerum quod Decius hic
in.j.lect.col.10.uerſi.Tertio in materia indifferenti.
fuit in alia opinione,quòd ſcilicet ſenſus pro graui
385 iudicio accipiatur. Mouetur:Quia ſeniores à ſenſu
ſapientes dicuntur.c.fi.84.diſtinct.Addo quòd Plu
tarchus



tarchus in Romuli uita refert Romulū ex optima-
tibus centum creaſſe ſenatores,quorum collegium
ex ætate Senatum uocauit.Sed ad hoc Decij argu- 386
mentum reſponderi poteſt,hic eſſe fallaciam:Nam
Sapiens non ſumit etymologiam à ſenſu, ſed deri-
uatur à ſapio,ſapis,quod in bonam partem ſumi-
tur.Et tex.in dict.c.fi.non probat:nam dum expo-
nit,Presbyteros,ideſt ſeniores, poſtea dicit, quòd
presbyteri non propter decrepitam ætatem, uel ſe-
nectutem, ſed propter ſapientiam presbyteri nomi
nantur.Bene probat,quòd ſapientes poſſunt appel
lari ſeniores non tamen à ſenſu.Et dato quòd à ſen
ſu poſſent appellari ſenes,quodq; ibi ſenſus accipe-
retur in bonam partem per hoc tamen non infer-
tur,quin ex eius propria ſignificatione poſsit ſumi
in malam partem.Et dum tex.in dicto.c.fi.84. diſt.
exponit presbyteros, id eſt ſeniores, uide pulchrè
Anacletum.papam in epiſtola ſecunda,pagina ter-
tia in prin.

Secundo Decius pro opinione ſua allegat text.
in.c.abbate ſanè.§.contra quod fuit.uerſic. hic au-
tem ſenſus rectior eſt.infrà de uerb.ſig. Sed reſpon
deri poteſt,quod ibi dictio Senſus,nō ſumitur pro
eo quod in mente concipitur,ſed pro ſignificatione
uerborum contentorum in priuilegio:& ſic ibi agi
tur de ſenſu literę,nos loquimur de ſenſu hominis.
Quare uerior uidetur opinio quàm ſupra tenui.
Bene tamē fateor,quòd aliquādo talia uerba ſigni-
ficant ſenſum regulatum dictamine rationis, ſecun
dum quod ex ſubiecta materia ex mente præſum-
pta loquētis colligi poteſt. Et talis ſignificatio non

P 3 eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt impropria,ut dixi in dict. 6.notab . Et quando
accipiuntur pro ſenſu regulato dictamine rationis
tunc referũtur ad communem ſenſum hominum,
de quo etiam Budæus in.l.j. ff.de iuſtit.& iure.me-
minit.& dixi ſupra in.6.not. Cicero in oratiõe pro
domo ſua : An ego poteram cum tot rerum tanta
uarietate diuelli inficiari me eſſe hominem & com-
munem naturæ ſenſum repudiare ? Idem libr.j.de
oratore:Dicendi autem omnis ratio in medio poſi-
ta communi quodam in uſu, atq; hominum more
re & ſermone uerſatur;ut in cæteris id maximè ex
cellat, quod longiſsimè ſit ab imperitorum intelli-
gentia ſenſuq; diſiunctum;in dicendo autem uitiũ
uel maximum ſit à uulgari ſermone orationis atq;
à conſuetudine communis ſenſus abhorrere.Idem
lib.2.de Oratore : Equidem omnia quæ pertinent
ad uſum ciuium morem hominum , quæ uerſan-
tur in conſuetudine uitæ, in ratione reipublicæ , in
hac ſocietate ciuili , in ſenſu hominum cõmuni, in
natura, in moribus comprehendenda eſſe oratori
puto.Luc.de Penn.in.l.2.col.3.C. de exact.trib.lib.
10.citat Papiam dicentem, quòd Senſus ad naturã,
Intellectus ad artem refertur.

Secundò aduerte, in quantum dominus An.ut
refert Panor.tenendo quod iſta uerba , Tuo ſenſu,
propriè ſignificẽt uoluntatem,etiã non regulatam
dictamine rationis. Ex hoc infert,quòd ſi fiat com
promiſſum in arbitrum ut pronuntiet ſuo ſenſu,
arbiter poterit iudicare ſecundum ſuam propriam
uoluntatem. Nam iſta conſequentia non eſt pro-
babilis.Quia in compromiſſo uerba quantũcunq;
genera



generalia cẽſentur prolata ſub confidentia arbitro-
rũ.Vnde nõ ita latè ut ſonãt debent intelligi:ut fuit
opinio Anto.de But.in.c.quinta uallis.de iureiurã.
cum ſimilib.ut plenè in alio propoſito tradit & ſe-
quitur Decius in conſil. 11. quoniam iudicantium
reſponſa.col.6.uerſic. quarto principaliter reſpon-
detur.in.j.parte.Et alibi ſæpe conſulẽdo. Et hoc eſt
quod uoluit dicere Decius in.j.lect.col.10.uerſic.Se
cundo inquiſitione compromiſsi.

Quid autem ſi fuerit actũ inter partes, ut inſtru-
mentum dictetur ad ſenſum ſapientis:Aut ſi teſta-
tor dicit, quòd uult teſtamentum ſuum dictari ad
conſiliũ ſapientis.Quid poterit tunc facere ſapiens:
uide Imol.hic col.fi. poſt Bar.in.l.ſi mãdauero tibi.
ff.mand.& in.l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtit.

Tertio inquantum Panor . hic incidenter dicit, 387
quòd uerbum,Placet importat arbitrium boni ui-
ri,Decius hic in.2.lectu.allegat plures tenentes ean-
dẽ opinionem,dicens iſtam eſſe cõmunem : deinde
tenet cõtrariũ,ut hic per ipſum. Addo Panor.in.c.
uerum,in ult.notab.infrà de foro competen.in.ca.
cum ueniſſent.in.5.not.de inſtit.Pault.de Caſtro in
con.335.laudatio & inueſtitura.col.2.uerſic. quinto
quia cõſtituens.Maria Socy.in tract.de citat.art.7.
col.13.uerſi.quarto probatur.Iaſ.in.l.ſi ſic,col.2.uer
ſic.ſecundo.idẽ in uerbo placebit.ff.de leg.j. Alber.
Brunũ in tract.de forma & ſolen.artic.quãdo cẽſea
tur forma uel ſolemnitas remiſſa uel eis derogatũ.
col.22.in fi.uerſ.idẽ ſi dicatur prout placebit tibi.Ia 388
cob.de Are.in l.Lucius Ticius.l.j.ff.de fidei libert.
ubi etiã Alb.Qui omnes tenẽt,quod uerbũ Placet,

importat arbitrium boni uiri, non autem liberum arbitrium. Item addo, Negari nõ poſſe, quin ſecundum Grammaticos uerbum Placet, etiam de proprietate ſermonis, ſignificet quicquid in delicijs habemus, etiam ſi ex fomite rationis non procedat. Sed ratione ſubiectæ materiæ, ubi agitur de conſilio capiendo, uel dãdo, ſtrictius quandoq; ſumitur pro opinione regulata dictamine rationis.

Universidad de Deusto Biblioteca

389 Et retenta communi opinione, quod uerbum Placet, ſignificet arbitrium boni uiri limita eam, ut non procedat, quando in commiſſione diceretur, Quicquid placet, quia tunc uerbum Placet, importaret liberum arbitrium, ut probat text. in cle, ad noſtrã. §. ſecundo quod ieiunare. de hęret. Et de uerbo Placet, ad quod tempus referatur, uide Panor.
390 in. c. ex literis. j. infrà de ſponſalib.

391 Et quod dictum eſt de uerbo Placet, ut importet arbitrium boni uiri, multò fortius procedit in uerbis, Bene placitum, ut tradit Panor. in dict. c. uerum. Bal. in. l. fi. §. ſed & ſi quis. In. 3. not. C. comm. de lega. Feli. hic col. penul. uerſi. Et ſi dicatur ſecundum beneplacitum tuum. Iaſ. in d. l. ſi ſic legatum. col. 2. uerſicu. ſecundo idem in uerbo placebit. Albert. Brunus in dict. tractat. de forma & ſolen. art. quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa. col. 22. in fin. Stephanus Bertran. in conſil. 45. ex themate. col. iij. uerſi. ad quartũ dico in. j. parte conſiliorum ſecundæ impreſsionis.

Reperio tamen quod Guido Papæ deciſi. 475.
392 in iure & in teſtamẽtis tenet, quòd hæc uerba, Bene placitum, important liberam uoluntatem. per. cap. ſi gra



ſi gratioſè. de reſcript. in. 6. Et idem tenet Corn. in conſi. 156. de duabus hæreditatibus. col. penul. uerſic. & prædicta procedũt. in. 2. parte. Fortè hæc opinio ex communi uſu loquendi Gallorum ſuſtinetur, & in facti cõtingentia, in qua cõcurrebant aliæ coniecturæ declarantes enixam uoluntatem teſtatoris, qui uſus fuerat iſtis uerbis, Saluo beneplacito & uoluntate hæredis: conſului & obtinui ſecũdum hanc opinionem.

Vnum tamen nota, quòd ſi debitor mandat alicui, ut mutuam pecuniam accipiat, prout ſibi placuerit, & ex illa ſoluat creditori: licet hoc uerbum importet arbitrium boni uiri, tamen ſi mãdatarius pro mutua pecunia ſoluat uſuras illas uirtute mandati, poterit repetere, nec tenebitur probare, quòd illas uſuras ſoluerit, nec etiam illos quibus ſoluit nominare: quia propter talia uerba releuatur ab onere probandi, ut pulchrè cõcludit Matthæus de Afflictis in deciſio. Neap. Iterum in cauſa allegat Ioan. And. in. c. 2. de iura. calum.

Quid autem ſi dicatur, Iudicio tuo: Barto. in di- 393
cta. l. ſi ſic. tenet, quod talia uerba importẽt liberam uoluntatem, per tex. in. l. Thais. §. Lucius. ſecundo. ff. de fideicõm. liber. ubi idem tenet Rayne. de Forliuio, dum reſpondet ad. §. ſorore. eiuſdem. l. Idem tenet Guido Papæ in dict. quæſt. 475. Lapus alleg. 61. uiſis literis. col. 2.

Contrarium tamen tenuit idem Barto. in extrauagan. ad reprimendũ. in uerbo, uidebitur. Et plures alij quos referũt & ſequũtur Feli. hic. col. 14. uerſicu. etſi dicatur, committemus iudicio tuo. Albert. Brunus

Universidad de Deusto Biblioteca

Brunus in dicto tracta. de forma & ſolenni.articu. quando cenſeatur forma uel ſolenni.remiſſa.col.23. in princip.uerſic. idem ſi dicatur, iudicio tuo.Barba.in conſil.19. Et quidem uiſo puncto. col.8. in ſecunda parte.quæ opinio eſt cõmunis,& fortè apud grammaticos receptior. Cicero lib.ij. epiſtolarum famil. Iudicio tuo,non caſu in ipſum rerum diſcrimen contuliſti tribunatum tuum. Videntur enim hæc uerba,Iudicio tuo,energiam habere ſignificandi uoluntatem non nudam, & liberam, ſed ex rationis & intellectus fomite procedẽtem, ut patet ex his quæ tradit Bartholomæus Vueſthemerus in collectaneis troporum bibliæ centuria ſeptima primæ Chiliadis,in uerbo,iudicium.

394 Et nota,quòd triplex eſt Certitudo,uel Incertitudo iudicij:uidelicet Summa,Naturalis,& Moralis, ut declarat Martinus magiſtri in tract. de fortitudine.titu.de inani gloria.in.2.quæſt.in fine.ubi dicit, quòd homines ſunt incerti iudicij incertitudine oppoſita certitudini ſummæ:ſunt tamen in multis certi iudicij certitudine naturali,& in multis certitudine morali.

395 Et de uerbis Diſcretioni tuæ,uide Felin. hic col. 14.uerſi. & ſi dicatur diſcretioni tuæ. Iaſon in dicta l.ſi ſic.in prin.col.2.uerſi.quarto idem. Albert.Brunum in dicto articu.quando uidetur forma uel ſolennit.derogatum.col.23.uerſic. circa uerba autem importantia arbitrium boni uiri.Pau.de Montepico in repet.l.in quartam,col.42.in fi.ff.ad legem falcidiam.

396 Et cùm aliquid committitur uoluntati alicuius, intelli



intelligitur de libera uoluntate.l.cùm quidam.ff.de lega.2.cum ſimilib.ut tradit Iaſon in dicta.l.ſi ſic.in prin.col.4.in fi.uerſic.tranſeo nunc. Feli.hic. col.14. uerſi.etſi dicatur committimus uoluntati tuæ. Albert.Brunus in dicto articu.quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa.col.22.uerſic.idem ſi dicatur.bonus tex.in.l.fideicommiſſa.§. quanquam.ff. de lega.3.Guido Papæ in prælleg.deciſio.475.Gemi.in.c.Nicena.in. 1.quæſt.31.diſtinct.de quo uide Albert.Brunum limitan.in.3. parte ſtatutorum.in uerbo,uoluntas.uerſic.uolũtas iudicis à ſtatuto requiſita. 397 Et quid importent uerba inueſtituræ, quòd uaſſallus poſſit facere de feudo quicquid uoluerit,uide Alexandrinum in conſi.110.uiſis inueſtituris. Vide etiã de hoc uerbo, Volo,& de Voluntate, Iulium Pollucem lib.5. onomaſticon,cap.48. 398
Et ſi legatarij ſimpliciter dicunt, quòd uolunt ſtare uoluntati hæredis in detrahenda falcidia, quid importent illa uerba, uide Paulum de Mõtepico poſt alios quos allegat in.d.l.in quartam.col.42.in fi. Et nota, quòd Voluntas eſt deliberatio animi intelligentis,& acceptantis,Bal.in.l.in uendentis.C.de cõtrahen.empt. Gonzadinus in conſi.98. in hac cauſa nobilium de Gonzaga.in prin.Et ad illud quod dicitur,uariæ ſunt hominum uoluntates,& quot capita tot ſententiæ.plura cumulat Præpoſitus in cõmento arboris conſanguinitatis.col.4.in fi. 399 400 401

Et ſi committatur conſcientiæ alicuius, non importatur liberum arbitrium:de quo tamẽ uide Felin.hic.col.14. uerſic. Et ſi dicatur conſcientiæ tuæ. Iaſ.in dicta.l.ſi ſic legatum.in princ.col.3.uerſicu.8. idem 402

Universidad de Deusto Biblioteca



idem dixi in lib.Pactorum,pag.131. nume.277. ul-
tra quæ addo Bartholo.Cepolam in conſilijs ciui-
libus.conſil.29.in uale lendei.col.4.uerſi. quartò di-
cit Barba.in conſi.36.Et quidem uiſo puncto,col.3.
403 in.2.parte. Hinc eſt,quòd habens iudicare ſecun-
dum conſcientiam, tenetur ſequi conſcientiam pu-
blicam non priuatam:ut probat tex.iuncta gloſ.in
c.iudicet.2.quæſt.7. Cy.in.l.quiſquis.C. ad leg.iul.
maieſta. cum ſimil.ut tradit Hippo. de Marſil.in.l.
quæſtionis modum.col.pe.ff.de quæſt.Et in practi
ca criminali.§.diligenter.nume.23.Iaſ.in conſil.191.
placet mihi.col.2.uerſi.nec huic fundamēto obſtat.
in.2.parte.

404 Et ad probandum aliquid fuiſſe factum, ſecun-
dum conſcientiam,ſtatur iuramento actum facien-
tis.Innocen.in.c.paſtoralis.in uerbo,deferēdum.in-
frà titu.1.Iaſ.in.§.ſed iſtæ. col.21. ad finem. uerſicu.
405 Item ubi aliquid cōmittitur.Inſtitu.de act.facit etiā
quod tradit Paul.de Caſt.in cōſil.187.ſuper primo
quæſito poſt princ. in prima parte.ad hæc etiam fa
cit optimè,quia in iudicio animæ,cuilibet eſt credē
dum.gloſ. iuncto text.ibi,in uerbo, credendum.in
406 c.ſignificaſti.2.infrà,de homicid.bene facit, quia ſta
tur iuramento ſacerdotis, dicentis ſe abſoluiſſe ex-
communicatum,& ideo eum ſepeliuiſſe in loco ſa-
cro.Felin.dicens ſe ita conſuluiſſe. in.c.1.col. ſecun-
407 da. de except.ubi etiam dicit, quòd non ſolùm ſa-
cerdos de licentia pœnitentis poſſit reuelare confeſ-
ſionem.c.Matthæus.ubi Panor.infrà, de ſimo.Sed
etiam in hoc an habuerit licentiam à confitente ſta
tur iuramento ſacerdotis.Lapus allega.94.quidam
presbyter



presbyter audiuit: Hinc etiam eſt, quòd creditur 408
dicto ſacerdotis deponentis de emendatione crimi-
noſi per confeſsionem ſacramentalem ſibi factam.
Paul.de Aleazaro in.c.teſtimonium.in fin.infrà,de
teſtibus.

Quod autem dictum eſt,ſtari iuramento dicen- 409
tis aliquid factum fuiſſe,ſecundum ſuam conſcien-
tiam, de plano procedit, ubi ageretur de modico
præiudicio:uel ubi de contrario non appareret:ſed
ubi ageretur de magno præiudicio, tunc admitte-
retur probatio in contrarium.gloſ.reputata ſingu.
in clemen.1.de proba.quam ita intelligit Roma.in
l.qui bona fide.§.qui damni.ff.de dam.infect.

Et ſicut ad probandum conſcientiam, ſtatur iu- 410
ramento,actum faciētis,ut ſuprà dictum eſt: Sic il-
le,qui tenetur iudicare ſecundum conſcientiam, te-
netur illam.medio iuramento declarare. Ang.in.l.
apertiſsimi.in princ.col.1.de iudi.Hippolit. de Mar
ſil.in.l.j.§.præterera.col.13.in fi.ff.de quæſt.

Item notandum eſt, quòd ille, cuius conſcientiæ 411
aliquid committitur,non poteſt alteri committere
uices ſuas:ut eſt tex.in.l.nulli.§.1.ibi, is qui ſpeciali-
ter deſignatus eſt, pro ſua conſcientia uotum im-
pleat teſtatoris.C.de epiſco.& cler.cum ſimil. ut per
Decium in conſi.72.uiſo puncto.col.3.uerſi. ſecun-
do principaliter.in.1.parte.Et an habēs iudicare ſe- 412
cundum conſcientiam,teneatur citare partem:uide
Bald.in.l.certum.col.2.C.unde legitimi. & ibi De-
cium,col.fin.poſt alios,quos allegat plenè per Iaſo.
in.l.ſi quis arbitratu.col.12.uerſic. octauo notabili-
ter limita.ff.de uerbo.oblig. Et an,quando aliquid 413
conſcientiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

conſcientiæ alicuius committitur, de illa conſcientia poſsit cognoſci per ſuperiorem, uide Ioannem de Ana.in.c. ſignificaſti. primo.col.2. extra de homicid. Reliqua circa officium eius qui habet iudicare ſecundum conſcientiam require ex his quæ tradit Iaſon in dict. §.ſed iſte.col.20.& duabus ſequentibus. Inſtit.de act. Alexã.in conſil.218. uiſis uerbis in.2.parte. Ioan. de Ana. & Bolog.in addit.in conſil.34.uiſis & diligenter. Georgium Nattam in clemen.ſæpe.§.non ſic tamen.col.12.& duabus ſeque͂. de uerb.ſigni. Alber. Brun.in dict.articu. Quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa.col.22.uerſi. idem ſi dicatur ſecundum conſcientiam. Conferu͂t etiam quæ dixi ſuprà in illo articu.an lex poſitiua liget in foro conſcientiæ.

414 Et de uerbis, Facias iuſtitiam, ultra Feli. hic col. 14. uide quæ dixi Inſtit.de iuſtit. & iure.in princip.

415 Et de uerbis, Sola facti ueritate inſpecta, ultra Feli. hic.col.15.uide Decium in.c.dilecti filij.in.3.nota. circa fin.infrà,de iud. Albert. Brun.in dicto articu. Qua͂do cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa. col. nona. uerſiculo, & quando committitur.& col.ſequenti.

416 Et de clauſula, De iure & de facto: ultra Feli.hic, col.15.Et Albert.Brun.in dicto articu. Quando cenſea.forma uel ſolen.remiſſa. col.14.uide Maria Socy.in tracta.de cita.art.7.col.9.uerſi.trigeſimo ſexto procedit.

417 Sic etiam uerbum, Videbitur, importat arbitriu͂ boni uiri.l.fideicommiſſa.§.quanquam.ff.de leg.3. Bar.in extrauagan.ad reprimendum. in uerbo.uidebitur



debitur.in.l.creditor.§.Lucius.ff.manda. Felin.hic poſt alios quos allegat, col.penulti.uerſicu.etſi dicitur, ſecundum quod tibi uidetur. Iaſon in dicta.l.ſi ſic.in princ.col.1.uerſic.adde primo. Alber. Brunus in dicto articu. Quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa. col.23.uerſicu. idem ſi dicatur facias. Panor.in.c.1.in ulti. notab.infrà, de iud.in.c. quintauallis.col.11.infrà, de iureiuran. Matthæus de Afflictis.deciſio.91.præalleg.col.2.uerſicu. tamen uerbum, prout uiſum fuerit. Paul.de Caſt.in conſi.335. Laudatio & inueſtitura. uerſicu. quinto, quia conſtituens.in.1.parte. Barba.in conſi.19. Et quidem uiſo puncto, aliâs incipit, illud afferam in medium.1. col.octaua.in.2.parte. Calca.in conſi.103. pro parte dicti Antonij.col.ſecu͂da.uerſicu.quartò facit. Contrarium tamen tenuit Lapus allegatione.61.uiſis literis.col.ſecunda, dicens: quòd iſta uerba, Si tibi uidebitur, æquipollent illis uerbis, Iudicio tuo: quæ important liberum arbitrium. Sed quia ſuprà tenui, quòd uerbum, Videbitur, importat arbitrium boni uiri. Ideo argumentum non obſtat: nec eſt uerum, quòd illa uerba, Si tibi uidebitur, æquipolleant illis uerbis, Iudicio tuo. Quia uerba, Iudicio tuo, habent energiam ſignificandi arbitrium boni uiri, ut ſuprà dictu͂ eſt. Verbum autem Videtur, non habet talem energiam, nempe ex propria ſignificatione etiam malam conſiderationem ſignificat. Vnde Cicero in epiſtolis, Bene, maleúe uidero. Quapropter communis opinio magis procedit ex interpretatione, quàm ex proprietate uocabuli. nec obſtat tex.in.d.§. quanqua͂: quia ibi erant uerba, Si utile

(margin numbers on right page: 418 beside "teris.col.ſecunda, dicens: quòd iſta uerba, Si tibi ui-"; 419 beside "rum, quòd illa uerba, Si tibi uidebitur, æquipol-")

Universidad de Deusto Biblioteca

utile ſibi uiſum fuerit:quo caſu nõ poteſt dici,quòd importent liberum arbitrium,ſed arbitrium reſtrictum ad id,quod eſt utile.

420 Retenta tamen communi opinione,quòd uerbũ Videbitur,importet arbitrium boni uiri, pro qua eſt text.formalis in.l.fideicõmiſſaria libertas.2. ibi, ſi tibi uidebitur.ff. de fideicommiſſ. liberta. Dicas
421 idem eſſe in uerbis,Facias quod licet:ſeu in hoc nomine uerbali,Licentia. Quia important arbitrium boni uiri.Guido Papæ quæſt.475.præalleg. Iaſ.in dicta.l.ſi ſic legatum.col.3.uerſi.ultimo.idem in uer
422 bo,Licentia. At uerbum liberè,ſic liberum uel liberam facit:ut uerba quæ aliâs importarent arbitriũ boni uiri,ſumãtur pro libero arbitrio Iaſ.poſt alios quos allegat in dicta.l ſi ſic.col.4.uerſic.limita præ-
423 dicta omnia.ubi idem dicit in uerbo, Plenum arbitriũ:uel,Plena poteſtas.Idem tenet Gonzad. in conſil.100.circa ea quæ deduxi col.2.in fi.uerſic. tertio quoties promiſerunt. Socyn.in.l.utrum ita.§.cùm quidam.in ulti.notab.ff.de reb.dub.Barba.in conſil.1. ex ſacris excellẽtiæ tuæ literis.col.24.in.1.par-
424 te.Alibi dicimus quòd uerbum,liberè, exponitur, id eſt,ſine contradictione.gloſ.in.c.Romana.§.1. in uerbo,liberè.de cenſib.in.6.Alexã.in conſil.14.uiſo & conſiderato. col.2.in princ.in.2.parte. Et de hoc uerbo,libera,uide Barba.in cõſil.47.ſcribitur præclarè.aliâs incipit, & breuiter uiſo puncto.col.5. & duabus ſequẽ.in prima parte uide etiam de uerbis, liberè,libera,& liberum, Albert.Brunum in dicto artic.quando cenſeatur remiſſa forma uel ſolennitas.col.18. uerſic.& ſi dicatur,liberè fiat.col.22.uerſicu.



ſicu.fallit etiam ſi detur libera facultas. Decium in dicto.c.dilecti filij.col.2.uerſi.quid autem ſi datum ſit liberum arbitrium alicui.infrà,de iudi.Alciat.in c.1.in.3.notab.infrà,de offic.ord.

Et uerba,per quæ quis ſe ſubmittit gratiæ ac miſericordiæ alicuius,ut communiter faciunt inculpati,qui interrogantur an uelint ſe defendere,uel ſubmittere,importanr arbitrium boni uiri. Doct.in.c. ſanè. per illum text.de renuntia. Alexan.in dicta.l. ſi ſic.ubi Iaſon,col.3.uerſi. ſeptimo.idem Georgius Natta in dicta clemen.ſæpe.§.nõ ſic tamen. Alber. Brun.in dicto articu. quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa,col.23.in fine. Idem ſi dicat quis, Pono me in manus ueſtras. Bald.in.l.ſi ſocietatem. quam legit cum.l.ſocietas.§.ſocietas.ff.pro ſocio. 425 426

Et ſi conſtituo aliquem aſinum meum dilapidatorem meum ad cauſam meam agendam, uidetur conſtitutus procurator ad illam cauſam Hoſtiẽ. & Ioan.And.in.c.petitio.de procura.cum ſimil.ut tradit Alex.conſi.44. uiſo & diſcuſſo.col.2.uerſic. nec ad hoc obſtare uidetur.in.2.parte.Et de uerbis, Liberam habeas facultatem,uide Anton.de But.in.c. tranſmiſſam.in.3.not.infrà,de elect.

Et ſi uis diſcurrere plura alia uerba quorum aliqua important liberum arbitrium, alia uerò arbitrium boni uiri,uide Feli.hic.Iaſ.in dicta.l.ſi ſic.ubi Alexan.& Doct.Georgius Natta in dicta clemen. ſæpe.§.non ſic tamen.Alber.Brunum in dicto articu.quando cenſeatur forma uel ſolennitas remiſſa. per totum.Guid.Papæ deciſio.475.præalleg.Paridem de Puteo in tracta. de ſyndicatu. in uerbo arbitrium

Universidad de Deusto Biblioteca

bitrium.

Et circa prædicta notanda ſunt aliqua: Primùm
427 quòd uerba importantia liberam uoluntatem non
operantur effectum ſuum quo ad tertium, ſed ſo-
lum inter eos de quibus diſpoſitio loquitur. Felin.
hic co. penultima. uerſicu. primum eſt, allegat An-
428 to. de Butri. & Imol. hic. Facit, quia uidemus quòd
ſtatutum tollens exceptiones contra inſtrumẽtum,
intelligetur reſpectu contrahentium, non autem
comprehendit tertium. Quia non obſtante ſtatu-
to tertius poterit opponere quaſcunque exceptio-
nes Bald. in l. prima. C. commu. de lega. quod dictũ
extollit Alexand. in l. prima. §. hæres. ff. ad Trebel.
idem tenet Corneus in conſil. 118. in hac conſulta-
tione. col. 2. ad fin. in 1. parte. Decius in c. cùm tenea-
mur. in fi. de appella. idem etiam quod ſtatutũ tol-
lens exceptiones non habeat effectum contra tertiũ
tenet Imol. in l. quæſitum. col. 9. uerſicu. aduerte ta-
men inquantum dixit. ff. à quibus appella. non lic.
Ange. in l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. Alexan.
in conſil. 53. uiſo themate ſuprà ſcripto. col. fina. uer
ſic. non obſtat etiam additio ſtatuti. in tertia parte.
Franc. Marc. in 1. parte deciſionum parlamenti dal-
phinalis, deciſio. 266. quæritur ante tale ſtatutũ. &
in. 2. parte deciſionum prædictarũ deciſio. 61. quæ-
ritur an uigore ſtyli. Bald. poſt Iacob. de Aret. per
eum alleg. in tracta. ſtatut. in uerbo, excipere: ibi, ſta
429 tutum quòd reus non poſsit. Et de Ceſsionario, an
poſsit petere executionem uirtute inſtrumenti gua
rẽtigiati, uide Claudium de Seycello in l. poſtulan-
te. in fi. ff. ad Treb. Et de clauſula, Appellatione re-
mota



mota: quòd non operetur in præiudiciũ tertij. hoc 430
tenet Decius in dicto. c. cùm teneamur. Anto. Cor-
ſet. in ſingula. ſuis ſingu. incip. ubicunque in aliqua
cõmiſsione ſeu reſcripto. in uerbo, clauſula, per tex.
in cap. ſuper eod. infrà, de offic. d. leg. ubi Panor. &
Decius in. 5. nota. plura ad hoc allegat. Bene etiam
facit: quia titulus, Nihil nouari appellatione pẽden- 431
te: non operatur reſpectu tertij. gloſ. not. in uerbo,
poſſe. in l. creditor. in princip. ff. mand. cum ſimi. ut
per Decium in dicto. c. cùm teneamur. col. fina. uer-
ſic. circa intellectum huius decretalis. Ad idem etiã
facit: quia deſertio appellationis, quæ ex forma ſta 432
tuti, ualidat proceſſum nullum, non operatur reſpe
ctu tertij Anto. de But. in conſi. 18. in quæſtio. præ-
dict. per totum.

Rurſus notandum eſt, quòd quãdo aliquid cõ- 433
mittitur extraiudicialiter expediendum à bono ui-
ro: tũc uidetur haberi reſpectus ad qualitatẽ ipſius
actus expediendi: non autem ad modum, ſeu for-
mam procedendi. Maria Socy. in tracta. de cita. ar-
ticu. 7. col. 14. uerſicu. ſextò probatur. allegat text. in
l. item ſi fundi. §. fina. & in l. ſi pendentes. §. res. ff. de
uſufruct.

Item notandum eſt, quòd licet uerbum, Vi- 434
detur, & uerbum, Placet, de per ſe poſita in di-
ſpoſitione, importent arbitrium boni uiri, ut
ſuprà dictum eſt: tamen ſi ſimul iungantur, pro-
pter geminationem iſtorum uerborum, impor-
tabunt liberum arbitrium, ut tenet Aymo Cra-
neta, cauſidicus, in Senatu Dalphinali, non uulga-
ris, nec contemnendæ authoritatis, & mihi certè

q 2 amiciſsi

Univerſidad de Deusto Biblioteca

amiciſsimus,in cõſil.105.caſus talis eſt.egregius do
minus Andreas.col.2.uerſi.tertiò pondero. allegat
Corn.in conſi.302.præmittendum eſt col.3. uerſic.
dictio enim.in.4.parte.
435 Contrarium tamen in ijſdemmet uerbis, Vide-
bitur,& Placuerit,tenet Paul.de Caſt.in conſil.335.
præalleg.in.1.parte.Roma.in conſil.55. ſi uolumus
dicere. Barba.in conſil.34. & quidem uiſo puncto.
436 col.8.in princ..in.2.parte.bene facit: Nam quando
uerba ad unum finem tendentia geminantur, plus
operantur quàm ſi de per ſe proferantur. Cæpola
in conſilijs ciuilibus Titius procreauit.col.12. uerſi.
quinto modo.cũ multis ſimilibus, quæ ad hoc alle
gari poſſent. Ergo ſi illa uerba de per ſe important
arbitrium boni uiri, multò magis illud importa-
bunt,quando ſunt ſimul iuncta.Ita in terminis no-
ſtris arguit Paul. de Caſt.in conſil.335.præalleg.in
prima parte. Barba. in conſil.36. ſapienter ſcripſit.
col.6.uerſi.modo in propoſito.eadem ſecunda par-
te.Imò quod plus eſt,ſi cum uerbo denotante libe-
437 rum arbitrium iungatur uerbum denotans arbi-
trium boni uiri, illa uerba etiam ſimul iuncta im-
portabunt arbitrium boni uiri.Bartol.in extraua-
gan.ad reprimendum. in uerbo,uidebitur.in ante-
penult.quæſtio.cum ſimilib.ut per Iaſo.in dicta.l.ſi
ſic.in princip.col.penult.uerſic. ſecundò limita. Al-
bertum Brunum in dicto artic.quando cenſea.for-
ma,uel ſolennitas remiſſa.col.23.in princip.Stepha
nus Bertrandus in conſil.45.ex themate.col.3.uerſi-
cu.ad quartum. & col. ſequẽ.in prima parte conſi-
liorum ſecundæ impreſsionis.

Nec



Nec obſtat authoritas Cornei in cõſil.302.præ-
alleg.in.4.parte: quia ibi non dicit, quòd talia uer-
ba importent liberum arbitrium: ſed ſolum dicit,
quòd illa uerba important arbitrium circa quanti
tatem diſponendam. Saluari tamen poſſet opinio
præfati domini Cranetæ, in duobus caſibus: Pri-
mus,quando eſſet geminatio uerbor,quæ de pro-
prietate ſermonis important arbitrium tam bonũ,
quàm malum: Licet ex interpretatione iuris ſtri-
ctius ſumantur,& ſignificent arbitrium boni uiri.
Quia cùm geminatio oſtẽdat enixam uoluntatem
diſponẽtis,quòd talis ſit eius uoluntas, qualem uer
ba ſignificant:talia uerba geminata importarent li
berum arbitrium:quod tamen non audeo ſine tre-
more affirmare, propter authoritatem prædicto-
rum Doctorum,qui indiſtinctè loquuntur.Secun
dus caſus quando ultra geminationem uerborum
concurrerent aliæ coniecturæ. Et ego in facti con-
tingentia ita conſului,& obtinui in iſtis uerbis,Be-
neplacito,& Voluntate: quorum unum importat
arbitrium boni uiri, & aliud liberam uoluntatem, 438
ſecundum communes concluſiones ſuprà relatas.
Et ſis cautus in premiſsis:quia ſi datur alicui ar- 439
bitrium in procedendo, non extenditur ut iudex
habeat arbitrium in iudicando.Bald.in.l. qui pro-
curatorem. col. ſecunda. uerſicu. pone quòd arbi-
trium.ff.de procura. cum ſimili. ut per Decium in
c.ex parte.ſecundo.in tertio notab.uerſicu. & bene
notandum eſt.infrà,de offic.deleg.dixi in libro Pa-
ctorum.pagina.133.& pagina.139. numero.305. &
ſequen.Socy.in conſil.195.circa primum.col.ſecun-

 da,in

da in princip. in ſecunda parte. An autem ſi alicui
committatur cognitio cauſæ, cenſeatur etiam de-
ciſio, uide Petrum Craſſum Mediolaneñ. poſt alios
quos allegat in repetitio.c. cùm ad ſedem. in tertio
notab. de reſtitu. ſpolia.

Item notandum eſt, ut etiam ſis cautus: quia licet
440 uerba importẽt arbitrium boni uiri: ille tamen qui
arbitratur ut bonus uir, non dicitur excedere man
datum: licet alius potuiſſet melius arbitrari. Nam
uidemus quòd habens arbitrium in eligendo, non
tenetur eligere idoneiorem, ſed ſufficit quod eligat
idoneum. Bartol. in. l. cùm quidam. ff. de leg. 2. gloſ.
in uerbo, magis utilem, in. c. conſtitutis. 2. infrà, de
appella. & in. c. 3. infrà, de iure patro. Freder. de Se-
nis quæſtio. 95. ſuper dubitationum articulis, in pri
mo dubio. Et ideo ſi materia non repugnet, poteſt
eligere filium ſuum, ut in iſtis terminis tradit Bar-
ba. in conſi. 19. præallega. col. octaua. in ſecunda par
te. per id quod not. Bal. in. l. imperator. per illũ tex.
441 ff. de pact. quòd habens arbitrium diſtribuendi bo
na inter pauperes, poteſt diſtribuere conſanguineis
ſuis, ſi uerè ſunt pauperes. Et plura alia ad hoc alle-
gat, ut ibi per eum. Addo Paridem de Puteo in tra
cta. de ſyndica. in uerbo, an ſubſtituens. circa finem.
in illa quæſtione, an poteſtas poſsit facere filium
ſuum uicegerentem.

442 Item notandum eſt, quòd ubi dubitatur, an uer
ba importent liberum arbitrium, an uerò arbitriũ
boni uiri: in dubio uerba referuntur ad arbitrium
boni uiri. Barto. in. l. cùm pater. §. filius. ff. de lega. 2.
Decius in conſil. 562. uiſo puncto. in fine. in ſecunda
particula



particula tertiæ partis. uerba enim debẽt deſeruire
rationi & æquitati etiam coniecturatæ. Panor. in
c. fi. col. 5. de iureiur. Ludouicus Gomeſsius in com-
mento regularum Cancellariæ, in. 2. quæſtio. ſuper
regulam de iure quæſito non tollendo, numero. 5.
Faciunt quæ dicam infrà allegando Hieronymum
Gigantem. Item notãdum eſt, quòd etiam ſi uer-
ba importent arbitrium boni uiri, in dubio præſu
mitur quòd ille cui facta eſt commiſsio ſit arbitra-
tus tãquã bonus uir: & qui uult dicere arbitriũ ini
quum, hoc probare debet Dyn. in conſil. 19. Tholo-
meus maneñ. in. 2. dubio. Pet. de Ancha. inter cõſil.
Calde. conſi. 5. cui incumbat. in prin. in tit. de arbit.
& ita etiam aliâs in facti cõtingentia conſulendo te-
nui. Idem etiã tenet Bal. in conſi. 75. dominus Tho-
mas Aſmarinus. col. 2. uerſi. tertiò pręmittendũ eſt.
in fi. in. 3. parte ſecundum antiquam impreſsionẽ. &
hoc uerum, niſi petita fuerit reductio ad arbitrium
boni uiri. Iaſ. in conſi. 88. ego quoq; in fi. in. 1. parte.

Vltimò notãdum eſt, quòd arbitrator, uel alius
habẽs ita latũ arbitriũ, tenetur ſequi ueritatẽ, unde- 443
cũq; illam habeat, etiã per garritũ auiũ: ut inquit
Hoſt. in. c. quintauallis. de iureiu. Bal. in. l. fi. C. de cõ-
trahen. empt. Iaſ. in conſi. 88. ego quoq;, col. 2. uerſi.
tertio ex alio dicitur læſa. in. 1. parte. Facit, quia ueri 444
tas à quocũq; dicatur à ſpiritu ſancto eſt, ſecũdum
Ambro. quẽ refert Archiep. Flor. in prologo hiſto
riarũ. Facit tex. in. c. ſi quid ueri. 37. di. & propterea
arbitrator poteſt informationes ſumere ore tenus, 445
ſecũdũ Imo. in. d. c. quintauallis. Iaſ. in. d. cõſi. 88. ubi
tñ dicit, quòd tũc arbitrator tenetur citare partem.



Universidad de Deusto Biblioteca

Ex prædictis ſint expeditæ prima & ſecunda pars huius gloſ. finalis.

Ex tertia & quarta partibus gloſ. colligitur ar-
446 gumentum cum reſponſione: quia tex. prohibet ne quis ducatur ſuo ſenſu: & tamen iura dicunt, iudicem poſſe iudicare ſecundum æquitatem, prout ſibi iuſtum uiſum fuerit: quod argumentum colligunt Doctores ex tertia parte gloſ. Et licet antiqui ad hoc argumentum uario modo reſponderint: uera tamen & communis reſponſio eſt illa: quæ colligitur ex quarta parte gloſ. fatendo argumentum gloſ. in his quæ à lege non ſunt determinata, ut ſcilicet in illis poſſit iudex uti ſuo ſenſu: ſecus in his quæ ſunt à iure determinata. Quia in illis iudex tenetur ſequi iura. Et propter hoc Petr. de Ancha. in repetitio. huius cap. col. 61. & ſequen. examinat quæ ſit poteſtas iudicis in arbitrariis. Et pro hac limitatio. faciunt quæ dixi in lib. Pactorum, pagina. 137.
447 numero. 301. facit etiam: quia ſi datum eſt poteſtati liberum arbitrium in criminalibus, tunc ſolum uidetur datum liberum arbitrium in illis caſibus, in quibus non eſt determinata pœna à conſtitutione ſuperioris. Paul. de Caſt. & Doct. in. l. certo generi. §. fi. per illum tex. ff. de ſeruitutib. ruſtic. præd. Hippoly. de Marſil. in. l. j. §. ſed ſi quis. circa finem. ff. de ſal. & ſing. 397. arbitrium. Item facit quod generaliter dici ſolet omnes caſus in quibus non poteſt da-
448 ri certa regula eſſe in arbitrio iudicis. l. merito. de uſur. cum ſimilibus, ut per Paulum de Eleaza. in cap. paſtoralis. col. ſexta. ad finem, de cauſ. poſſeſſ.
449 & proprieta. in paruo uolumine. & ubicunque ius ſcriptum



ſcriptũ nõ habemus, debemus æquitatẽ ſequi, quæ ex naturali iuſtitia cõſtat, & naturalibus inſtrumẽtis. Bal. in. l. ædem. col. 2. C. loca. per tex. in. c. fi. infrà de tranſact. & quando aliquid committitur nec reperitur lex quæ ſtatuat quid agendum: tale nego- 450
tium uidetur commiſſum iuxta æquitatem: ut per Hieronymum Gigantem in tract. de penſionibus eccleſiaſticis. quæſt. 53. ad fi.

Et licet in caſibus à iure non deciſis iudex poſſit 451
iudicare ſecundum æquitatem: non tamen abſolutè uerum eſt, quòd poſſit niti ſuo ſenſu, quia tenetur uti ſenſu regulato dictamine rationis: ut probat tex. in. l. unica. ibi, uel quæ cum competenti moderamine proferuntur. ubi alias dixi ponderando illa uerba, Competenti moderamine. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Et ſi datum ſit iu- 452
dici liberum arbitrium, nihilominus debet adhibere cauſæ cognitionem. Ad hoc pondero text. in. l. j. §. expilatores. ibi, cauſa cognita liberum erit arbitriũ. ff. de effracto. Et in tali cauſæ cognitione quæ ſint conſideranda uide Lucam de Penna in. l. unica. C. de colonis Illyricis lib. 10.

Et ad prædicta notandum eſt primò, quòd ubi pro aliquo delicto uenit imponẽda pœna arbitrio iudicis: nõ poteſt iudex arbitrari & declarare illam pœnam à principio officij ſui. Quia declaratio quę 453
poteſt recipere uariationem in tempore, nõ poteſt ante tẽpus fieri. l. cũ pater. §. filia. & ibi Bar. in fin. ff. de leg. 2. Deci. in. c. de cauſis. col. 2. in fi. infrà de offi. deleg. & in cõſi. 416. in teſtamento. col. fi. in. 3. parte.

Secundo quòd dictum eſt de pœnis à iure non

 deter

Universidad de Deusto Biblioteca

determinatis,ut illæ ſint in arbitrio iudicis, de pla-
454 no procedit, ubi circa pœnam imponendam nulla
eſſet conſuetudo:ſed ſi cõſuetum eſt imponi. talem
pœnam, iudex debet illam ſeruare:aliàs ſi illam ex
cedit,dicitur grauare partem. Stepha. Aufreri in
cle.j.col.100.in prin.de offi.ord.in paruo uol.

455 Tertio licet iudex in non determinatis à iure
habeat arbitrium:ſi tamen de aliquo caſu eſt com
munis concluſio,tenetur illã ſequi: ut tradũt Doct.
hic,qui propterea latè inſiſtũt circa hoc,an & quan
do iudex teneatur ſequi communes concluſiones,
& qualiter iudicare debeat in caſibus dubijs: ad
quorum dicta me remitto. An autem & quando
iudex poſsit iudicare ſecundum conſcientiam, uel
teneatur iudicare ſecundum allegata & probata,
quia non eſt propria materia huius capituli, uide
Feli.ponentem regulam cum ſeptẽ limitationibus,
in.c.paſtoralis.§.quia uero.col.pe.infrà de off.dele-
ga.Pet.de Ancha.in rep. huius capituli col.66.uer-
ſic.poſtremò pro declaratione. Lamber.de rampo.
in lib.diſtinct.ſuper.ff.ueteri.In diſtinctione quam
fecit ſuper.l.illicitas.§.ueritas.ff.de off.præſidis.Ha
ſtezanum in.j.parte ſuæ ſummæ lib.j.tit.18.art.10.
col.2.uerſi.quid de iudice. Tartaretum ſuper quin-
tum Ethicorum Ariſt.librum. Archiep. Flor.in.3.
456 parte ſuæ ſummæ tit.9.cap.2.§.6. Et quando caſus
eſt ualde dubius,excuſatur apud Deum & homi-
nes iudex eligens illam opinionem, quam ſecundũ
Deum & conſcientiam credit eſſe ueram, licet po-
ſtea contrarium declaretur:ut conſulendo tradunt
Anto.de But.& Pet.de Ancha.in conſil. 210. inter
contra



contraria.quod conſilium egregiũ eſt & maximè
notandum in hac materia. idem tenet Decius in
conſil.176.uiſo the.col.5.uerſic.& ſi dicatur.in.j.par
te Hiero.Gratus in conſil.j.ſpecies facti.col.7.in fin. 457
uerſic.tertio ſi in dubijs.in.2.parte.& iudex errans
in ſubtilitatibus iuris non pecat mortaliter. ut not.
Bal.in.l.Labeo.C.quomo.& quã.iud.allegat Inno.
in.c.per tuas.2.col.2.infrà de ſimo.plura ad hoc al-
legat Franc.de Curt.iunior in conſil.6. circa primã
dubitationem.col.12.circa fi. Poteſt etiã iudex mo- 458
ueri ad iudicandum ex aliqua confeſsione coram
ſe facta, non redacta in actis, ut eſt ſingulare dictũ
Bal.in.l.j.col.fi.uerſic.quæritur nunquid.C.de uin-
dict.liberta.per glo.not.in.l.quotiens.§.fi.in uerbo
hęredem ff.de probat.& hoc dictum aureũ ac me-
moria æterna dignum reputat Feli.in.c.cum uene-
rabilis.col.13.uerſi.contrarium tamen ſingulariter.
infrà de except.Et hoc dictum ſequitur Alex.in.l.
ſi is ad quem.col. penul.in prin.ff.de adq.hæred.&
dicit Sali.in.l.3.ad fin.C.de ſenten.ex peric. recitan. 459
quòd ſententia iudicis non dicitur nulla, tanquam
ex non probatis lata, quando refert ſe ad inſtrumẽ
tum,de quo ſæpe in iudicio fuit facta mentio, licet
aliter productum non fuerit:quod eſt bene notan-
dum.Et licet de hoc relinquat cogitandum, tamen
pro confirmatione huius dicti uide aliud ſingulare
dictum relatum per Iaſ.in.l.uinum.col. pe.uerſicu.
quarto confirmo.ff.ſi cert.peta. Quòd ſi iudex in
ſententia dicit,quia per A,& B.probatum eſt, Etiã 460
ſi illi teſtes dixerint ſe nihil ſcire,tenet ſentẽtia:quod
utile & quotidianum dicit Alex. in dict.l.ſi is ad
quem

Universidad de Deusto Biblioteca

quem.col.6.uerſic.ſubdit.

Item circa incumbentia iudicij in eius officio notanda ſunt pulchra uerba Bal.in.l.2.col.fin.uerſicu. ſcias tamen.C.de ſenten.ex peric.recitand. quòd iu-
461 dex debet habere duos ſales,ſcilicet ſapientiæ , alias inſipida,& ſecuræ conſcientiæ, alias diabolica. Et, ueritas et ęquitas ſunt duo lapides angulares,quos debet ſeruare iudex, ut inquit Baldus in.cap.quoniam contra falſam. infrà de proba.alibi dicit Bal. in conſil.98.mulier maritum duxit ad fi. in.2.parte ſecundum antiquam impreſsionem, quòd iudicantes debent habere præ oculis ueritatem:quare non facile ad culp.culpam ueniũt,qui ueritatem examinant. allegat bonum text.in auct. ut deffuncti ſeu funera in princ.& iudicantem cuncta rimari oportet.c.iudicantem.30. quæſt.5. etiam adiacentia expreſsis ſecundum Bal.in conſil.8. ſuper quæſtione. col.fi.poſt prin.in.j. parte. non debet feſtinare nec pręcipitare ſententiam.c.deus omnipotẽs.2.quæſt. j.Feli.in prin.ſuæ lecturæ,uerſic.in glo.primi libri. Hippolyt.de Marſil. in.l.ſtatu liber.col.penul.ff.de quæſt.Decius in dict.c.cũ uenerabilis.col.5.except.
462 Nec etiam debet iudex iraſci,aut moueri affectu aliquo ad fauorem uel odium. Nam ut Quintilianus lib.6.Inſtit.Orat.& Mercurius Vipera lib.5. de rebus præclare dictis ac geſtis, inquiunt: cùm iraſci iudices,fauere,odiſſe,miſereri ceperũt, agi iam rem ſuam exiſtimant.Et ſicut amantes de forma iudicare non poſſunt,quia ſenſum oculorũ premit amor: ita inquirendæ ueritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus. Et ut inquit Plinius lib.epi-

ſtolarum



ſtolarum.6.ad Arrianum ſcribens, quòd iudeſt primum religioni ſuæ patientiam debet. Quia tamen ut inquit Quintilia. lib.5. inſtit.ora.c.j. naturale eſt ut iudices his quos libenter audiunt,facilius credãt: Ideo male faciunt,qui iudicem de facili exaſperant, 463
ut inquit Panor.in.c.conſuluit.in prin. infrà de off. delega. Et quia quatuor ſunt quæ rectũ iudicium peruertunt.c.quatuor ſunt.11.quæſt.3.ideo iudices timoratæ conſcientiæ ſi uident in aliqua cauſa ex aliquo illorum quatuor eorum iudicium peruerti poſſe,ſe ſubtrahant à iudicando in illa cauſa, committendo alij illam cauſam:pro quo facit quod habetur eccle.7.c.poſt prin. Noli, inquit eccleſiaſtes, quęrere fieri iudex, niſi per uirtutem poſsis irrumpere iniquitatem.refert. Pet. de Ancha.in.c. in cauſis.in.10. not. & ibi Imol.in. 14. nota. infrà de elec. quiſquis enim iudicandi munus adipiſci deſiderat prius uires ſuas cum eo quod eſt ſubiturus onere metiatur,ut ſi eſt impar, abſtineat:& ad id cum metu,& cui ſe ſufficere exiſtimat, accedat: ut de ſacerdotibus inquit tex.in.c.non eſt,eſt putanda.in fin.j. quæſt.j. faciunt uerba Lanceloti Politi, quæ infrà referam. Et licet, ut dictũ eſt,iudices timoratæ conſcientiæ ſe ſubtrahant à iudicãdo in cauſa in qua ſuſpicãtur eorum iudiciũ ex aliqua dictarũ quatuor cauſarũ ſubuerti poſſe,tamen de iure poſitiuo hoc nõ teneantur facere nec ex eo quòd ſuperior alicui indignetur debet iudex à iuſtitia deuiare, quia magis timere debet pœnã.ca.cũ æterni.de re iud.in.6. quàm indignationem ſuperioris. Corn.in conſil. 10.uiſa fuit.col.3.in fi.in.j.parte.faciunt uerba Lan-

celoti

celoti Politi in tract. de offi. aduocati. quæ retuli ſupra nu. 270. Et tam ad propoſitum de communi opi. ſequen. quàm ad materiam Quomodo in iudicando iudex ſe habere debeat, quodq́ iudex ſalem ſcientiæ habere debeat. Notanda ſunt pulchra uerba Lanceloti Politi, in repet. l. filium quem habentem. col. 47. in princ. C. famil. hercis. ubi ſic inquit, quòd ſi cōſideret Iaſ. iā arbitror neq; in iudicando neq; in diſputando ab opinione communi recederet, à qua fateor recedendum eſſet, ubi manifeſtiſſimè ratio & ius refragaretur: quanquàm infiniti noſtra hac tempeſtate qui iudicando præſunt ita communes opiniones obſeruant, ut & rationibus & iuribus, imò & ſi euangelium oponatur, euangelio aures claudant: quas utinam etiam rectè intelligerent. Nam hic pernicioſiſsimus error res publicas regentium eſt, ut plerunq; indoctiores (parcant ipſi obſecro huic ueritati) iuri reddendo præponant: quod non ſolùm illis calamitoſum eſt, quibus ius redditur: uerum etiam capitale in animam tam illis ipſis, qui eiuſmodi (ut ita dixerim) doctorellos tantæ rei præficiunt, quàm ipſis præfectis. Sed ne dixerit aliquis, Quis es tu domine, & quantus es in ciuili ſapientia? Sciat quicunq; qualis qualis ſim, qui quantus ſum, à deo ſum. Quotiens id negotij demandatum eſt, nam quater ad ſummum hoc mihi oneris ſuſcepi, & in cauſis non multi ponderis: quoties inquam de mandato reus aliquis condemnandus fuit, uel abſoluendus, & in mentem illud uenit quod in l. rem non nouam. C. de iudi. uerè dicitur, ita trepido modo proceſsi ad ſententiam, ut nihil in



in tota uita inuitior & formidoloſior egerim. Quādo & illud, præterquam quod imperitia accidit, maximè in periculum nos adducat, quòd neſcio qua in quauis cōtrouerſia plerunq; plurium, quos etiam nunquàm uiderimus, & à quibus nihil in nos beneficij profectum ſit, ille uel ille gratior haberi contingat. Sed hoc nimis forſan lectori ſtudioſo, quando hæc deplorari magis, quàm corrigi poſſint. Hæc ille Lancelotus Politus, qui poſtea Ambroſius Catherinus uocatus eſt, & relictis iuris ciuilis ſtudijs, ad ſacroſanctæ ſcripturæ ſcientiam & ſtudia, religionem ingreſſus, ſe contulit, interq́ orthodoxæ fidei buccinatores egregius certè magnaq; celebritate dignus factus eſt. Et ad iſtum ſalem ſcientiæ quem Bal. ut prædictum eſt, in iudice requirit, maximè pertinet quod ſcribit Aeneas Syluius, qui poſtea Pius. II. Papa factus eſt in epiſt. 10. ubi laudat quendam regem, quòd ad rem publicā gubernandam uiros ſapientiæ ſtudioſos aduocaret: poſtea ſic inquit, Vtinam omnibus principibus idem animus eſſet, quia non ſic omnes ignorantiæ plenæ forent prouinciæ, nec ſummi magiſtratus propter inſcitiam officialium deturparentur. Addo ad iudicem maximè conuenire, quod præclarè inquit Patritius libr. 3. de republ. titul. 6. nihil in repub. tam incorruptū eſſe debere quàm iudicium, & animus iudicis debet eſſe uacuus ab omni prece, pretio uel amore ut inquit Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu. in uerbo an ſi tempore, in fine. Plura copioſius de iudice benè uel malè iudicante, deq; his quæ ad eius officium ſpectant, require ex Archiep

Universidad de Deusto Biblioteca



Archiepiſco Florentino in. 2. parte ſuæ ſummæ.
tit.j.cap.19.per totum & in.3. parte ſuę ſummæ tit.
9.c.j.per totum.Cælio Rhodigino lib. 23. lectionũ
antiquarum.c.14. ubi refert, Aegyptijs regibus ex
pręſcripto legis antiquæ moris fuiſſe iudices mox
futuros iure iurãdo adigere,ne ſi rex quidem iniu-
ſti quidpiam iniunxiſſet,à uirtutis medio declina-
turos,nec lineam omnino(quod dicitur)moturos:
465 .& ſubinde adagij loco Aegyptiũ iudicem integrũ
nec conſtupratum,ſed ſanctum, nihil pręmio,nihil
metu à iuſtitiæ ſemita digredientem iudicẽ ſigni-
ficare. Addo quòd Alexander magnus quoties in
iudicio actor aliquis cauſam dicebat abſente reo, al
terã tantũ aurem prębere dicenti,alteram manu oc
cludere ſolitus eſt.ut ſignificaret, alteram ſe aurem
ad reum audiendum cõſeruare ſaluam, & utranq;
partem ex æquo audiendam eſſe, ut Plutarchus in
eius uita teſtatur. Et imaginem iudicis qui iuſtitiæ
miniſtrandæ præeſt tradit Budæus in.l.iuſtitia.ff.
de iuſt.& iur.ubi plura ex Heſiodo & Demoſthe-
466 ne de bene uel malè iudicantibus. Et omnia debet
iudex tranquilla mente peragere. Card. per illum
tex.in.c.illa.11.quæſt.3.& cognita facti ueritate, dũ
467 illud uult ad ius applicare,ſi non habet deciſionem
in terminis,dicitur ire per uiam ſillicatam,ſecundũ
Bal.quem refert Ioan. Bapt. Cacialupus in repet.l.
468 admonendi.col.88.in fi.ff. de iureiuran. Et tũc non
ex uno argumento ſed ex multis iudicare debet, ſe
cundum Bal.in conſil.18.inſtrumentũ.in fi.in.j.par
te per tex.in.l.milites.§.oportet.C.de quæſt.&.l.iu
bemus.C.de probat.Faciunt pulchra uerba Quin-





tiliani in.5.inſti.Orat.lib.c.12.Si nõ poſſunt,inquit,
ualere,quia magna non ſunt,ualebunt quia multa
ſunt:quæ ad eiuſdem rei probationem ſpectant.Et
paulò poſt: Vniuerſa uerò,inquit,nocent, etiam ſi
non ut fulmine, tamen ut grandine. Et propterea
non debet uereri aduocatus in ſuis iuris allegatio-
nibus omnes rationes ponere,etiam ſi quædam ex
eis uideantur ſibi friuolæ. Quia iudex quandoq;
mouetur per rationem quæ nihil ualet,ubi nõ mo
ueretur per rationem uigentem, ut dixit Anto. de
But.in.c.per tuas.qui fil.ſint legit. Cepolla cautella. 469
96.ſunt multi procuratores.& dicit Corn.in conſil.
12.reperio me cõſuluiſſe.poſt prin.in.4.parte,quòd
quandoq; media colorata & non firma mouent
mentem iudicis. & ita refert ſibi in caſu illo conti-
giſſe.& Pli.lib.2.epiſt. ad Arrianum ſcribens,epi-
ſtola incipiente,Soleo non unquàm.in fi.de cauſidi
cis loquens: At quædam, inquit, ſuperuacanea di-
cuntur: Sed ſatius eſt & hæc dici, quàm non dici
neceſſaria:præterea, an ſint ſuperuacanea, niſi cùm
audieris,ſcire non poſſes:hæc ille. Et iniuſti iudices 470
perſonarum ſunt acceptatores, non attendunt me-
rita cauſarum,ſed merita perſonarum: non lucra,
ſed munera:non iuſtitiam, ſed pecuniam:non quid
ratio dictet, ſed quid uoluntas affectet:nõ quid lex
ſanciat,ſed quid mens cupiat:nõ inclinat animum
ad iuſtitiam, ſed iuſtitiam ad animum:nõ ut quod
licet libeat,ſed ut quod libet liceat: pauperum cau-
ſas cum mora negligunt, ad diuitum cauſas cum
inſtantia inſiſtunt:in illis rigorem oſtẽdunt, in iſtis
manſuetudinem diſpenſant: illos cum difficultate

Universidad de Deusto Biblioteca

reſpiciunt, iſtos fauorabiliter tractant : illos negli-
genter audiunt, iſtos attentè auſcultant : ſit lucrum
in archa, damnum in conſcientia: pecuniam captāt,
animam captiuant : nil dicunt niſi uenalitate, uel
ſorde: ſępe iuſtitiam tantum differunt, quòd litigan
tibus plus quàm totū auferunt, quia maiores ſunt
expenſæ, quàm fructus ſententiæ. Hæc ſunt uerba
Albe. de Roza. in ſuo dictionario, in uerbo iudex.
ubi etiam allegat ludum ſcachorum, in. c. de arphi-
lis. ut non miretur aliquis, ſi in libro Pactorum pa-
gina. 249. in prin. librum de ludo ſcachorū ad aliud
propoſitum allegarim, poſtquàm Albe. de Roza.
uir tantæ autoritatis eundem librū allegauit : nun-
quàm enim mihi placuit illorum opinio, qui ſub-
uerentur aliquorum authoritatem citare, niſi eorū
quos citāt autoritas ſuprema inter profeſſores eius
artis eſſet: utpote, qui nemini ſuam laudem ſubtra-
here uelim, nec quenquam contemnere: ut illud ad-
471 dam, quod plerunque dicere ſolitus ſum, Nullum
tàm malum librū eſſe, qui aliqua ex parte non pro
deſſet. Quapropter cùm Vergilius ſe Margaritas
ex cœno legere profiteretur. Franciſcus Patricius
in epiſtola præliminari & in procœmio librorum
de republica grati animi eſſe inquit eorum nomi-
na profiteri, quos imitemur, & à quibus accepi-
mus, & pleraque alia in. hanc ſententiam inducit.

Cęterùm poſtquàm de his quę iudici ius dictu-
ro incumbūt abunde diximus, non impertinenter
hic citare licebit pulchra uerba Alexandri Papæ
primi in epiſtola decretali, quam ad orthodoxos
ſcripſit: ubi loquens de his quę facere debet ille, qui
contra



contra alium querelam ſe iuſtè habere putat, ſic in-
quit : Boni nempe & uerè Chriſtiani hominis eſt,
rē ipſam omnibus amicitiæ ac pacis legibus prius 472
tentare, quàm in iudicio (ubi frequenter amariſsi-
mus animæ rancor innaſcitur) ſuum ius pertinaci- 473
ter experiri. Quæ uerba puto notanda ad. l. quidā
Iberus. ff. de ſeruitu. urba. prædi. per quam dici-
mus, quòd de honeſtate debitor extra iudicium in
terpellari debet, antequàm trahatur ad iudicium
De quo uide plenè Hippolytum de Marſil. in. l. pa-
tre uel marito, col. 6. uerſic. & quia iſta materia ex-
penſarum. ff. de quæſt. & in pluribus uerſiculis ibi-
dem ſequen. Item an iudex corruptus ferens iniu-
ſtam ſententiam pro parte corrumpente grauius
delinquat, quàm ipſa pars corrumpens, uide Buri-
danum. in quinto Ethicorum quæſt. 24. ubi tradit
de illis uerbis, quæ Ieſus Pilato dixit, Qui tradidit 474
me tibi, maius peccatū habet. Et Tartaretus ſuper
dictum lib. 5. Ethicorum Ariſt. concludit, quòd iu-
dex corruptus per cupiditatē, magis peccat, quàm
pars corrumpens: ſecus in iudice corrupto per me-
tum, cuiuſmodi erat Pilatus.

## SEQVITVR CAP. II.

EGo in hoc text. procedam ſummariè, ut cele-
rius perueniam ad. c. cum omnes. quod inten
do copioſè examinare. diuiditur ergo iſtud capitu
lum in. 4. partes. in. j. parte ponitur principium an-
tiquæ decretalis: in. 2. ponitur. unum dictum: in. 3.
ponitur aliud dictum: in. 4. ratio ſecundi dicti. Secū

Universidad de Deusto
Biblioteca



da ibi,rẽ que culpa. Tertia ibi,quotiens uerò.Quar
ta ibi,ne detrimentum.
1 Sũmatur ſic, aliter quàm Doct. ſummauerint,
& erit melius ſummarium. Antequàm fiat conſti-
tutio prohibitiua,imperatiua,aut pœnalis , faciens
actum à conſtitutione prohibitum,aut non faciens
actum à conſtitutione imperatum,non dicitur eſſe
in culpa:& propterea nec incidit in pœnam.Et hoc
ſummarium licet ſit longum , tamen continet to-
tum textum.
2 In ſupraſcriptione dũ dicitur, Gregorius in rege
ſto:clarè apparet, quòd hæc decretalis fuit ſumpta
ex regiſtro Gregorij.Quid autem ſit regiſtrum, de
clarat Panor.in.cap.cũ ex literis,in pe.not. infrà de
reſt.in.integ.& aliud eſt regiſtrare,aliud inſinuare,
gloſſa. in uerbo inſinuare in. §. eſt & aliud. inſt.
de dona.quamuis regiſtratio ſit ſimilis inſinuatio-
ni,ut uult Guali.in.l.j. in princip.in.j.nota. ff.ſolut.
matrimo.
3 In tex.ibi rem &c.hæc dictio,res, in tex.noſtro
capitur pro perſona,ut Decius hic dicit: nec poteſt
ſignificare rem inanimatã in caſu huius text. quia
culpa afficit animam ca.auditis.11. quæſt.3. pariter
nec poteſt ſignificare corpora,quę habent animam
Irrationalem,per ea quæ tradit Socy. in conſil.55.
præſtantiſsime doctor col.3 uerſic.tertio principa-
liter.in.j.parte ubi propterea infert,quòd ſtatutum
loquens de pœna dantis damnum,nõ comprehen-
4 dit damnum datum ab animali irrationali, in quo
non cadit culpa,nec delictum. Et ſecundum prædi
cta iſte text.clarè probat,quòd appellatione,rei,ue-
nit



nit perſona. Ad idem text.in.l.omnia §.fi.ff.de leg.
2.per quem.Bal.Imol.& Paul.de Caſt.ibi inferũt, 5
quòd publicatis rebus alicuius,cenſentur etiam pu
blicati ſerui,& uaſſali ipſius. Sic etiam ſi eſt immu- 6
nitas, ſeu exemptio data rebus , intelligitur etiam
cõceſſa hominibus.Io.de Platea per illum tex.in.l.
ſeruatorum.C. de dignita. lib.12.ubi dicit,hoc face
re pro deciſione quæſtionis, quæ erat inter præla-
tos & regem:quia prælati uolebant immunitatem
conceſſam eccleſijs extendere ad perſonas.Plura de
hoc tradit Iaſ.in.l.ſerui electione. §.Labeo.in.2.no.
ubi eſt.do.de Ripa.ff.de lega.j.Barba.in conſi.26.ſa
pienter ſcripſit doctiſsimus.col.4.in.2.parte.& ple-
nius dixi in.l.rei app ff de uerbo.ſig.ubi etiam ple-
nè tractaui,quid ueniat appellatione rei.
In tex.ibi,Culpa caret. ex iſto tex.colligũt Hoſt, 7
& Pet. de Ancha. hic unũ morale,Qui culpa caret
careat me iudice pœna.Pro quo faciunt multa quę
dixi in.c.præceden.in.j.parte glo.fi. ad idem tex.in
l.ob. maritorum. cum ibi notatis.C. ne uxor pro
ma.& in.c.quedam cum fratre,in fin.32.quęſt.7.&
ideo Bal.hic ſummat iſtum tex.hoc modo:Qui nõ
tranſgreditur,nõ punitur,nec uituperatur: ſed qui
tranſgreditur,culpatur, & punitur. Et regula hu-
ius tex.eſt regula iuris naturalis , ut inquit Bald.in
Auct.niſi tricẽnale.uerſic.ſed quid dices.C.de bon.
mater.ubi ex hoc infert ad ſtatutũ, quòd omnibus
currat præſcriptio , qui ſua debita non exegerint
infra decem annos quòd nõ comprehendit filium
famil. qui eſt impeditus agere uiuẽte patre.Idem te
net Decius in conſil.468.ſuperiori anno,circa fin. in

Universidad de Deusto
Biblioteca



2.parte.3. partis. & in conſil.498.uiſo caſu.col.pen.
in prin.eadem parte.& in tantum procedit,quod li
cet hæres repræſentet perſonam defuncti, ut dicit
tex.in auct.de iureiurã. à morien.præſti.in prin.&
teneatur exonerare cõſcientiam defuncti,per not.in
c.fi.de ſepul.in.c.ſuper eo tit.& in.c.cum cauſam.de
rapto.tamẽ uinculũ unius nõ ligat animã alterius,
ut tradit Socy.in cõſil.60.ut phas perpetuo.col. pri
ma in fi.in.j.parte.reliqua ad hoc not.uide par Bar-
ba.hic.& poſſet hoc not.exornari ex pluribus alijs
quæ tradit idem Barba. in conſil.16. clementiſsimi
dei,aliâs incipit, capio primum.col.4. uerſic.capio
aliam dubitationem.in.2.parte.

In tex.ibi,in damnum:hic damnum pro pœna
ſumitur,ad idem tex.in.l.ſi pro fure.in prin.iuncta
glo.in uerbo damnum.ff.de cõdict.furt. quod pro
cedit etiam ſi loquamur de pœna corporali; quia
tex.generaliter loquitur, quamuis propriè damnũ
8 non referatur ad corpus, cùm dicamur damnum
à periculo eo differre, quia periculum ad perſonã,
damnum ad bona refertur. Alciatus in.l.aliud eſt
capere.§.hæc uerba.ff.de uerbo.ſig. quapropter dã
ni appellatione ex propria ſignificatione pœna nõ
continetur,ut tradit Decius hic in.2.lect.quam opi.
9 ſequutus eſt.do.de Ripa in.l.3.col.pe.uerſic.dubita-
ri etiam poteſt.ff.de dam.in fact.ubi infert, quòd in
generali remiſsione omnium bonorum non con-
tinetur pœna. Sed tamen aduertendũ eſt quia hæc
opi.quòd appellatione damni propriè non ueniat
pœna, uidetur mihi dubia per iſtũ tex. in quo non
eſt uerifimile papam impropriè fuiſſe loquutum.





Quare magis placet, ut dicamus, quòd damnum 10
duobus modis capi poteſt: uno modo in genere,
& tunc appellatione damni propriè contineatur
pœna: alio modo in ſpecie, & tunc differt à pœ- 11
na quia pœna eſt lucrum ex parte petentis, ut dicit
Baldus in lege unica. C. ſi rector prouinciæ. per
illum textum in uerbo, lucratiuam. damnum au-
tem ex parte petentis non eſt lucrum, quia qui pe-
tit damnum, certat de damno uitando: & ſecun-
dum hãc ſignificationem appellatione damni non
continetur furtum, ut notat Baldus per illum tex- 12
tum in.l.nauta.§.quæcunque. ff.nautæ, caupones
quia res furto ſubtracta non exit à dominio eius
cui furto ſubtrahitur.l.ſi mancipium.C.de rei uen-
dicatione. &.l. ſecunda. C.de furt. de quo tamen
articulo, an appellatione damni contineatur fur-
tum: uide latè domin.de Ripa in dicta.l. tertia.co-
lumna. 1.ff. de damno.infect. Franciſcum de Cur-
te. iuniorem in.l. ſi familia in. 4. nota. ff. de iuriſ-
diction. omn.iud. Alb. in.l.in hoc iudicio.ff.de ſer-
uo corrupto. Hippolytum de Marſilijs. in conſi-
lio ſexto, in cauſa accuſationum, columna.j. & de
dãno in ſpecie ſumpto uide remiſsiuè Philippum
Franciſ. in. capi. ſi canonici. §. ſcituri. ſuper gloſſ.
in uerbo damnis de offici.ord.in.6. Similiter appel
latione damni non ueniunt expenſæ, ut eſt textus 13
formalis in capitulo, in noſtra, infrà de iniur. de
quo plura tradit dominus de Ripa in dicta.l.ter-
tia col.pen.uerſic. inſuper dubitatur.ff.de damn. in
fect. & dum ibi dicit, quòd appellatione expenſa-
rum non ueniunt damna, addo.glo.in.c.diſpendia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in uerbo expenſarum & ibi Philippus Francius de
14 reſcript. in. 6. pariter appellatione damni fructus
non continentur,ut not.Bal.in.tit.de pace conſtan.
in uerbo cum fructibus . Facit, quia damnum eſt
de prædicamento qualitatis: fructus autem ſunt
de predicamento ſubſtantię:reliqua ad hoc notabi
le pertinentia require ex his quæ plenè dixi circa
hanc materiam in rubr.ff.de in litem iuran.

15 In textu ibi, quoties plura Significata huius
dictionis Quoties ponunt Cardinal. hic Barbat.
col.4. & Decius in.2.lect. ubi etiam tradit de illo
qui promiſit repræſentare aliquem totiẽs quotiẽs:
de quo dixi in rep.l.unicæ. in.j.not. C. de ſenten.
quæ pro eo quod intereſt.

16 In tex.ibi, uero.Hæc dictio non poteſt ſtare ad-
uerſatiuè ſed illatiuè:non enim ſemper aduerſatiua
ſeruat ſuam naturam, ſed ſapius impropriatur.ut
eſt glo.in uerbo cæterum.in.l.pe.ff. de uino,tritico
oleoq́ leg.ſi enim ſeruaret ſuam naturam aduerſa-
17 retur præcedentibus in iure & in facto: quia dictio
Verò, poſita ſine copula,aduerſatur pręcedentibus
In iure & in facto:& ſi ponatur cum copula,aduer
ſatur in facto,& non in iure,ut eſt gloſ.in.l.ſed & ſi
lege.in prin.ff.de peti.hære. Bart.in.l.hoc amplius.
§. de his. ff. de damno infecto. cum ſimilibus. &
dictio Verò,inducit repetitione m qualitatum præ
18 cedentium: ideo ſi ſtatuto cautum eſſet, quòd ex-
tantibus maſculis filiæ ab inteſtato non ſuccedant,
ex teſtamento uerò contentæ ſint quacunq; re ſibi
in teſtamento relicta.illud uerbum,Extantibus ma
ſculis,cẽſetur repetitũ etiã ubi agitur de ſuccedẽdo





ex teſtamento,ut tradit Bal.in repe.l.omnes popu-
li.col.8.uerſi.tertio modo.ff.de iuſt.& iur.per gloſ.
in.§.item lapilli.Inſtitu.de rerum diui.& tex. opti-
mam.in.l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.inſtruc.quem ad
hoc notabilẽ dicit Iaſ.in l.3.§.filius familiàs. in pri-
mo euidentiali.ff.de lib.& poſthu.ubi declarat illũ
tex.procedere,quãdo qualitates ſunt in eadem ora-
tione,ſecus ſi in diuerſa,& de hoc dicto Bald.tradit
idem in.l.prima. in.5.notab.ff. ne quis eum qui. in
l.ſi pater.col.9.uerſic.tertio pro iſta parte.C.de inſti.
& ſubſtit.in.l.3.in princ.col.1.ff.ad treb.in.l. ſi filius
à patre.in prin.col.3.uerſi.ſecũdò quæro.poſt Ale-
xan.ibi,col.10.uerſi.ſecundo quia uidetur dicendũ.
ff.de liber.& poſthu.idem Iaſ.in cõmento.l.re con-
iuncti.col.5.uerſic.quintum nouum intellectum.ff.
de leg.3.Decium in conſi.561.ſeptimò reuocatur in
dubium.col.1.ad fi.in.2.parte.3.partis.

In tex.ibi,nouum quid ſtatuitur. Quando dica-
tur nouum ius ſtatui, uide remiſſiuè Deciũ hic in
2.lectu.& uidetur probari in iſto tex. quòd uerbũ, 19
Statuimus,eſt noui iuris inductiuum.ita ex ſimili-
bus uerbis arguunt Bart.& Iaſ.in.l.1. in princip.ff.
quod quiſque iuris.ubi hoc notant ex uerbis illius
tex.ibi.ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit. Et li-
cet iſtud argumentum quod ſumitur ex iſto textu
& ex dicta.l.j.ff.quod quiſque iuris.non concludat
neceſſariò,tamẽ uerum eſt in ſe, quòd uerbum,ſta-
tuimus eſt noui iuris inductiuum,ut tradit Feli. in
c.ſuper quæſtionum.§.uerum.in.2.notab.infrà,de
offic.deleg.idem in uerbo,Sancimur.l.ſancimus.C.
de fideiuſſor.&.l.ſancimus.C. de teſta. & ita in uer-

Universidad de Deusto Biblioteca

bis Statuimus, & Sancimus,tenet Cor.in cõſil.56.
licet in hac conſultatione.col.fin.uerſic.quod etiam
demõſtrat.in.2.parte.idem in uerbo, Decernimus.
c.2.ubi Decius notat infra,de iud.Card.in clemen.
prima.poſt gloſ.ibi in uerbo,Decernimus.de cauſ.
poſſ. & proprie. Corn.in conſil.278.cuius nomen.
col.4.uerſicu. nec obſtat.in.3. parte.idem in uerbo,
Definimus.tradit idem Card.Zabar.in clemẽ.uni-
ca.col.1.de ſequeſt.poſſ.& fruct. & de pluribus uer
bis,quæ ſignificant ius nouum,uide Corn. in con-
ſil.127.primo aſpectu.col.6.in.2.parte.& de iſtis tri-
20 bus uerbis,Sancimus, Statuimus,& Decernimus,
tradit Hiero.Gratus in conſil.62.dubitatur an pro-
curator fiſcalis,circa fi.in.1. parte. Et quando Iuſti-
21 nianus aliquid de nouo ſtatuit,utitur longa præfa-
tione, & illud quod ſtatuit, ſtatuit uerbis claris,&
non obſcuris.Ioan.Crotus in rep.l.ſi conſtante.col.
8.ad fi. uerſicu.ſuadetur iſtud.ff.ſolu.matrimo.

In tex.ibi,ita ſolet futuris &c. dicit eleganter iſte
tex. quòd lex uel conſtitutio noua ita ſolet futuris
formam imponere ut præterita non commendet:
22 ſic etiam dicimus,quòd lex quæ caſſatur, intelligi-
tur caſſari quo ad futura, non quo ad præterita.l.
legem.& ibi traditur.C.de natura.lib.Et per iſtum
tex.infert Franc.de Curt. iunior in conſil.108. circa
controuerſiam.col.3.uerſicu.propterea poſſet clarè
reſponderi quòd ſtatutum derogans omnibus pri
uilegijs debet intelligi de præteritis, non autem de
futuris,ſed reuera male arguit:nam ſecundum hoc
uideretur dicendum totum contrarium: quia cùm
lex non trahatur ad præterita, ſed ad futura, ergo
ſtatutum



ſtatutum derogans priuilegijs debet intelligi de fu
turis,non de præteritis. Dictum tamen Franciſ. de
Curte iunioris in ſe uerum eſt,quia in dubio legiſ-
lator cenſetur derogare priuilegijs præteritis reſpe
ctu futuræ obſeruantiæ : non autem uidetur dero-
gare priuilegijs futuris,quæ dependent ab eadẽ po
teſtate,à qua dependet poteſtas legis condendæ, &
hoc,ne legislator uideatur a ſe poteſtatem abdicaſ-
ſe.Et quia ſtatutũ loquitur de priuilegijs, ergo re-
quirit,quòd tempore conditi ſtatuti ſint priuilegia.
Certum eſt autem,quòd futura priuilegia nõ poſ-
ſunt dici tempore conditi ſtatuti eſſe priuilegia. &
ita in ſimili arguit Imol.in cõſi.74. in caſu præmiſ-
ſo.ubi ex hoc infert,quòd ſtatutum prohibẽs alie- 23
nationem bonorum immobilium uxoris non do-
talium,debet intelligi de bonis quæſitis,quæ erant
uxoris tempore alienationis,& non de bonis quæ-
rendis,quę non erant uxoris tempore alienationis.
Et ideo non obſtante tali ſtatuto, mulier poſſet nõ
acceptare ius quod ſibi per acceptationẽ erat quæ-
rendum. Idem tenet Decius in conſil.624. copioſè
& eleganter.col.fin.circa medium in.4.parte. Non
tamen ita dicendum eſt in ſtatuto quod derogat
conſuetudini, ſicut diximus in ſtatuto quod dero-
gat priuilegijs:nam prohibita conſuetudine cenſe-
tur prohibita non ſolùm præterita conſuetudo,
ſed etiam futura. Alexander in.l. ſi mihi & tibi.§.
finali.ff.de lega.primo.cum ſimilib. ut tradit Gon-
zadinus in conſilio.101. audio dubitari. col. ſecun-
da.uerſi.ſextò extat ſtatutum.& dixi ſupra in rub.
in.9.differentia inter ius ſcriptum & non ſcriptum.
Per

Universidad de Deusto Biblioteca



Per hoc etiam notabile Calca. in conſil.15. uiſo in-
ſtrumento.col.4. in fi.refert Pileum in ſuis brocar-
24 dis tenere,quòd eadem menſura, uel moneta, qua
tempore contractus menſurabatur,ſeu in uſu habe
batur debeat fieri ſolutio.quod tamen argumentũ
pro nunc aliter non firmo, uerùm cuius temporis
ualor attendatur.uide plenè Hiero.Gratum in con
ſil.12. cõtra quam plures.in.1.parte.Matthæum de
Afflictis,in deciſionibus Neapo.deciſi.194. filiusfa-
miliâs.per totam. Corn.in conſi.109.uiſo per totũ.
in.4.parte.in cõſil.321.de pluribus effectualiter. col.
fi.per totam,in.3.parte.Iacobi de ſanct. Georg.in.l.
res in dotem.ff.de iure dot. Bologninum in conſil.
16.ut in præſenti conſultatione.per totum. Aret. in
conſi.84.diligenter põderatis per totum.Guid.Pa-
pæ deciſio.493.ſi fiat monetæ mutatio.Aret.in con
ſil.279.conſului apud interannem. in prin.in.1.par-
te. Hippo. de Marſil.in.l.qui falſam monetam. col.
pe.in fi.uerſic.& iſta ſunt quæ pręſentialiter.& col.
fi.in prin.ff.de fal.Panor.in conſil.56. quòd ſolutio.
per totum.in.2.parte.Stepha.Bertran.in conſi.289.
ſi moneta.in.3.parte conſiliorum primæ impreſſio
nis.Nicolaum Boherium in.2.parte deciſionum.q.
327.nobilis Guilhermus.

Et quod dictum eſt legem non trahi ad præteri
25 ta:ampliatur,ut procedat etiam ſi lex utatur uerbo
quod poteſt accipi in præterito & in futuro:quia li
cet in alia diſpoſitione uerbum quod poteſt poni
in præterito & in futuro in dubio utrunque tem-
pus complectatur.l.cùm pater.§.fidei tuæ.2.ff.de
lega.2.l.uerbum opportebit.& ibi dixi.ff.de uerb.
ſigni.



ſigni.tamen ſecus eſt in diſpoſitione legis: quia tale
uerbum ſolum ſignificabit futurũ tempus, per re-
gulam huius tex.gloſ.in.c.ut animarum. & ibi Ge
minia.eo.tit.in.6.cum ſimil.ut per Alexã. in conſil.
190.maturè digeſtis.col.2.uerſicu. & pręſertim hoc
erit uerum.in.2.parte.ubi ponit exemplum in uer-
bis quæ poſſunt accipi in futuro optatiui, & in fu-
turo ſubiunctiui.tradit Feli.in.c.fin.col.1.infrà eod.
Ex quo infero,male dixiſſe Roma.in cõſil.333. quo
ad primum articulum,ubi cõſuluit, decretum quo
cauetur,quòd qui pro uniuerſalis eccleſiæ negotijs
per annum in concilio laborauerint præferantur:
comprehẽdere etiam illos qui ante decretum labo-
rauerunt: & mouetur ſpecialiter per dictam regu-
lam, quòd uerba quæ poſſunt accipi in præterito
& in futuro utrunque tempus ſignificant:nam ut
uides iſtud arg.Rom.non militat.

Plus dixit Alex.in conſi.190.præalleg.in.2. par- 26
te quòd etiam ſi ſtatutum loquatur per uerba tem
poris præſentis,nõ tamen per hoc trahetur ad præ
terita.per.l.Arriani.C.de hæreti.

Reliqua ad hoc not.pertinentia,uide per Feli. &
Doct.in.c.fin.infrà eo.Vlda.Zazium in.l. cùm lex.
ff.de legib.Ioan.Crotum in repet.l. omnes populi.
col.27. & ſex ſequeñ.ff.de iuſti.& iure. & Io.Bapt.
ibi col.59.& pluribus ſequen.

In.4. parte huius.c.ibi, ne detrimentum. In iſto 27
tex.eſt ratio expreſſa,quare lex nõ trahitur ad præ
terita:ne ſcilicet lex afferat præiudicium ignoranti-
bus:& quando ratio eſt expreſſa in lege,tunc licitũ
eſt ex illa arguere,gloſ.& Doct.in clemẽ.1.de elect.
& quan

Universidad de Deusto Biblioteca



& quando ratio exprimitur in aliqua diſpoſitione, tunc ampliatur & reſtringitur illa diſpoſitio ad terminos rationis expreſſæ. Cyn.in.l. non dubium.C. de legib.cum ſimilib.ut tradit Franciſ.de Curte ſenior in conſil.44.ſtatuto ſeu cōſuetudine.col.5.uerſicu.decimo præmiſſa coadiuuantur. Et arguendo à ratione expreſſa in hoc text.uideretur dicendum, quòd conſtitutio afferens lucrum trahatur ad præterita: quia in ea ceſſat ratio text.ex quo non poteſt dici, quòd ignorantes patiantur detrimentum, & ceſſante ratione legis, ceſſare debet ipſa lex.l. adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro.c.cū ceſſante.infrà de appel.cum uulg. Et tamen tex.in.c.fin. infrà eo. formaliter dicit, quòd conſtitutio præferens maiorem in perceptione portionis non trahitur ad præterita. Cogita, quia non intendo pro nunc examinare articulum. Vide etiam ad hoc quæ dicam infrà in glo.in uerbo prohibitionem.in.8.limitatione.

28 In eadem.4.parte nota regulam, quòd conſtitutio regulariter non ligat ignorantes, de quo dicam in glo.fi.huius.c.

29 Rurſus noto ex eadem.4.parte ſecundum Cardi.Imol.& Barba.& Decium hic in.2.lect.in.3.not. regulam uulgatam, Idem operari oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitū in propoſito. ad idem text.in.l.fin.§.fin.ff.de lega.3.& eſt regula Ariſtot.in.4. Topicorum. dicit etiam Ariſtot.in.j. Topicorum, quòd quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum, dicit etiam idem Ariſt.in.6.Topicorum quòd contrario
30 rum eadē eſt diſciplina de quo per doct. in.rub.ff. de



de acquir.poſſ.

Vltimo noto ex eadem. 4.parte in illis uerbis, 31
Quod poſtmodum dignum eſt uetitos ſuſtinere: quòd lex puniens inobedientes eſt iuſta & rationabilis. Facit text.in.ca.uera.45.diſti.& in tantum hoc procedit, quòd pater qui eſt in paradiſo audet uidere filium ſuum damnatum in inferno. Panor.in.c.j.in pe.not.& ibi etiam Decius infrà, de poſtul.præla.

Glo.j.diuiditur in ſex partes.in.j.aſsignat rationem ad tex.in.2.ponit unū dictum.In.3. colligit notabile ex tex.in.4.opponit contra text.de pluribus. in.5.ſoluit dupliciter.in.6. per modū epilogi refert quædā carmina. Secunda ibi, & peccata. Tertia ibi, & eſt argumentum. Quarta ibi, argumentum contra. Quinta ibi, ſolutio. Sexta ibi, in ſex caſibus tres. primæ partes tendūt ad probandū, quòd ſine culpa nemo puniri debet: de quo dictū eſt in notabilibus. Et ultra ea quæ dicta ſunt in notabilibus, notandū eſt, quòd nulla cōſtitutio eſt tam generalis, quæ nō reſtringatur. Vt pro eo quod fit ab alio me inuito, 32
& ignorante, ego non ſim obligatus. Calca.in conſil.4.ſtante ſtatuto.col.2.in prin. Socy.in conſil.122. præſtantiſsime doctor. col.2. in.1. parte, ubi plene 33
oſtendit eſſe contra ius ciuile, naturale, & diuinum, quòd unus puniatur pro alio: & eſt regulare, quòd diſpoſitio uel ſtatutum, etiam generale, reſtringitur, ne quis damnum indebitè patiatur: ut traditur in.l.2.C. de noxa. Barto.in repetitio.l.omnes populi in.2.quæſtio.6.quæſtio.principalis.ff.de iuſtiti.& iure.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca



In tribus reliquis partibus gloſ.ponũtur ſex ca-
ſus,in quibus quis ſine ſua culpa punitur:quos etiã
ponunt gloſ.in.c.antiquè.infrà,de priuil.in.c.reno-
uantes.22. diſt. & uide tex.notabilem in propoſito
in.c.eccleſia quæ pactione.11.quæſt.4.ubi ponũtur
plures caſus,in quibus unus punitur pro delicto al
terius:& ultra gloſ.in locis præalleg.ac etiam caſus
poſitos in dicto.c.eccleſia.quæ pactione.addo caſus
ſequentes.

Primus eſt, quia quandoque propter delictum
34 principis tota una terra interdicitur.c.non eſt.& ibi
Panor.in.4.notab.infrà,de ſpon.&.c.ſi ſententia.de
ſenten.excommu.in.6.ad idem tenet tex.in.c.ex re-
ſcripto.in fi.infrà,de iure iuran.

Secũdus caſus eſt in.l.quiſquis.C.de omni agro
35 deſerto.lib.11. Tertius caſus eſt in debito primi pil-
lari, pro quo bona dotalia uxoris ſunt tacitè hypo
tecata,& tamen uxor non deliquit.l.fin.C. in quib.
cau.pignus uel hipot.ta.contra.ſimiliter pro illo fi-
lius tenetur,etiam ſi non ſit hæres patris.l.fina.C.de
primipil. & rationem aſsignat Imol. in.c.ex parte
ueſtra.circa fi.infrà,de conſuet.quia ſæpe ad gemi-
36 tum mulieris & liberorum uiri faciunt malas ex-
pẽſas ut experiẽtia docet,maximè circa ueſtes ſum-
ptuoſas.Quæ tamen ratio non uidetur bona: quia
ſecundum eam idem eſſet dicendum in omnibus
alijs:nam facile cõtingit quarundam improbarum
mulierum uerſutia importunitate ac blãditijs mo-
37 dum in ueſtium ac ornamentorũ cultu excelli pro-
fuſiſsimè:qua dementia pleraſque mulieres eouſq;
teneri cernimus,ut nulla ſuæ cõditionis ratione ha





bita,omni cura,omni ſtudio,omniq; induſtria ſeſe
quàm ſumptuoſiſsimis ornamentis pauonũ inſtar
rotantes attollant, ut ad Græcorum ſomnia liceat
alludere, ἔαρ ἤδη καὶ ποθεῖν, & ut Grapaldus lib.2.
de partibus ædium.c.5.inquit, quid addant ad cul
tum non habent amplius, nec excogitare poſſunt,
niſi ueſtiũ crebras, propeq; quotidianas ex forma
ſpecieq; mutationes: & tam cæca ætas noſtra eſt,
quæ huiuſmodi deliramenta non uideat: aut ſi ui-
deat,ea laudare,quàm cõtemnere malit, & probas
mulieres ab iſtiuſmodi luxu abſtinẽtes eo amplius
cõmendare, quemadmodum Seneca Albinam lau
dat,quòd ſibi nunquam ueſtis placuerit quæ ad nil
aliud exigenda eſt, quàm ut nudam componeret.
Patritius lib.4.de Repub.tit.5.teſtatur, ornamenta
muliebria rem familiarẽ maximè exhaurire, pro-
pterea quòd magno emuntur, & paruo temporis
curriculo aut uſu conſumuntur,aut longè minoris
ueneũt: & ſubinde mulieres admonet,ut moderen
tur ſumma diligentia quæ ad ipſas ſpectant in pri-
mis ornamẽta.ſcita nempe eſt lex Oppia, quam ad
cohibendum muliebrem ornatum ſuperfluum M. 38
Oppius & T.Romuleius tribuni plebis Q.Fabio,
& T.Sempronio conſulibus tulerunt, ne qua mu-
lier ſuperfluo ornatu uteretur. Ad quam abrogan-
dam acceſsit tanta mulierũ importunitas,ut Marci
Portij Catonis elegans oratio, quam ad Senatum
habuit pro tuẽda lege Oppia nihil profecerit quo-
minus cum magno reipub. incommodo abroga-
retur: ut in Tito Liuio lib.34. ab urbe condita cer-
nere eſt, Crates quoque Thebanus,ut Eraſmus in

apophthegmatis atteſtatur, mundum muliebrem
39 eſſe dicebat, quod ornat fœminam, & fœminam or
nari his quæ illam compoſitiorẽ ac modeſtiorem
reddunt, & uim ac ſpeciem honeſtatis ac uerecun-
diæ addunt: non etiam ſmaragdo ac purpura. Iſo-
crates etiam Deminicũ admonuit circa ueſtitum,
ut elegans, non ſplendidus eſſe uellet: addens, elegan
tis eſſe magnificũ, ſplendidi uerò profuſum. Et Py-
thagoras cùm quẽdam indutum pretioſis ueſtibus
turpia loquentem audiſſet, illum admonuit, ut aut
ſermones haberet ſuis ueſtibus ſimiles, aut pannos
indueret ſuis eloquijs congruentes.

Quartus caſus eſt in.c.ita nos. & ibi gloſ.in uerbo, epiſcopalibus.25.quæſt.2.

Quintus caſus eſt.l.quiſquis.C. ad leg.iul. maieſta.de quo tradit Decius in conſil.64. & diligenter in.10.dubio, in.1.parte.

Sextus caſus eſt in.l.ne quid.ff.de incen.rui.naufrag.ubi habẽtes prædia maritima tenẽtur de naufragio quamuis non ſint participes delicti.

Septimus caſus eſt in.l.iure prouiſum. C. de fabricen.libro.11.

Octauus caſus in.l.proſpexit.ff.qui & à quib.de cuius intellectu dixi plenè in.l. omnes populi.ff. de iuſti.& iure.

Nonus caſus in.c.unico, de ſchiſmat.in.6.ubi poſteritas punitur quæ non peccauit.

Decimus caſus, quia in peccato originali quod tranſiuit ad poſteros ſine culpa.c.firmiſsimè.de cõſecra.diſtinct.4.

Vndecimus caſus eſt in repræſealijs, quæ ex plu

ribus



ribus cauſis induci poſſunt, etiam cõtra eos qui nõ deliquerunt. Innocẽ.in.c.cùm olim.infrà, de reſtitu. ſpolia. Bart.in tracta.repræſealearum Ioã.Decambus in repet.c.1.de.iniur.& dam.dato.

Duodecimus caſus eſt, quia deus quandoq; propter peccata populi coercet totam prouinciam peſte, aut hoſtilitate. Ioan.Igneus in repe.l.contractus. nume.103.ff.de regu.iur.& dicit tex.in.c.ſi quis diaconus.50.diſtin. quòd uno peccante contra omnes ira dei deſæuit.& inquit Anacletus papa in epiſtola 2.hæc inquit fratres ualde cauẽda ſunt, & quod homines nolunt ſibi fieri, deo deorum non debent inferre, ne fortè iraſcatur dominus, & faciat uindictam eorum, etiã in eos, qui non peccauerunt: quia perit ſæpiſsime iuſtus pro impio. hæc ille. Et inquit Sixtus Papa primus in epiſtola ſecũda, Indignum enim ualde eſt, ut ſacra domini uaſa, quęcunq; ſint, humanis uſibus ſeruiant, aut ab alijs quàm domino famulantibus, eiq; dicatis, tractẽtur uiris: ne pro talibus præſumptionibus iratus dominus, plagam imponat populo ſuo: & hi etiam, qui non peccauerunt, mala patiantur, aut pereant: quia perit iuſtus ſæpiſsime pro impio. Et regiſtrata ſunt hæc uerba, in.c.in ſancta.de conſecra.diſt.1.Et uide beatũ Thomam in.2.ſecundæ, quæſt.108. ponẽtem tres rationes, propter quas quis in præſenti uita punitur, nõ ſolùm pro ſua culpa, ſed etiam pro culpa alterius, quas refert Archiep.Florẽ.in.3.parte ſuæ ſummæ, tit.29.c.1.§.2. Et ſi uelis ſcire rationem, quare deus permittat homines pios & innocentes quaſſari aduerſis, uide Dionyſium Areopagitam in lib.diui-

S 2 norum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

norum nominum.cap.8.

40 Et inquantum Decius hic allegat Bal.in.l. dotis. C.de iure dot.tenentem,ualere ſtatutum, quòd filij mercatorum teneantur ſoluere debita patris, licet non ſint eius hæredes, addo idem tenuiſſe Alex. in conſil.42.ſuper præmiſſo themate. col.4.in.1. parte allegando pariter Bal.in.d.l.dotis.plura ad hoc cumulat Hippolyt.de Marſil.ſing.224.filius non tenetur.& an iuſtè plectantur filij, ex eo quòd parentes deliquerunt,uide Ludo.Cæliũ.lib.4.lect. antiqua=
41 rum.c.14.& plura propeq; infinita de hoc quando delictum patris tranſeat in filios, & quando unus pro delicto alterius debeat ſentire damnum. tradit Ioã.Igneus in.l.ſi de pluribus.col.3.& ſeq.ad finem cõmenti.ff.ad ſila. & econtra quãdo pater pro filio teneatur.uide Pet.de Ancha.in repet.c.1. col.141.& ſeq.infrà eodem.Fabianum de Gigochijs in repeti. authen.nouiſsima.in.17.quæſt.C.de inoffi.teſt. Alexan.in repe.l.ſæpe.col.5.uerſi. ex qua ratione uidetur inferri.ff.de re iudica.Socy.in.l. cùm filiusfamiliâs.col.2.&.3.ff.de uerbo.oblig.Io.Crotũ in repet. l.omnes populi. col.5.uerſic. prima an ſtatutum.ff. de iuſti.& iur.Iaſ.in.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C. de inoffic.teſta.Decium in conſi.525. uiſis his poſt prin. in.2.parte.3.partis.& plenius in conſil.359. in cauſa domini Marcy.per totum in.3.parte. & an delictũ unius noceat alijs,uide plenè Gonzadinum in cõſil. 84.prima facie.per totum & de ſtatuto quòd unus puniatur pro delicto alterius tradit Hippo.de Marſil. ſingul.362. ſtatutum uolens.Calca.in conſil.66. præclarè ſcripſit per totum.Et ſtante ſtatuto,quòd





alter teneatur pro delicto alterius condemnati tunc non tenebitur quis pro illo qui eſt condemnatus in contumacia:ut tradit Roma.in conſi.154.Iudicium contra.de quo tamen uide Alex.in.l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de dam.infec. Hippolytũ de Marſil. in conſil.82.in cauſa & lite.col.3. Socy. in conſil.57. in cauſa filiorum.col.pe.uerſicu.ſecunda ratio.in.3. parte.Cor.in conſi.211.quanquam.col.fi.in.3.parte. Alex.in.l.ſæpe.col.25.uerſi.itẽ ſecundò limita.ff.de re iud.Iaſ.in cõſi.111.ſpect.domine.col.fi.in.1. parte.

Et generaliter dicendum eſt, quòd quando quis 42
tenetur ex facto alterius mitius punitur, & fortiores probationes requiruntur:ut not.Barto.in.l.j.ff. quãdo ex fact.tuto.in.l. ſemper.§.fi.ff.quod ui aut clam.aliâs.in.2.parte.ſtat.quæſt.48.& quæſt.64. Itẽ retento.Decius in conſi.38. circa primum col.fi. ad fin.in.1.parte dixi in.l.j.ff.de in litem iuran.ubi per hoc probaui illũ text.aliter intelligi debere, quàm fuerit intellectus à Doct.nam Doct. putauerunt illum textum uelle quòd fideiuſſor non teneatur de augmento quod procedit ex contumacia non reſpondentis. quod tamen textus non uult, nec dictum eſt in ſe uerum:ſolum enim probat tex.quòd intereſſe procedens ex contumacia non reſpondentis ſi petatur contra fideiuſſorem, debet aliter probari quàm per iuramentũ in litẽ, ut ibi latius dixi.

Gloſ.in uerbo,diſpendijs.Docto.hic examinant articulum, an & quãdo annullatio actus ſit pœna. in quo non inſiſtam,ſed me remitto ad ea quæ hic traduntur per Doct.& de hoc uerbo,Diſpẽdijs,uide Archi.in.c.diſpendia.de reſcript.in.6.

Gloſ.in uerbo,prohibitionẽ. diuiditur in quin-
que partes principales. In.1. parte colligit notabile
ex tex.In.2.arguit cõtra illud notabile. In.3.reſpon
det argumento.In.4. iuxta reſpõſionem ponit unũ
dictum.In.5.illud limitat. Secunda,ibi,arg.contra.
Tertia ibi,ſed non eſt contra.Quarta ibi,nec eſt ne-
ceſſe.Quinta ibi,niſi probaret.Circa primam partẽ
Panor.& Doct.hic examinant illam quæſtionem,
An lex uel conſtitutio comprehẽdat & liget igno-
rantes.Circa quod facio regulam generalem,quòd
43 diſpoſitio legis uel ſtatuti,regulariter nõ ligat igno
rantes.c.in lectum.34.quæſt.2.c. ſi uero.2. infrà, de
ſenten.excõmu.bonus text.in.l.ſi ignorans.ff.loca.
ubi gloſ.in uerbo,contemnit.infert,quòd ſi quis ui
dens dominam incedentem in habitu meretricio,
ſibi iniuriatus fuerit,non tenetur.de quo eſt bonus
tex.in.l.item apud Labeonem.§.ſi quis uirgines.ff.
de iniur.facit gloſ.in.c.apoſtolice.de cler.excom.mi
44 niſtr.Et hanc concluſionem, quòd conſtitutio non
liget ignorantes cõſulendo tenuerunt Panormi. in
conſi.35.facti contingentia.in.1.parte.Roma.in con
ſil.473.circa propoſitum. Signor. de Homodeis in
conſi.134.in quæſt.inquiſitionis,in princip.Ioan.de
Ana.in conſil.72.uiſis & conſideratis.ubi etiam Bo
log.in Apoſtillis Hiero.Gratus in conſil.151.in cau-
ſa huius incarcerati.col.1.uerſi.maturius tamen cõ-
ſiderans,in.2.parte.Alber.Brun.in conſi.20.requiſi
tus ſuper proceſſu.col.1.Decius in conſi.64. & dili-
genter.col.4.in.1.parte,Corn.in cõſi.106.licet in hac
col.2.uerſic.iuuatur etiam.in.3.parte.hinc eſt,quòd
45 licet in exigenda dote attendantur ſtatuta, quæ ui-
gent



gent in domicilio mariti.l.exigere dotem.ff.de iud.
tamen hoc nõ procedit quando mulier tẽpore con
tractus matrimonij ignorabat ſtatuta quę uigebãt
in domicilio mariti,Bald.in.c.1.§.fi.de inueſti.de re
alie.fact.Feli.in.c.1.de ſponſa.Hippo.de Marſil.in.l.
fi.col.9.uerſi.quartò limitat.ff.de iuriſdict.om̃.iud.
Io.Crotus in rep.l.omnes populi.col.fin.ff.de iuſt.
& iur.cũ ſimil.ut per Hiero.Gratũ in conſi.113.præ
ſens caſus.col.pe.in fine.in.2.parte.Barba in cõſi.4.
prope inquit.Pſalmiſta.col.pe.in.2.parte.& ſtatutũ
diſponẽs quòd copia indiciorũ detur reo ſi illã pe-
tierit,debet intelligi in reo ſciẽte, & notitiã habente 46
dictorũ indiciorũ.Hip.de Marſil.in cõſi.18.lectis igi
tur.col.6.uerſi.cùm ergo dictus Cęſar.An aũt ope-
rationes animæ quæ fiũt per ignorãtiã, dicãtur uo
luntariæ,uel nõ uolũtariæ,uide Ariſt.in.3.Ethicor.
& Ioã.Buridanũ in.9.q.& Tartaretũ,Archiep.Flo
rent.in prima parte ſuæ ſummæ.tit.4.cap.3.§.5.

Ampliatur ut ꝓcedat, & ſi lapſum fuerit tẽpus
duoꝝ mẽſiũ à tẽpore ꝓmulgationis:quia nihilomi
nus ꝓbata ignorãtia excuſatur quis,ut ꝓbat tex.in
c.ꝓpoſuiſti.in fi.82.diſt.& gl.hic in.5.parte dũ alle-
gat.c.cũ in tua.qui ma.ac.poſſ.& ad hoc facit quod
not.tradit Pet.de Anc.in cle.1.in.8.not.de reb.ec.nõ
alie. ubi concludit, quòd qñ ſtatutũ eſt antiquũ,& 47
inuſitatũ , licet ſit incluſum in uolumine ſtatutorũ:
quia tñ iuſtè ignorari põt,non afficit ignorãtes, &
ualet actus cõtra tale ſtatutũ factus. Sequitur Hip.
de Marſil.in cõſil.49.circa hanc inquiſitionẽ.col.pe.

Secũdò ampliatur,etiã ſi ignorãs fuerit in leui,uel 48
leuiſsima culpa.Decius hic in.1.lect.in.4.cõcluſione.

 Tertiò

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

49 Tertiò ampliatur, ut procedat etiam in ſententia generali, quæ non ligat ignorantes. Phil. Franc. in c.2.col.2.uerſi.uenio ad quæſtiones.de conſtit.in.6. ubi ponit differentiam inter Statutum & ſententiã generalem: de quo ultimo dixi in.c.ex frequẽtibus. infrà, de iuſt.

50 Fallit nunc primò iſta concluſio, ut non procedat in lege habente clauſulam decreti, quia illa afficit etiam ignorantes. Ad hoc facit primò text.in.c. 1.§.adijciebatur.de conceſ.præben.in.6. Secũdò ad hoc facit text.in.c.ſi poſtquã.de præbẽ.in.6. quartò ad hoc eſt gloſ.in.c.ſi eo tempore.in uerbo, ignorãter.de elect.in.6.

Contrarium tamen tenuit Card. in clement.1.in 18.quæſt.de elect.Io.Crotus in repe.l.omnes populi.col.26.in prin.ff.de iuſti.& iur.& in.c.2.in.1.limitatione ad tertium notabile, de conſt.in.6. Mouentur: quia ſicut de natura legis eſt, ut non liget ignorantes, & hæc conditio tacitè ineſt in lege: ergo etiã tacitè inerit in clauſula decret. facit gloſ. in uerbo, fauiana.in.l.ſi patronus.§.patronũ.ff.ſi quid in fraud. patro.& quod per eã notat Franc.de Curte iunior in conſi.74.præſupponitur in facto.col.pe.in princ.
51 ubi notat, quòd ſuſpenſo principali contractu, ſuſpẽditur etiã clauſula cõſtituti in eo appoſita. Et tenendo iſtam opin.ad iura ſuprà in cõtrariũ allegata, reſpõderi poteſt, prout in alio propoſito reſpondet Decius hic in.2.lect.col.pe.in prin. quòd loquũtur in beneficialibus, in quibus Papa habet plenitudinẽ poteſtatis, ut latius per eũ. Sed iſta ſolutio non uidetur cõuenire quantũ ad terminos noſtros: quia attenta



attenta hac ratione dicẽdum eſſet, quòd generaliter lex ligaret ignorantes, quia etiã ualet ſtatutũ, quod comprehendit ignorãtes, ut infrà dicam: quare melior eſt reſponſio quam tradũt Card.& Io. Crotus præalleg. quòd in iuribus præalleg. non ſubintelligitur aliqua tacita conditio, quæ ſuſpendat principalem diſpoſitionem: ſecus in caſu noſtro, ut ſupradictum eſt.

Secundo limitatur prædicta concluſio, ut non 52
procedat in ſententia ſpeciali quæ ligat etiam ignorantem. Phil. Franc. in c.2.col.2.uerſic. uenio ad aliquas quæſtiones de conſtitu.in.6. allegat.text.in.c. apoſtolicè. infrà de cleri.excom.miniſtr.

Tertio limitatur & declaratur hęc concluſio, ut 53
procedat, ubi lex procedit imponẽdo pœnam pro culpa: ſecus ſi lex procedat inferendo damnum ex cauſa ſine culpa: quia talis lex etiam ignorantes ligat, ut tradit Aug.in.l.j.in prin.ff.ſi quis. omiſ.cau. teſta.ſequitur Decius hic in.2.lectura. col.4.uerſic. ſecundo adde.

Quarto limita, ut licet ignorans excuſetur à pœ 54
na ordinaria, tamen quandoq; etiam ignorante ad cautelam imponitur pœna: ut probat text. iuncta glo.ibi in.dict.c.in lectũ.34.quæſt.2.& de hoc meminit Decius hic in.2.lectura.col.4. uerſicu.dum in prima concluſione.

Quinto limitatur & declaratur ut procedat 55
quando ſumus in caſu dubio: ſecus ubi certum eſſet, quòd lex uoluit comprehendere ignorantes. glo.in cle.2.de hæreti. Decius hic in eadem ſecũda lectura.col.4. uerſic.tertio adde. & ideo ualet ſtatu

Universidad de Deusto Biblioteca

tum prohibens allegari ignorantiam, ſecundum Bart.in.l.diuus. in prin.ff.de fal.cum ſimilib.ut tradit Ioã.Crotus in.c.2.in.3.nota.de conſtit.in.6. & in rep.l.omnes populi.col.26.uerſic. limitatur ſecũdo. ff.de iuſt.& iure. in quibus tamen locis concludit, quòd per tale ſtatutum non prohibetur allegari iuſta ignorantia, ſed ſolùm ignorantia craſſa & ſupina. Et iſtud latius cõprobat, ut ibi per eũ idẽ tenet Io.de Ana.in.c.de falſario.de crimine fal. Hiero.Gratus in conſili.49.proponitur quendã numularium. in fi.in.2.parte.Ludo Gomeſſ.in.c.2. in prin. nu.55. eodem.tit.in.6.cui addo bene facere quę de clauſula Appellatione remota dixi in. ca.j.infrà de reſcript.

56 Secundò addo quod dici ſolet de clauſula, Contradictores eccleſiaſtica cenſura compeſcas: quia illa intelligitur de iniuſta contradictione, nõ autẽ de iuſta cõtradictione. Panor.in.c.pro illorũ.per glo.ibi in uerbo contradictores. infrà de præben. Fran.de Curt.iunior in cõſ.173. habita diligẽti.col.fi.nu.12.

57 Tertio addo aliam ſublimitationem ad hanc quintam limitationem, ut nõ procedat, quãdo lex prohiberet allegari ignorantiã ad euitandũ pœnã corporalem: quia ſicut non ualet ſtatutum, quòd unus teneatur pœna corporali pro delicto alterius, ita non uidetur ualere ſtatutum quòd ignorans corporaliter puniri poſſit.

58 Sexto principaliter limitatur, ut nõ procedat quãdo lex imponeret nouã pœnã ſuper actu à lege ueteri prohibito: quia talis lex etiã cõprehẽderet ignorantes, ut hic per Dec.in.j.lectur.col. 6.uerſi.an autẽ ſtatutũ. Et adde, quòd in contrariũ facit tex.in.l.Itẽ apud



apud Labeonẽ.§.ſi quis uirgines.ff. de iniur.in.c.ſi uerò.2.infrà de ſentẽ.excõ. de hac tamẽ limitatione uide plenius per Ioan. Crotũ in.dict.c.2.ſuper glo. uerbo ignorãtes de conſt.in.6.Hiero. Gratũ in dict. conſili. 49. proponitur quendam nummularium. col.fin.uerſic.non obſtat cõſtitutionem.in.2.parte.

Septimo limitatur, et declaratur ut procedat, quã 59
do ignorantia eſſet iuſta, ſecus ſi illa eſſet craſſa, ſupina, & affectata: ut plenè per Ioã.Cortum in dict. ca.2.in.4.& ultimo not.de conſtit.in.6.

Octauo limitatur, & declaratur, ut ꝓcedat, quan- 60
do agitur de dãno euitando: ſecus ſi ſtatutũ auferat lucrũ alicui: quia tale ſtatutũ cõprehẽdit etiã ignorãtes.Io.Crotus in.d.rep.l.omnes populi.col.27.uerſ. ſecunda cõcluſio.ff.de iuſt.& iur. Sed aduerte, quia iſtud uidetur de directo contra doctrinã Bart.in.l. auũculo.in fi.ff.de cõdi. ſine ca.ubi tenet, quòd habẽs iuſtã ignorãtiã excuſatur à pœna quę cõſiſtit in amiſsione lucri.Ideo credo, quòd Io. Crotus uoluerit aliter loqui, ſcilicet in caſu in quo ſtatutũ afferret lucrũ: quia tale ſtatutũ cõprehẽdit etiã ignorãtes in eorũ cõmodũ: ut eſt tex.in.l.pe.C.de dec.lib.10.quẽ ad hoc not. dicit Pet.de Anc.hic.col.fi.uerſi.reuoco tertio in dubiũ. alleg.notata per Inno.& Doct.in.c. quia in cunctis.infrà de conceſſ.præben. Facit, quia tempus in conſtitutione limitatum currit etiã ignoranti quo ad ſuum commodum, ut infrà dicam, per.c.ſtatutum, de pręben.in.6.rurſus faciunt quæ dixi ſuprà in notabilibus ſuper text. in uerbo, ne detrimentum. Et quia doct.in iſta queſtione. an lex priuilegiatiua proſit ignoranti, allegant text.in.l. cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum pater.in.§.ſurdo.ff. de lega.2. qui loquitur.in
61 legato facto ignoranti. Adde quod dicit Imol.in.l.
16.poteſt.ff.de acquir.hære.ubi dicit,quòd hæredi-
tas dicitur propriè delata etiã ignoranti,adeò quòd
ſtatutum loquens in hæreditate iam delata, habet
locum etiam in hæreditate ignorãti delata: de quo
62 tamen ultimo uide Iaſ.l.1.col.2.C.qui admit. Et iu-
xta prędicata notandum eſt,quòd ſicut conſtitutio
non ligat ignorantes,ita non ligat impeditos.dict.
c.cum in tua.infrà qui ma.accu.poſ.gloſ.hic ſi.cum
63 pluribus ſimilibus.Ex.2.&.3.partibus glo.colligi-
tur ſecunda concluſio,quòd poſt duos menſes à tẽ-
pore promulgationis non admittitur quis ad alle-
gãdum ignorantiã.c.quod dicitis.16.diſtinct.Rom.
in conſil.228.pro plena diſcuſsione.col.2.uerſic.ter-
tio quia cum ipſa cõſtitutio & tali caſu ſufficit pro
mulgatio generalis:quia nõ eſt neceſſe, quòd ſingu
lorum auribus inculcetur, ut dicit text.in.c.1. infrà
64 de poſtula.præla.& glo.hic in.4.parte. Præſumi-
tur enim quilibet ſcire illud,quod publicè fit,uel di
citur.glo.8.Bart.in.l.ſi tutor petitus.C. de admi.&
peric.tuto.Bal.in.l.Titius. §.Lucius.ff.de li.& poſt
hu.in.c.uigilanti.de præſcrip.in.l.falſus.C.de fur.&
in.l.quicunq;.C.de ſer.fugit.Barto.in.l.Celſus.ff.de
uſu cap.Bal.& doct.in.l.cũ quid.§.quod dicitur.ff.
de acquir.hære.Curt.in cõſi.6.præſupponitur.col.
19.in fi.& ſeq.in prin.&. de eo, de quo eſt publica
uox,& fama,non præſumitur ignorantia, ut tra-
dit Fran.de Curte iunior in conſi.20.præſupponi-
tur in facto. col. 2. poſt dictum tract. feudo. facit
tex.in.l.ſed & ſi.§. proſcribere.ff.de iuſti.per quem
Bal



Bal.ibi dicitur non poſſe allegari ignorãtiam eius,
quod publicè propoſitum eſt.

Fallit hęc concluſio,quando quis probare poſ- 65
ſet iuſtam ignorantiam:quia tunc etiam poſt duos
menſes conſtitutio nõ ligaret.c.propoſuiſti.82.diſt.
& modi probandi hanc ignorantiam ſunt plures.

Primus modus eſt, ſi probatur quòd allegans 66
ignorantiam erat nouellus ciuis,ut inquit Bal.in.l.
data opera.C.qui accuſa.non poſſ.allegat.text.in.l.
qui cum uno.in finalibus uerbis.& in.l.qui cõmea
tus.in fi.ff.de re mili.Io.Crotus in rep.l.omnes po-
puli.col.26.in prin.ff.de iuſt.& iure.Roma. in con-
ſil.251. clariſsime dicitur. circa medium. Franc.de
Curte ſenior in cõſil.27.magnificus uir.col.10.uer- 67
ſicu.tertio præmitto.ubi plus cõcludit,quòd ciuis
nouellus qui parum habitauit in loco, & forenſis
æquiparantur:& propterea Ioan.Crotus in dict.c.
2.in.3.not. de conſtit. in.6. infert, ſe aliâs defendiſſe
quendam ſcholarem,qui attulerat pannum de alie-
no territorio contra ſtatuta Bononienſium, ut non
inciderit in pœnam dictorum ſtatutorum:& ſicut
excuſatur nouellus ciuis, ita excuſatur nouus tiro
in magiſtratu, ut tradit Franc.de Curt.iunior in
conſil.19.uiſo ac diligenter. col.2. poſt medium. ſic
etiam probabilis eſt ignorantia ſtatutorum nouel-
læ ciuitatis,quãdo illa ſtatuta diſponũt illud quod
in alijs ciuitatibus non reperitur diſpoſitum.Rom.
in conſilio. 491.in caſu propoſitæ conſultationis.
poſt prin.

Secundus modus eſt, ſi probetur abſentia eius 68
qui allegat ignorantiã.c. cum in tua. infrà,qui ma.
accu

Universidad de Deusto Biblioteca

accu.poſſ.facit text. quem ibi ad hoc not.Iaſ.in.2.
no.in.l.tres.fratres. ff.de pact.bonus tex.in.l.plane.
ff.de execu.tut.quē Bal.ibi nota.ad hęc quòd abſens
præſumitur ignorare etiam banna generalia, quæ
fiūt in ciuitate.Plura ad hoc allegat Iaſ.in.l. Titius.
§.Lucius.col.2.in.2.not.ff.de lib.& poſthu. & in re
petitione.l.ſi is qui pro emptore.col.12.numer.41.
ff.de uſucap.ubi plus cōcludit,quòd etiam pręſens
in ciuitate præſumitur ignorare ea,quæ fiunt in co
mitatu, & econtra.allegat Aug.in dict.§.Lucius.
69 per illum.tex.ex quo apparet, non benedicere glo.
hic in fi.dum requirit,quòd quis fuerit extra pro-
uinciam:quia ſufficit quòd fuerit abſens à loco pro
uulgationis ſtatuti per prædicta de quo tamen co-
gitandum relinquo pro nūc cum breuitatis admo-
near.Et addo bene facere,quod not. Alb. de Roza
in.2.parte ſta.quæſt.83. item ueſtro, ubi concludit,
70 quòd ſi ex forma ſtatuti communitates teneantur
emendare damna,non debebūt cottizari abſentes,
qui non potuerunt audire clamorem.ſequitur Ro.
in conſil.7.uiſis neceſſarijs ad fi.

71 Tertius modus ſi probaretur, quòd lex etiam
ſemel publicata non ſemper, ſed rarò & per inter-
ualla temporum obſeruatur in illo loco, quia tunc
erit tolerabilis ignorantia Pet. de Ancha. & Phi-
lip.Franc.in.c.ubi periculum.§.præterea,per illum
tex.de elect.in ſexto. Et circa prædicta notandum
eſt,quia ſola abſentia non ſufficit,ſed requiritur iu-
ramentum allegantis ignorantiam: ut tradit De-
72 cius hic in.2. lectura.in. fin. & eadem ratione idem
dicendum uidetur in ciue nouello, quòd teneatur
iurare



iurare ſe ignoraſſe aliàs præſumatur ſcientia.

Et ſi dicas,cùm ignorantia ſit priuatio ſcientiæ, 73
& ſcientia in animo conſiſtat, illa non poteſt aliter
probari, quàm per iuramentum. gloſſ. reputata
ſing.in.§.aliæ.inſt.de act.ergo ſolùm iuramentum
uidetur ſufficere quia ad probandum ea, quæ in
animo conſiſtunt ſolùm, iuramentum ſufficit.glo.
melior de iure.in.l.at qui natura.§. cum me abſen-
te. in glo.magna, in uerbo committat.ff. de nego.
geſt.ad idem glo.in.c.ut circa.§. ſuper huiuſmodi.
de elect.in.6.ad hoc bonus text.in.ca.nulli licere.&
ibi Pet.de Ancha.in ult.not.de elect. in.6.quæ. iura
loquuntur etiam de probatione ignorantiæ. Re-
ſpondetur, quòd hæc ratio ſatis procederet quan-
do lex uel conſtitutio nondum fuiſſet promulgata,
ut in iſtis terminis concludit Stephanus Bertrand.
in conſil.361.uiſo cōſultationis themate.in.2.dubio.
in.j. parte conſiliorum primæ impreſsionis. ſed
ex quo lex fuit ſemel promulgata, præſumptio eſt
contra allegantem ignorātiam, ut ſupra dixi,ideo
illa probari debet aliter quàm per iuramentum:
quia ubi eſt aliqua præſumptio contra aſſerentem 74
ignorantem,ibi nunquàm ſufficit iuramentum:ut
notat.Bartol.in.l.inter omnes.§. rectè.col.fina.ff.de
furt.Rom.in conſil.481.pręſentis cōſultationis arti-
culus.col.2.uerſicul.et igitur ex præmiſſis.Iaſ.in.§.
ſed iſte.col.18. ad finem uerſicul. ſecundo & notabi
lius Inſtitut. de act. & eſt bona gloſ. loquens in
allegante ignorantiam conſtitutionis in dict.c.pro
poſuiſti. 82. Diſt. ad idem gloſ.in uerbo non ne-
gociandi.in clemen.fin.de cenſib.quam ad hoc pro
ſing.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſing.not.allegat Phil Fran.in.c.ut circa.§.alioquin ſuper glo.in uerbo.proprium.de elect.in.6.

SVPEREST nunc pro complemento huius
75 decretalis uidere de duobus:Primum quòd conſti-
tutio non ligat ſcientes ſtatim quòd facta eſt,ſed re-
quiritur promulgatio, ſeu publicatio:de quo dixi
in l.unica in ult.not.C.de ſenten. quæ pro eo quod
intereſt.uide Gratum in conſil.49.numero.32.in.2.
parte.Barba.in conſil.33. clementiſsimi dei.col.pe.
in.j.parte.Quis autem promulgandarũ legum mo
dus apud Romanos ſeruabatur, uide Aymarum
76 Riuallium.lib.2.hiſtoriarum iuris ciuilis:& dixi ſu
pra in rub.

Secundum,quòd etiam non liget ſcientes ſtatim facta publicatione,ſed ſolùm lapſis duobus menſibus:quę omnia fuſius collige & uide per Doct.hic. Decreuerã enim has duas concluſiones hic copioſè examinare, ſed dubitaui ne tempus poſtea mihi non ſupereſſet ad perficiendum apparatum quem intendo facere ſuper.c.cum omnes.infrà eodẽ. ideo conſultius eſſe putaui has quæſtiones non examinare.Ex quibus ſit cum laude dei expedita præſens decretalis.

## SEQVITVR CAP. CVM OMNES.

CONtinuatur iſta decretalis ſecũdum Petrum de Ancha hic. Nam ſupra dictum eſt de conſtitutionibus generalibus,quæ omnes ligãt:Nunc ſequitur uidere de conſtitutionibus ſpecialibus, de quibus



quibus tractat uſq; ad.c.fi.infrà eod.

Diuiditur ſecundum Anto.de But.Pet.de Ancha.& Aret.hic in tres partes principales. Qui tamen in ſituatione ipſarum partium non cõueniũt. Nam Anto. de But. facit duas partes de eo de quo alij faciunt primam partem:ego uerò ſequor diuiſionem Panor.& diuido iſtum text. in duas partes principales in prima parte refert querelam nouorum canonicorum eccleſiæ Trecenſis.In ſecunda parte ponit concluſionem.Secunda eſt ibi,cum igitur.Et huic diuiſioni addo ſubdiuiſiones ſequẽtes. Nam prima pars ſubdiuiditur in duas, ſecundum quod refert duo ſtatuta de quibus canonici eccleſiæ Trecenſis conquerebantur.Secunda eſt ibi,Statuerunt etiam. Et in hac ſubdiuiſione ſequor mentem Anto.de But. hic.Item ſecunda pars ſubdiuiditur in alias duas. in prima pro concluſione præmittit duas rationes. In.2. ponit concluſionem. Secunda ibi,mandamus quatenus.Et in hac ſecunda ſubdiuiſione ſequor mentem Pet. de Ancha & Aret. hic cui Panor.non repugnat dum dicit,quòd in.2.parte principali præmiſſa duplici ratione ponitur concluſio.

Summatur ut hic per Doct.qui tamen non ponunt aliquod ſummarium, quod comprehendat totam mentem literæ. Quare melius ſummari poteſt hoc modo: Antiquiores canonici eccleſiæ non poſſunt contra conſuetudinem antiquam eccleſiæ facere ſtatutum quod concernat eorum fauorem, & odium futurorum canonicorum:nec debent futuris canonicis legem imponere, quam ipſi nolint

uerſali:Innoc.& Doct.in.c.auditis.de præſcript. & non ſufficit quòd in inſtrumento dicatur, Conuocatis decurionibus. Niſi dicatur, quòd in actu erãt duæ ex tribus partibus. Bart. in.l.fin.C.de prædijs curia.lib.10.Alex.in conſil.114.in cauſa & lite.col.3. in.4.parte.

4 Ampliatur ut nõ ſolùm procedat in inſtrumento,ſed etiam in depoſitione teſtis. Nam ſi teſtis dicat, quod homines talis caſtri fecerunt actum aliquem nõ probatur illum actum fuiſſe factum per omnes homines illius caſtri. Thomaſius Grammaticus in uoto. 26.ex orta lite in princi. Et ſi teſtes dicant,aliquid factum fuiſſe ſcientibus & uidentibus dominis molendinorũ:non probãt, quòd omnes domini fuerint ſcientes & uidentes. Alex.in conſil. 108.præalleg.in.2.parte.Et teſtes deponentes quòd aliquis iura epiſcopalia exercuit: nõ probãt, quod omnia iura epiſcopalia exercuerit. Alex. in conſil. 112.præalleg.in.7. parte & teſtes ſuper fama interrogati, deponentes ſe aliquid audiuiſſe à Petro & Iacobo ac alijs talis loci:nõ probãt,quòd ab omnibus illius loci audiuerint. Iaſon in conſil.81. communitas Boſchi.alias incipit, uideretur prima animaduerſione.col.3.in.3.parte. & teſtes deponẽtes ſe uidiſſe Titiũ poſsidere talem fundum, non probãt concludẽter,quòd poſſederit totum fundum.Alex in cõſil.110.uiſis.col.j.in.j.parte.Socy.in.l.3. in prin. col.2.in.3.no.& in.§. Neratius.In pri.ff.de acq.poſ. quod tamen ultimum declara ut per eundem Socinum in.l.ſi quis cum totũ, in princ.in.2.not.ff.de except.rei iud.& ſi teſtes dicunt ſe uidiſſe tales homines



mines ſoluere tertium uel quartum denarium,non probant quòd ſoluerint totum tertium uel quartũ denarium. Franc.de Curte iunior in conſil.17. licet per celeberrimos. col.penul.uerſi.decimũ facio fundamentum. Quod etiam ultimum eſt magnum uerbum,ſi uerũ ſit.Sed pro nũc aliter non affirmo.

Limita nunc hanc ampliationem,ut non procedat quando teſtes qui indefinitè loquuntur, deponerent ſuper articulo concepto per uerba generalia,uel uniuerſalia:quia tunc dictum teſtis intelligeretur ſecõdum articulum ſuper quo deponit.Thomaſius Grammaticus in uoto. 26.præalleg.ubi allegat Rom.in.l.Celſus.ff.de uſucap. Aret.in.l.ſerui electione.ff. de lega.j.& Bald.in.l.ſi non defendantur.ff.de interrogat.act.idem etiam tenet Decius in conſil.100.in cauſa inquiſitionis.col.5.uerſicu.circa ſecũdum, in.j.parte. Quid autem ſi libellus eſſet cõceptus per uerba indefinita,& pars aduerſa confiteretur omnia & ſingula cõtenta in libello, An(quia ſine dubio in uerbis libelli indefinita æquipollet uniuerſali) pars aduerſa intelligatur confeſſa non ſolùm libellum, prout uerba ſecundum eorum ſignificationem concludunt, ſed etiam illam prout qualitas & natura ſuadet fieri interpretationem? Videretur prima facie dicendum, quòd ſic, ex his quæ tradit Anto.Corſetus poſt alios,quos allegat in tract.de geminatis.col.7.uerſic.27.de quo tamen pro nunc nihil affirmo.

Ex iſto tex. iuncta glo.fin.notant primo hic Pa 5
norm.& Doct.ualere conſuetudinem eccleſiæ, ut canonici, etiam ſi non reſideant, recipiant fructus

 ſuorum

Universidad de Deusto Biblioteca

obſeruare: hoc eſt, non debent aſtringere futuros canonicos ad reſidētiam, uel aliquod aliud ſeruitiū eccleſiæ, ad quod ipſi antiqui canonici aſtringi nolint.

Pro clariori intelligentia huius text. præmitto, quòd iſte tex. poteſt duobus modis intelligi, dum refert conſuetudinem antiquam eccleſiæ, & non declarat quæ eſſet illa conſuetudo, ſed ſolùm dicit, quòd ſecundum conſuetudinem eccleſiæ omnes canonici erant pares. Et iſta æqualitas poterat contingere duobus modis: Vno modo, quòd canonici omnes in abſentia recipiebant fructus: & iſte eſt cōmunis intellectus. Alio modo, quòd nulli canonici in abſentia fructus reciperent. Et iſte ſecundus intellectus non uidetur procedere: Quia ex quo per antiquam cōſuetudinem nullum ius erat acquiſitum nouis canonicis, Canonici antiqui nullum damnū intulerunt nouis canonicis ſi reliquerunt eos in diſpoſitione iuris et conſuetudinis antiquæ, & ſolùm ſibi præuiderunt. Quin imo uidetur quod potuiſſent illis auferre lucrum, per ea qua dicit Oldra. in conſil. 17. thema tale eſt. col. 2. in prin. ubi concludit,
1 Valere conſuetudinem laicorum, quæ impedit lucrum clericorū, dummodo nihil ab eis auferat. de quo latius in. c. ſanctæ Mariæ. infrà eod.

Ad plura uerba huius tex. Decius hic in. 2. lectura, & antea Imol. ponunt apoſtillas. uide per eas. Et inquantum Decius hic in. 2. lectura ponderat text. in uerbo, Canonici: quòd iſta indefinita capitur hic pro omnibus canonicis, ex quo aliâs non ualuiſſet ſtatutum. Et ſaluando opinionem Oldra. in conſil.

100. in

Universidad de Deusto Biblioteca



100. in executione: dicentis, quòd ſi in inſtrumento 2
dicatur canonici cōſenſerunt, nō intelligitur, quòd omnes canonici conſenſerint. Vltra allegata per eum uide dominum de Ripa in. c. cū M. Ferrarien. in. 7. no. infrà eo. ubi eodem modo ponderat illum text. contra Oldra. ſicut ponderatur iſte tex. tādem dicit, quòd opi. Oldra. eſt uerisſima, ad quam plura allegat. Et reſpondendo ad illum tex. cum alijs iuribus in oppoſitum allegatis dicit, quòd opinio Oldra. procedit in materia probatoria: Et quòd iura in contrarium allegata non procedunt in materia probatoria. & hanc opinionem diſtinguentem materiam probatoriam ab alia materia tenuit Decius in conſil. 61. & pro tenui. col. penult. uerſicu. ultimo non obſtat. in. 1. parte. Et licet iſta ſolutio ſit uera in ſe, tamen mihi etiam magis placet tertia ſolutio, quam ponit Decius hic in. 2. lectura quòd cum legiſlator non formet dubium ſuper hoc, præſumitur quod habilia concurrant, per. l. quidam teſtamento, in prin. ff. de teſta. c. unicum. de æta. & qualita. & hanc opi. Oldra. tenuit Decius in conſil. 146. & pro tenui. col. 6. in prin. in. j. parte. Et in cōſil. 221. Non patitur anguſtia. col. penul. uerſic. & non obſtat quod indefinitè. in ſecunda parte Alex. in conſil. 108. in cauſa & lite. col. penult. uerſic. benefacit. in ſecunda parte. in conſil. 112. uiſa copia literarum in fi. in. 7. parte. & in cōſi. 49. in cauſa & lite. col. penul. uerſic. pręterea illa uerba. in eadem. 7. parte. Ad hoc bene facit primo fundamentum Docto. quòd iſte terminus Canonici, eſt terminus indefinitus: & in- 3
definita in materia probatoria non æquipollet uni

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuorum beneficiorum.& ita iſtum text.ad hoc alle
gat glo.in.c.dudum.2.in glo.penult. infrà de elect.
Addo Panor.in repet. ca. extirpandæ.§. qui uero.
col.3.uerſicu.tertio ratione conſtitutionis. infrà de
præben.glo.in.c.conquerente. in glo.fi.de cleri.non
reſident.in.c. gratia. in uerbo,de iure teneri. de re-
ſcript.in.6. Frede. de Sennis in conſil. 246. de iure
communi.Imol.in.c.cum non nulli. uerſicu.in glo.
per ſeipſum. infrà de cleri.non reſiden.Ioã.de Selua
in.2.quæſt.4.partis,tract.de benefi.per totam illam
quæſtionem.& propterea dicit Card.in cle.gratia.
col.penult.in prin.de reſcript.Quòd generalis con-
ſuetudo inoleuit, ut quis etiam ſine diſpenſatione
poſsit obtinere duo beneficia ſimplicia, uel unum
non ſimplex,cum alio ſimplici.Ergo eodem modo
poteſt conſuetudo facere, quòd non teneatur quis
reſidere in altero ipſorum beneficiorum. Ita enim
in ſimili arguit Panor.in.c.fi.infrà. de cler.non reſi-
den.ubi etiam Imol.dicit,quòd per totum mundũ
7 ſeruatur conſuetudo,ut canonici non teneantur re-
ſidere.Et hoc dictum Card.ſequitur Alex. in con-
ſil.j.attentis his quę in themate narrãtur. poſt prin.
in.7.parte. & eodem argumẽto utitur id Panor.in
conſil.96. ad claram deciſionem. in.2. dubio. in. 2.
parte ubi concludit, quòd per totam Italiam ſerua
tur conſuetudo,ut canonici in eccleſijs ſuis non te-
neantur reſidere. Et qualis reſidentia requiratur in
beneficijs uide Pet. de Ancha.in cõſil.17.ſuper pri-
mo dubio.per totum. Imol.in dict.c. fin.col.2.uer-
ſicu. tertio poteſt iuxta prædicta.de cleri. non reſi-
dent.Alexand.in conſil.j.præal. in.7.parte. & uide





Archidia.Gemi.& Præpoſitum in.c.ſacerdotibus.
51. diſtinct. arguentes ad illam partem, quòd con- 9
ſuetudo non excuſat à reſidentia. Et tandem con-
cludentes, ualere conſuetudinem exceptis eccleſijs
parrochialibus, de quibus infra dicam in.j.limita-
tione. Vide etiam text.in.c.fina.36.diſtinct.dicen-
tem,quod Moyſes indeſinenter erat in tabernaculo 10
domini.An autem & quando duo officia ſiue ſecu-
laria ſiue ſpiritualia ſint incompatibilia in perſona
unius,uide pulchrè Signo. de Homod. in cõſil.112.
thema ſic ſe habet per totum.

Ampliatur primo iſta Concluſio, ut etiam 11
idem ſit in ſtatuto de non reſidendo: Quia ualet
ſtatutum, permittens licentiam non reſidendi.glo.
in dict.ca.gratia.in uerbo, de iure teneri. de reſcrip.
in ſexto.

Secundo ampliatur,ut procedat, & ſi in funda- 12
tione fuerit expreſſum, quod fundator dotabat ca-
pellam & donabat presbytero eligendo pro miſsis
ibidem celebrandis.ita Lappus allegatione.36.utrũ
abſque diſpenſatione. Ioã.de Serua in dict.2.quæſt.
4.trac.de benefi.in fin.

Tertio ampliatur ut procedat intantum, quòd 13
conſuetudo poteſt dare poteſtatem canonico diſpo
nendi de fructibus prouẽturis poſt mortem ſuam
infra annum.Et ſic poteſt facere,quòd hæres cano-
nici iam mortui percipiat fructus unius anni inte-
gri à morte dicti canonici numerandi:ut tenet Phi
lip.Franc.poſt alios per eum allegatos in regula, ne
mo poteſt plus iuris transferre in alium.de reg.iur.
in.6.& in rubr. de teſta.eod. libro.6.col.23.uerſicu.

Universidad de Deusto Biblioteca

ualeret etiam conſuetudo. in.c.fi.§. porro.de offic. ordinar.in.6.ubi etiam Pet.de Ancha. col.fin. Frede.de Senis in dict.conſi.246.Bartachinus in tract. de epiſcopo.in.4.parte quarti libri.num.14.circa finem illius.Et ad hoc allegatur text. in.ca.ſi propter tua debita.de reſcrip.eo. lib.6. Sed aduerte, quia iſta opinio Petri de Anchar. uidetur eſſe contra text. formalem in clemen. ſtatutum.de electio.ubi
14 text. formaliter dicit, quòd mortuo prælato fructus futuris ſucceſſoribus in prælatura conſeruandi ſunt ex quocunque emolumento prælaturæ proueniant, conſuetudine qualibet contraria non obſtante.Et licet text. ibi extendat illud dictum ad ſingulares perſonas, ad quas ratione dignitatum quas obtinent, iuriſdictio cumemolumento ſede uacante per ſpecialem conſuetudinem deuoluitur, ut ſcilicet etiam illi fructus conſeruari debeant: tamen facilius debet ualere conſuetudo, quæ defert fructus uacantis eccleſiæ cum excercitio & adminiſtratione dignitatis, uel beneficij uacantis alicui dignitati eccleſiaſticæ,quàm ſi diſponat, quòd clericus poſſit de fructibus ipſis hæredem facere. Quin imo ille tex.dũ dicit, fructus eccleſiæ uacantis etiam ſingularibus perſonis,ad quas ratione dignitatum quas obtinẽt,iuriſdictio cum emolumento deuolueretur,cõſeruandos eſſe, non procedit in alijs ſingularibus perſonis,prẹterquàm in perſonis collegij,ſeu capituli ipſarũ eccleſiarũ, ut tenet Cardi.ibi in.10.quæſt.& ita reſtringitur tex.in dict.c.ſi propter tua debita. ſecundum glo.ibi in uerbo.ſtatuto. Et ratio diuerſitatis eſt in promptu. Quia de iure



iure communi ſuccedit capitulum in iuriſdictione, 15
& ſic iuriſdictionem nemo prætendere poteſt, niſi per præſcriptionem. Sed quãdo aliqua perſona ſingularis ratione dignitatis prætendit ſe prẹſcripſiſſe emolumenta ſede uacãte, tunc cõſuetudo, ſiue præſcriptio deuoluit in eum principaliter iuriſdictionem, & acceſſoriè deuoluit emolumentum. Sed ſi 16
cõſuetudo permitteret prælato uel alteri diſponendi facultatem de fructibus poſt mortem ſuam prouẽturis,poſſet ipſe teſtari & facere talem hæredem, qui non eſſet capax iuriſdictionis, licet eſſet capax emolumenti. Et licet per conſuetudinem uel præſcriptionem fieri poſſit, ut ſede uel eccleſia uacante 17
quis habeat iuriſdictionẽ ſine emolumento: tamen non poteſt fieri ut quis habeat emolumentum ſine iuriſdictione,ut concludit Card.in dict.cle.ſtatutũ. 13.quæſt.Secundò aduerte:quia text.in extrauagã. Ioan.xx11.quæ incipit,ſuſcepti,in tit. de elect. uidetur decidere,quòd nõ ualeat conſuetudo,niſi pro medietate fructuũ illius anni. Cogita circa hæc argumenta.

Quartò amplia,etiam ſi conſuetudo uelit, quòd clericus nõ teneatur relinquere aliquem in eccleſia, qui loco ſui in ea deſeruiat.Innocẽ.in.c.ex tuæ.uerſicu.item oportet.de cleric. non reſiden.declarando tamen ut per Ioan.de Selua in.d.2. quæſt.4. partis tract.de benefic.in prin.

LIMITATVR nũc iſtud notabile pluribus 18
modis: Primò,ut nõ procedat in beneficio curato. Archid.Gemi. & Præpo.in.c.ſacerdotibus.31.diſt. idem Gemi.in.c.fin.col.penul.ſuper gloſ.in uerbo,

Universidad de Deusto
Biblioteca



fructibus,de reſcript.in.6.Feli.hic,col.18.uerſic. pri-
mus eſt.Ioan.de Selua in dicta.2.quæſtio.4. partis,
tracta.de benefic.Panormi.in repetitio.c. extirpan-
dæ.§. qui uero.col.19.uerſicu. prima concluſio.in-
frà,de præben.dominus de Ripa libro.1. reſponſo-
rum.c.14.numero.33. Mouentur Docto.prællleg.
Quia in illis uidetur electa induſtria perſonæ, ideo
non uidetur quòd tale ſeruitium poſsit per alium
explicari.arg.l.inter artifices.ff.de ſolu.Sed reſpon-
deri poteſt,quòd etiam alia beneficia, quæ exigunt
reſidentiam , præſupponunt electam fuiſſe indu-
ſtriam perſonæ : & ideo hac ratione etiam non de-
beret ualere conſuetudo in alijs beneficijs. Vel ſe-
19 cundò reſpõdetur,quòd etiam actus in quibus ele-
cta eſt induſtria perſonæ ex iuſta cauſa poſſunt ex-
plicari per ſubſtitutum,ut probatur in.l. ſi abſenti.
ff.de lega.Et nos præſupponimus,quòd conſuetu-
do percipiendi fructus in abſentia,intelligitur quã-
do ex iuſta cauſa ita diſponitur, ut infrà dicam.
20 Et quòd in caſibus, in quibus cenſetur electa in-
duſtria perſonæ, ualeat conſuetudo , ut quis poſsit
expedire actum per ſubſtitutum,tenet Panormi.in
c.firmiter.col.3.uerſicu. nota. in uerbo,hæc ſancta.
de ſumma trinita. & fide catholica.ubi dicit, ualere
21 conſuetudinem ſtudij generalis,quòd doctor poſ-
ſit legere per ſubſtitutum.Nec obſtat ſi ad hoc ulti
mum dicatur, prout dicit Felin.hic.col.18. uerſicu.
& inquantum uolunt,quòd diuerſa eſt ratio in ca-
ſu noſtro. Nam in caſu Panormita. conſenſus eo-
rum quorum intereſt bene poteſt facere quod quis
22 legat per ſubſtitutũ.Et ideo ualet conſuetudo quæ
induci



inducitur ex tacito cõſenſu. Non ſic in caſu noſtro
conſenſus epiſcopi non poteſt hoc facere : quia ſicut
epiſcopus nõ poteſt ſtatuere contra ius,ita nec con 23
ſentire ſtatuto contrario iuri cõmuni. Quia ad hoc
reſpondetur, quòd eadem ratione nõ deberet pro-
ficere tacitus conſenſus epiſcopi in tolerantia deſer-
uiendi alijs beneficijs per ſubſtitutum. Quia utrun
que eſt contra ius. Secundò reſpõdetur, quod imò
conſenſus epiſcopi iſto caſu proficit ſaltem in caſi-
bus in quibus epiſcopus poſſet ex cauſa diſpenſa-
re, & ſic epiſcopus conſentiendo non dicitur facere
contra ius,ſed utitur licentia ſibi tradita à iure.
Tertiò & efficacius ad hoc dictum Felin. reſpon
detur,quòd licet epiſcopus non poſsit ſtatuere con- 24
tra ius canonicum , tamen poteſt induci conſuetu-
do etiam ex tacito cõſenſu epiſcopi, & clericorum,
quæ ſit contra ius canonicum,dummodo ſit legiti-
mè præſcripta.Ita Panor.in.c.ſi.col.6.uerſi.in gloſ.
ſi.& uerſi.& eſt unum mirabile.infrà,de conſuetu.
ubi dicit hoc eſſe mirabile.Feli.in.c.quod ſuper his.
col.pen.in.s.limitatione.infrà,de maior.& obed.Et
dicit idem Panor.in.c.uenerabilis.in.3.notab.infrà,
de præben.quòd fortior eſt conſuetudo contra ca- 25
nones,quàm ſtatutũ.Et ſic patet conſequentiã Feli.
non tenere. Et rationẽ diuerſitatis ponit Syluester
Prierius in.1.parte ſuæ ſummæ.in tit.de cõſuetudi.
& more.in.10.q.Et iſtas tres reſponſiones ad dictũ
Feli.& eius rationem diuerſitatis inter hanc conſue
tudinem & illam,quod Doctores legant per ſubſti
tutũ,melius ſatisfaciunt,quàm reſponſio do.de Ri-
pa in.c.cùm M.Ferrarien.in.27.notab.infrà eod.
Secundo

Universidad de Deusto Biblioteca

26 Secundò principaliter mouentur Doct. præallegati, quòd talis cõſuetudo eſt oneroſa eccleſiæ, ideo ualere non debet. arg. c. 1. de conſue. in. 6. Sed reſpõderi poteſt, quòd argumentum procederet, ſi conſuetudo uellet rectorem in eccleſia curata non teneri ſeruire per ſe, nec per ſubſtitutum æquè idoneũ:
27 nos autẽ præſupponimus cõſuetudinem eſſe, quòd rector poſsit ſeruire per ſubſtitutum æquè idoneũ, quo caſu non uidetur grauari eccleſia. Moueor per notabilem doctrinã Bart. in. l. nemo eſt qui neſciat, circa fin. ff. de duobus reis ubi uult, quòd quando
28 duo promittentes ſunt eiuſdem peritiæ, tunc poſſunt conſtitui duo rei promittẽdi operas. Quia operæ amborum iuris fictione cenſentur eædem operæ. Ergo quãdo tam rector, quàm ſubſtitutus ſunt eiuſdem peritiæ, ſeruitium ſubſtituti, iuris fictione cenſeri debet ſeruitium alterius. Secundò reſpondetur, quòd ſi dicta conſuetudo eſſet oneroſa eccleſiæ, ius non permitteret prioribus etiam fauore religionis licentiam tenẽdi eccleſias parrochiales per ſub-
29 ſtitutum: quia non eſt iuſtum diſcooperire unum altare ad cooperiẽdum aliud. l. aſsiduis. §. exceptis. C. qui po. in pign. habean. l. ſi finita. §. ſiue autem. ff. de dam. infect. c. cùm cauſam. infrà, de præben. & tamen lex permittit, quòd religioſi faciãt exerceri curam animarum per ſubſtitutum & uicarium. c. 1. infrà, de capel. monacho. &. c. de monachis. infrà, de præben. cum ſimil.
30 Tertiò mouentur Doct. præalleg. quia propter officium datur beneficium eccleſiaſticum. c. fina. de reſcrip. in. 6. Ergo conſuetudo quæ permittit deſeruiri



uiri per ſubſtitutum, tendit ad tollendum id propter quod datur beneficium, & ſic eſt contra ſubſtantialia, quæ ualere non debet. Sed reſponderi poteſt, quòd tex. in. d. c. fin. non magis loquitur in beneficio curato, quàm in alio beneficio. Et ideo hac ratione attenta non ualeret conſuetudo etiã in alijs beneficijs, cuius contrarium ſuprà fuit determinatum. Item hac ratione attenta, etiam nõ deberet ualere conſuetudo, quòd doctores legerent per ſubſtitutũ: quia ſalaria dantur doctoribus propter onus 31
legendi, ut inquit do. de Ripa in. d. c. cùm M. Ferrarien. in. 27. notab.

Et in effectu contra hanc limitationẽ induco fortiſsimum argumentum, Illud quod fieri poteſt per priuilegium uel diſpenſationem, etiam fieri poterit 32
per præſcriptionem, uel conſuetudinem. c. duo ſimul. de offi. ord. Panor. in. c. accedentes. col. penulti. & ibi Feli. col. 3. & duabus ſeq. de præſcrip. Balbus in tract. præſcrip. in. 1. quæſt. 5. partis principalis. Et conſuetudo & priuilegium ſeu diſpenſatio æquipa 33
rantur. gloſ. not. in. c. nouit. in uerbo, conſuetudine. de iudic. & eſt tex. melior de iure ſecundũ Io. And. ibi in. c. cùm contingat. ibi, ex conſuetudine, uel indulgentia. infrà, de foro cõpet. Balbus in dict. tract. de præſcrip. in. 12. quæſt. 5. partis principalis, in fin. 34
ſed etiam ordinarius poteſt ex iuſta cauſa diſpẽſare cum curatis, ut deſeruiãt per ſubſtitutum. c. licet canon. in fi. &. c. cùm ex eo. de elect. in. 6. ſaltem poteſt concedere licentiam non reſidendi. c. penul. ubi Panor. in. 3. notab. infrà. de cleric. non reſiden. idem Panor. in, c, relatum. circa medium. infrà illo tit. de

quo

Universidad de Deusto Biblioteca



quo per Ioan.de Selua in.7.quæſt.4.partis,in ulti-
35 mo caſu. Et in Papa res eſt clara, quòd non ſolùm
expreſsè,ſed etiam tacitè poteſt diſpenſare. Et ideo
ſi Papa concedit alicui duas eccleſias curatas, tacitè
ſuper non reſidentia in altera,propter impoſsibili-
tatem , diſpenſare uidetur. gloſ.in.c.non poteſt. de
præben.in.6.Panor.in cõſi.98. in cauſa & quæſtio-
ne.col.1.in fina.& ſequen. in prin.in. 1. parte. Ergo
pariter cõſuetudo hoc poterit efficere.Cogita,quia
Decius hic in.2.lectura ſentiens iſtud argumentum
dubitat de hac limitatione.Nota tamen,non ualere
36 conſuetudinem, ut quis poſsit habere duo benefi-
cia curata.Gemin.& Præpoſitus ſancti Ambroſij,
in.c.fruſtra.8.diſtinct.Hoſtien.Cardi.& Anton. de
But.in.c.fi.infrà,de offic. archipresby. Ioã.Baptiſta
in repe.l.omnes populi.col.28.ff.de iuſti.& iure.ui-
de Panor.in.c.quia in tantum. infrà,de præben. in
c.ex parte.& in.c.fi.infrà,de conſuet. Retenta tamẽ
hac limitatione pro uera, declara eam ut procedat,
37 quando conſuetudo uellet,quòd curatus poſsit cõ-
tinuò deſeruire per ſubſtitutum ſeu uicarium:ſecus
ſi cõſuetudo ſolùm permitteret aliquo tẽpore poſ-
ſe curatum deſeruire per ſubſtitutum.domi. de Ri
pa in.c.cum M. Ferrarien.in.27.notab. infrà eodẽ.
ubi ponit exemplum in conſuetudine quæ permit
tit curatum, dum eſt in ſtudio, poſſe deſeruire per
ſubſtitutum.

38 SECVNDO limita,ut non procedat etiam in
eccleſijs cathedralibus,& canonicalibus,quando ec
cleſia pateretur defectum in miniſtris, ut tradit Fe-
linus



linus hic col.16.uerſic.ſecundus caſus.allegat.c. per-
uenit ſecundo. infrà, de appellationi. Sed certè iſta
limitatio nõ uidetur procedere ſine ſcrupulo. Quia
aut conſuetudo permittit clericis , quòd percipiant
fructus beneficij , etiam ſi non reſideant,nec aliquẽ
loco ſui in beneficio relinquant:& tũc credo,quòd
conſuetudo ualeret, etiam ſi eccleſia pateretur defe-
ctum in miniſtris. Bene tamẽ uerum eſt, quòd iſto
caſu, non obſtante conſuetudine poſſet cogi ad re-
ſidendum : uel epiſcopus uicarium in dicta eccleſia
ponere poſſet,iuxta dictum capit. peruenit. & cap.
extirpandæ.§.qui uerò. infrà, de præbend. Et hoc
fieret ex interpretatione reſtrictiua conſuetudinis.
Quia nos interpretamur, quòd ſi inducentes con-
ſuetudinem fuiſſent de hoc caſu certificati,illam nõ
induxiſſent , ſaltem quominus quis per ſubſtitu-
tum deſeruiri faceret in eccleſia.dicit Haſtezanus in
ſecunda parte ſuæ ſummæ libro ſexto,titu.34. col.
penulti. Quòd ſi uirtute priuilegij ſimilis, Eccleſia 39
ſuis ſeruitoribus eſſet deſtituta , tale priuilegium
reuocari deberet,etiam ſi eſſet priuilegium Papæ.
allegat capitulum , cùm ad hæc. infrà, de clericis
non reſidentib . ubi clarè interpretatur probatio
reſtrictiua , de qua ſuprà in iſto membro feci men-
tionem.Faciunt etiam quæ dicit Feli.hic col.3. uer-
ſic.5.pro intellectu. ubi dicit,quòd quando eccleſia 40
patitur defectum in miniſtris,epiſcopus ſine capitu
li conſenſu,imo inuito capitulo,poteſt facere ſtatu-
tum de reſidendo contra antiquã conſuetudinẽ ec-
cleſię. Aut uerò conſuetudo uellet quòd quis poſsit
deſeruire

deſeruire per ſubſtitutũ:& tunc non uidetur quòd iſte defectus miniſtrorum conſiderari poſsit, ut eſt de mente Ioan. de Selua in.d.2.quæſt.4.partis tracta.de benefic.circa medium. Aut uerò conſuetudo uellet quòd quis non teneatur deſeruire per ſe, uel per ſubſtitutum,etiam quando eccleſia patitur defectum in miniſtros:& tunc ſubdiſtingue,quia aut conſuetudo uellet, quòd quãdo eccleſia patitur defectum in miniſtris remanet ſine ſeruitio,& talis cõſuetudo non ualeret, per.c.fin.de reſcript.in.6. Aut uerò conſuetudo uellet,quòd quando eccleſia patitur defectũ in miniſtris, aliquis alius quàm rector eccleſiæ tenetur in ea deſeruiri facere, nec rector eccleſiæ hoc tenetur facere:& tunc ſalua latiori delibe ratione crederem quòd talis cõſuetudo ualeret, intelligendo de conſuetudine quæ ſit fundata in iuſta cauſa.

TERTIO limita ut nõ procedat,quando cõ-
41 ſuetudo præberet occaſionem uagãdi, ut quia permitteret quem ſine cauſa ſe abſentare à beneficio, quia talis conſuetudo non ualet:ut tradunt Ioã. de Lign.Imol. Feli. & Decius hic. Addo idem tenere Petrum de Ancha.poſt Ioã. Andr.ibi in.c. ex tuæ. col.fi.uerſi.quærit Ioan. And.infrà,de cleri.non re-
42 ſiden.ubi plus dicit,quòd etiam ſi beneficia non requirerẽt reſidentiam,tamẽ clericus ex eo ſolo quòd uagatur poteſt priuari beneficio. Facit tex.in.c.fin. infrà,de regular.& transeun.ad relig. Facit gloſ.in uerbo præſentia.in.c.1.in princip.in titu. de his qui temp.diuinorũ officiorum uagãtur per eccleſiam. in pragmat.ſanct.Et multa alia iura,quæ prohibẽt dari





dari occaſionem uagandi. Et ſi aliquis tandiu abſit 43
à beneficio,quòd dubitetur an uiuat, an uerò mortuus ſit,eius beneficium alteri conferri poteſt. glo. reputata ſing.in.c.non oportet miniſtros altaris.in glo.fi.de conſecrat.diſtinct.5.& ibi Archidia.dicit, quòd ſacerdos non poteſt parochiano ſuo impone 44
re pœnitentiam eundi per mundum cum baculo cubitali:quia hoc eſſet uagari.ad glo.in dict.ca.non oportet.uide Feli.in.c.quoniam frequenter.§. porro.col.7.uerſic.dum dicit abb.infrà ut lite non conteſt.Et ibi Panor.tradit,an ex ſolo uagandi delicto 45
clericus poſsit priuari beneficio: uide etiã ad dict. glo. Anto. Corſetum in ſingularibus ſuis in uerbo,uagabundus. Aduerte tamen quia glo. in dict. c.non oportet miniſtros altaris.non dicit beneficiũ conferri poſſe,ſed ſolùm dicit, quòd ſi clericus tandiu abſit, ut dubitetur an uiuat, an uerò mortuus ſit,deſinit habere adminiſtrationem.

QVARTO limita ut non procedat in diſtri- 46
butionibus quotidianis. Quia non ualeret conſuetudo quòd clericus non reſidens illas percipiat.c.1. & ibi glo.de cler. non reſiden. in.6. facit quia etiam illi qui finguntur reſidere,ſi non reſident,non percipiunt diſtributiones quotidianas.c.de cętero.& ibi Doct.de cler.non reſiden. & licet quis ſit priuilegia 47
tus,ut percipiat fructus beneficij etiam non reſidendo:tamen non percipiet quotidianas diſtributiones. Cald. in conſil. 221. an diſpenſatio. per totum. Feli.in.c.Iacobus.in prin.infrà de ſimo.

Ampliatur primo iſta limitatio, ut etiam non 48
ualeat conſuetudo,quòd canonici reſidentes,qui in



Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



fra annum non promouentur ad ordines,quos beneficia per eos obtenta requirunt, percipiant integras diſtributiones:cùm lex canonica quæ ſubtrahit illis dimidiam partem, deroget conſuetudini. clem.ut hi qui in fi.de æta.& qualit.

49 Secundo ampliatur ut etiam non ualeat conſuetudo,quòd habẽs plures canonicatus in diuerſis eccleſijs,percipiat diſtributiones quotidianas in utraque eccleſia,licet in una tantum reſideat. Cardin.in dic.cle.ut hi qui.§.j.col.penul.in.18.quæſt.

50 Tertio ampliatur etiam ſi conſuetudo fingeret eos reſidere in eccleſia per.c.de cætero. præalleg.ad hoc allego glo.in dict.c.unico. in uerbo affuerint. de cler. non reſiden.in.6.tres aliæ ampliationes colliguntur ex tex.in dic.c.unico.de cler. non reſiden. in.6.Prima ut procedat,etiam ſi conſuetudo diſponat,quòd preſentes in loco non percipiant diſtributiones quotidianas,licet non interſint diuinis. Et de hac dicam infrá. Secunda, Idem in anniuerſarijs mortuorum. Tertia, ut etiam uirtute conſuetudinis non acquiratur dominium. Et ſic ſunt ſex ampliationes.

Sublimita nunc primo iſtam limitationem, & declara,ut procedat in conſuetudine generali:ſecus ſi eſſet conſuetudo ſpecialis priuilegians aliquem ex aliqua iuſta cauſa.ita Decius hic,in ſecunda lect. in.j.notab.in fi. Sed contra hoc facit conſiliũ Cald. 221.præalleg. arguendo de priuilegio ſpeciali ad conſuetudinem ſpecialem.

Secundo ſublimita,ut licet talis conſuetudo nõ ualeret,tamen ualeret conſuetudo, quòd diſtributiones



tiones quotidianæ diuiderẽtur inter eos, qui intereſſent certis horis, licet non intereſſent in omnibus horis.Card.in dic.cle.ut hi qui.§.j.in.17.queſt.poſt glo.ibi,in uerbo certis. & ibi Imol.idem tenet Rochus de Curte in repet.c.fi.in ultima quæſt.Panor. in.17.corolarior.5.concluſionis.in fin.infrà de conſuetud.hoc tamen eſt contra ius,ut dixi in.c.2.in ultimo notab.infrà de inſtit.Et contra text.prag.ſanctionis qui omnino uideatur.in. §. iubet etiam.in tit.quo tempore quiſquis debeat eſſe in choro.

Tertio ſublimita ut non procedat,quando eſſet dubium in iure an tales diſtributiones deberentur aliquibus ſic abſentibus. Quia tunc conſuetudo ualeret,& interpretaretur iſtud dubium iuris.Decius hic in.j.lectura poſt Bald. per eum allega. cui addo quòd idem tenet Rochus de Curte in repeti.c.fi.in. 3.limitatione.ad tertiam notab. infrà de conſuetudine.Et ibi plura ponit ad confirmationem huius ſublimitationis,licet Baldus per eos allegatus non dicat hoc.

Quarto ſublimita,ut non procedat, quando cõ 51
ſuetudo uellet, quòd habens duo officia in eadem eccleſia percipiat diſtributiones quotidianas annexas illis officijs:& ſic quòd unus percipiat duas diſtributiones quotidianas in eadem eccleſia. ita Bal. inter conſilia Card.in conſil.53.caſus talis eſt, decanus eccleſiæ.alias incipit,Dico quòd iſtæ quotidianæ diſtributiones. per totum. Et idem tenuit ipſe Card.ibi in ſubſcriptione illius conſilij.Cõtrarium tamen uidetur uelle glo.fin.relata ad tex. in clemẽtina fi.de præbẽ.Rochus de Curte in dic.c.fi.in.17.

Universidad de Deusto Biblioteca

corrolario ad quintam concluſionem collectam ex ult.quæſt.Panor.char.49.col.3.in paruo uol.ubi dicit Card.in præalleg.Conſil.53. tenere hanc opinionem.Sed certè non eſt uerum:Quia imò tenuit totum contrarium,ut ſupra dixi. Cogita ſupra hoc: quia opinio Card. præalleg. confirmari poteſt ex his quæ dicit Aret.in.c.ex literis.in fi.infrà de probat. ubi refert quoſdam tenere, quod etiam nulla exiſtente conſuetudine Canonicus iſto caſu debeat habere duplicatas diſtributiones.Et dicit hoc refricari in dubium. Ergo talis cõſuetudo ualebit cum ſolùm interpretetur ius dubium. Et uide omnino Aret.ibi Ludouicus Gomeſsius in tract. expectatiuarum in.5.forma gratiæ expectatiuę aliâs nu.54. ubi tamen concludit,quod de iure non debent dari duplices diſtributiones etiam gerenti uices duarum perſonarum.

Quinto ſublimita prædictam limitationem, ut non procedat,quando talis conſuetudo eſſet indu-
52 cta ſciente & patiente papa. Quia talis conſuetudo generaliter & indiſtinctè ualebit etiam quoad diſtributiones quotidianas:quia ex tali ſcientia & tolerantia papę indicitur diſpenſatio,per id quod tra
53 dit Panor.in conſil.94. quædam eccleſia.in.j. parte: ubi concludit,quòd ea quæ ſunt prohibita præſcribi,ſi ex ſcientia & tollerantia principis præſcribãtur, talis præſcriptio ualet.Idem Anto.de But. & Doct.in.c.accedentes.infrà de præſcrip. Et hoc modo etiam poſſunt ſublimitari aliæ principales limitationes traditæ ad hoc notabile.

Reliqua circa hanc quartam limitationem principalem



cipalem uide per Doct.in dict.cap.j.de cler. non reſiden in.6.

QVINTO principaliter fallit,Quãdo conſuetudo eſſet ſine aliqua iuſta,& rationali cauſa.De- 54
cius hic,in.2.lect.in princ.& Silueſter Prierius in.2. parte ſuæ ſummæ in tit.de reſiden.in.2.quæſt.Propterea dicit Bald.hic.col.2.uerſicu. addè quòd hæc conſuetudo.hanc cõſuetudinem intelligi de abſentia iuſta,neceſſaria,probabili, uel cauſaria non autẽ de ignominioſa,uel diſſoluta.

SEXTO pro limitatione nota, quòd ſi uario modo fuerit obſeruatum in eccleſia, ſeruabitur conſuetudo minus præiudicans eccleſiæ. Frede.de Senis in cõſil.246.de iure communi poſt primum.

SECVNDO notat hic Anto. de But. in illis uerbis,ut eis tam in præſentia,quàm in abſentia &c.Quòd ad hoc, ut quis poſsit percipere redi 55
tus ſui beneficij,ſufficit quod reſideat in loco,etiam ſi non interſit in diuinis. Et idem uidetur de uerbo reſidere,ut probat tex.hic in uerbo, ſed tunc ſolùm cùm fuerint reſidentes. Idem etiam probat text.in c.uni.code cler.non reſiden.in.6.quem ad hoc ponderant Gemi.in.4.&.5.not.& Phil. Fran.in notab. iura tamen uidentur requirere quòd non ſufficiat quem eſſe pręſentem in loco,niſi etiã curam beneficij per ſe excerceat.c.quia non nulli.c.relatum.&.c. conquerente.infrà illo tit. & hoc tenet Haſtezanus in.2.parte ſuæ ſummæ.lib.6.tit.34. Hoſtien.in ſumma tit.de cler.nõ reſiden.§.2.in.27.quæſt.Syluęſter
Prierius in dic.ſecunda parte ſuæ ſummæ.in tit.de 56
reſiden.in.j. quæſt. Et quot modis accipiatur iſtud

 uerbum

Universidad de Deusto Biblioteca

uerbum Reſidere, quantum ad propoſitam materiam, uide Pet. de Ancha. in dic. c. unico. in. j. notab. de cler. non reſiden. in. 6. & qualis debeat eſſe habitatio clericorum, ad hoc ut ipſi dicantur reſidere in beneficio, uide Felinum. in. cap. quoniam frequenter. §. porro. col. 5. uerſicu. ſcias primo, infrà ut lite non conte.

57 Et hoc notabile limitatur primò, ut non procedat quoad diſtributiones quotidianas. dic. c. unico. de cler. non reſiden. in. 6. Aliam limitationem ponit Decius hic in. 2. lect. dummodo habens beneficium aliâs in priuato dicat horas ſuas, aliâs ſecus, ut hic per eum in. 6. not. uide etiam ad hoc notabilit. Barbat. in cle. gratiæ. columna. 10. in fin. & duabus ſequent. de reſcriptis. in paruo. uol. Et quot modis aliquis dicatur eſſe abſens, uel præſens: uide late

58 Cornel. in conſil. 36. in hac conſultatione. col. 3. uerſicul. non autem aperit. & . col. ſequenti in ſecunda parte, ubi ponit, ſecundum quem modum abſentia uel præſentia debeat intelligi lex, uel diſpoſitio requirens eam. De hoc etiam, quòd pluribus modis quis dicatur abſens, uel præſens, uide Sali. in. l. pe. C. de emancip. lib. Franciſcum Balbum in prima parte. 4. partis tract. præſcrip. in 2. quæſtione per totam. Alexand. in. l. 2. §. uoluntatem. col. 3. ff. ſol. matri. Maria. Soci. in tract. de cita. art. 17. col. 5. in fin. uerſicul. Sed circa hoc oritur dubium non paruum. Et notandum eſt, quòd iſtud notabile non probatur in textu. Nam text. non determinat, qualis reſidentia de iure communi requiratur; Sed ſolùm refert antiquam conſuetudinem



tudinem, & nouum ſtatutum circa reſidentiam.

TERTIO noto ex iſto text. ſecundum Pa- 59
normitanum hic in ſecundo nota. quòd ualet ſtatutum capituli contra conſuetudinem de non reſidendo, dummodo ſit aliâs rationabile. Et iſtud procedit ea ratione, quia tale ſtatutum reducit nos ad ius primæuum, ideo ſuſtinetur, & ualet illud ſtatutum ſecundum Feli. hic. col. 3. uerſicul. ſed forte in caſu iſto. & Decium hic in utraq; lectura. Et ad hoc 60
quòd diſpoſitio quæ reducit nos ad ius antiquum ualeat, ubi aliàs non ualeret, Feli. hic ponit quatuor ſimilia: cui addo, quòd diſpoſitio quæ reducit nos ad ius primæuum, eſt fauorabilis. Franc. de Curte iunior in conſil. 153. Circa controuerſiam. in princ. ubi plura ad hoc allegat. Decius in auct en. præterea. col. 5. in prin. in. 5. not. C. unde uir & uxor. Iaſon in. l. ſi unus. § pactus ne peteret. ff. de pact. Gouzadinus conſil. 9. in hac cauſa illuſtriſsimi. col. 6. uerſic. nono. præſuppoſito. & uerſic. ſequen. & plenius in conſil. 101. audio dubitari. col. 3. uerſicu. tertio nemini dubium eſt. Ioan. Crotus in repet. l. omnes po 61
puli. col. 3. uerſic. fallit quarto. ff. de iuſti. & iure. ubi tenet, epiſcopum poſſe contra ius canonicũ ſtatuere, quando per ſuum ſtatutum reuertitur ad ius antiquum. Allegat Panor. in. c. cum acceſsiſſent. infrà eo. ubi etiam Feli. col. 3. & ex hoc infert. Io. Crotus in loco præalleg. quòd cùm de iure antiquo ſubdiaconatus non eſſet ordo ſacer, ualet ſtatutum epiſcopi contra ius nouum diſponens, quòd ſubdiaconatus ſit ordo ſacer. Pariter infert, quod cùm de iure antiquo matrimonium inter coniunctos uſq; ad

Universidad de Deusto Biblioteca

ſeptimum gradum eſſet prohibitum, ualebit ſtatu-
tum epiſcopi continens talem prohibitionem, licet
ſit contra ius nouum. Plura alia ad hoc propoſitũ
allegari poſſent, quæ non curaui hic congerere. Et
ſic uidentur præſupponere Decius & Feli. quòd ta
le ſtatutum non ualeret, niſi reduceret nos ad ius
commune. Sed certè etiam ſi tale ſtatutum non
reduceret nos ad ius commune, nihilominus tamẽ
ualeret tale ſtatutum. Moueor per doctrinam Pa-
nor. in. c. cum M. Ferrarien. in. 2. not. infrà eo. ubi ge
neraliter dicit, ualere ſtatutum capituli contra anti
quam conſuetudinem eccleſiæ. Prȩterea quòd epi-
ſcopus poſsit ſtatuere contra ius, quando tale ſtatu
tum reducit nos ad ius antiquum, hoc non proce-
dit ſine dubio. Nam Felic. in. capit. quod ſuper his.
col. 2. uerſicul. fallit tertio. infrà de maior. & obedi.
tenet contrarium, dicens, quòd ſi aliter teneremus,
ſequeretur quòd epiſcopus poſſet reducere pro-
hibitionem matrimonij ad ſeptimum gradum,
quod nemo diceret. Et ex iſto notabili. confun-
ditur id quod dicit Baldus in auctẽ. habita. col. 2.
ad finẽ uerſicul. ſed quid in collegio. C. ne filius pro
62 patre. ubi determinat, quòd collegium doctorum
non poteſt aliquid ſtatuere de nouo contra anti-
quam formam, nec magis grauare doctorandos.
Per hoc enim notabile apparet tale ſtatutum uale-
re, maximè ſi tendat ad durius examen doctoran-
di, ne contingat approbantes falli in iudicio quod
habent facere de ipſo doctorãdo. Nec ſcio an etiam
forte neceſſarium eſſet tale ſtatutũ ad refrȩnandam
imperitorũ audaciam, aduerſus quam etiam abſq;
ſtatuto



ſtatuto omni conatu eniti debent.

Reliqua circa poteſtatem capituli in cõdendo ſta
tuta, dicentur infrà, in apparatu Panor.

QVARTO ex iſto tex. noto ſecũdum Panor.
& Aret. hic in tertio notab. quòd bona ſingularia
capituli poſſunt annecti præbendis canonicorum, 63
ſi fructus præbendarum ſunt inſufficientes. Et hoc
probat Panorm. optima ratione. Quia etiam pro-
pter hanc rationem capellæ poſſunt annecti præ- 64
bendis canonicorum. cap. extirpandæ. §. qui uerò.
&. capit. expoſuit. infrà, de præben. Addo etiam
quòd iſta cauſa poteſt fieri unio duarum eccleſia- 65
rum, quando redditus unius eccleſiæ non ſunt ſuf-
ficientes. clementia. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu
monach.

Ad unum tamen aduerte, quia iſte tex. non con-
cludenter probat, quòd capitulum poſsit annectere
bona ſingularia eccleſiæ præbendis canonicorum:
non enim dicit, quòd uineæ fuerint annexæ per ca
pitulum: ſed ſolùm dicit, quòd uineæ erãt annexæ.
Per quæ uerba non neceſſariò infertur, quòd capi-
tulum hoc fecerit. Quia talia uerba poſſunt uerifica
ri etiam ſi à principio fundationis tales uineæ fuiſ-
ſent annexæ per epiſcopum de uoluntate fundato-
ris, uel etiam ſi ex poſtfacto per Papam fuiſſent an-
nexæ: quo caſu non eſt dubiũ, quòd Papa hoc po-
teſt facere. Et quia tex. ſuper hoc non dubitat, ideo
uidetur præſupponere, quòd habilia concurrant. l.
qui teſtamẽto. ff. de teſta. c. unico. de baptiſmo. cum
alijs uulga. Et ſic patet iſtud notabile nõ concluden
ter probari in textu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



QVINTO noto ex eiſdem uerbis,ibi, anne-
66 xæ ſunt uineæ,&c.ſecundum Bald.hic, quòd licet
aliquid ſit annexum,non tamen eſt:illud idem: Si-
cut cœmiterium eſt annexum eccleſiæ, non tamen
eſt eccleſia:clauſtrum eſt annexum domui,& tamẽ
non eſt domus: & pertinentiæ ciuitatis ſunt anne-
xæ ciuitati,& tamen non ſunt ciuitas,nec membrũ
eius integrale, ſed ſolùm cohærentiale. Addo pri-
mò,quæ pulchrè tradit Albertus Brunus in pri-
ma concluſione tractatus de augmento, col.j. &
duabus ſequen.& maximè col.j.uerſic.quædam ſe
habent ut unita.

SEXTO noto in illis uerbis, ad ſucceſſores nõ
67 tranſeant. ſecundum Panor. hic in.4. notab. quòd
largo modo canonici dicantur habere ſucceſſores:
de quo dic ut per Decium hic in.1.lectura,in.4. no-
68 tab. Adde bene facere largo modo,ille dicitur ſuc-
cedere alicui qui in locum illius ponitur, licet non
ſit hæres,ut probat text. iuncta gloſ. in uerbo,ſuc-
ceſsiſſe.in uerbo,hæreditas.§.qui filium.ff.de teſta.
tut.& bonus tex.in.l.meminiſſe.ff.de offic.procon-
ſul.& lega.qui loquitur de ſucceſſore in officio pro-
conſulatus.

NOTO ſeptimò ex iſto text.id quod dicit Pa-
nor.hic in.5.notab.ex cuius dictis colligo ſequentes
concluſiones.

69 Prima cõcluſio.ſtatutum dicitur iniquum cùm
ſtatuentes nolunt illud obſeruare in ſeipſis, quod
in alijs ſtatuerunt. Et ideo dicit Angelus in.l. pri-
ma.ff. quod quiſque iuris. quòd doctor qui ali-
70 quid conſuluit ex una cauſa, ſi habeat cauſam ſi-
milem



milem, tenetur illud ſequi in cauſa propria.ſequi-
tur ibi Iacobinus de ſancto Georgio in prima le-
ctura.in fine.& ibi Paulus de Caſtro, & Alexand.
dant duas limitationes ad iſtud dictum, de qua-
rum ueritate uide ibi Claudium de Seycello. Et
per iſtum text.dicebant antiqui docto. quod ſtatu-
ta ligant etiam ſtatuentes.Et inferebant ad quæſtio
nem, ſi Epiſcopus per ſtatutum imponat pœnam
excommunicationis ludenti ad Azardum, & ipſe
ludat,an incurrat excommunicationem, ut refert
Ioannes Andre. in reg. cui licet. col. tertia.uerſicu.
ſolutis rationibus.de regulis iuris. in mercuria. ubi
tamen tenet contrarium.Et reſpondet ad iſtum te-
xtum.

Et de hoc an ſtatutum Epiſcopi liget ipſum Epi- 71
ſcopum, & an ſtatuentes ligentur ſuis ſtatutis, ui-
dete pulchrè Baldum in.l. digna uox.C. de legib.
Matthæum de Afflictis in commento conſtitutio.
Neapolitan.libro ſecundo.titu.33. in conſtitution.
unica.col.penultima.in principio.Barba. in cap.pri
mo.col.11.in fin.numero.84.ſuprà eodem. & com-
munis concluſio eſt, quòd ſtatutum Epiſcopi non 72
ligat ſtatuentem.quam cõmunem opinio.tenet Ia-
cobinus de ſancto Georgio in dicta.l.j. in prima &
ſecunda lecturis.ff.quod quiſque iuris.& nota hæc
ad ea quæ dixi in.c.1.in gloſ.in uerb. ab omnibus.
ſuprà eodem.

SECVNDA ſit concluſio. A ſtatuto edito in
odium uel præiudicium particularis perſonæ lici- 73
tè poteſt appellari ita Bartolus in.l. omnes popu-
li. in ultima quæſtione,quintæ quæſt. principalis.
ff.de

ff.de iuſti.& iure. Decius hic plura ad hoc allegans in.1.lectu.in.5.notab.Iaſon in.l.1.in prin.ff.de legib. Ange.in.§.ius ciuile.col.6.ad fi.Inſtit.de iure natu. gent.& ciuil.do. de Ripa lib.1.Reſponſorum.c.22. col.2.uerſi.ſed præmiſsis non obſtan. dixi ſuprà in rub.huius tit.facit text.Et quod ibi notant Docto.
74 in.c. ueſtra. infrà, de loca. An autem & quando à quolibet actu extraiudiciali poſsit appellari, uide Petrum de Ancha.in.c.conſtitutio.de elect.in.6.per Doct.in.c.concertationi.de appella.in.6.

75 Ampliatur primò,ut procedat etiam in ſtatuto generali. dummodo ex coniecturis colligi poſsit, quòd ſit factum in odium alicuius. Felin.hic,col.2. uerſi. & dum dixi.de quo etiam dixi ſuprà in rub. Addo Iaſ.& Claud.de Seycello in dicta.l.1.ff. de legib.Pet.de Ancha.in cõſi.298.in territorio Dethiani.per totum.Io.Crotum in repe.d.l. omnes populi.col.15.in fi.uerſi.decima concluſio. eundem Iaſ.in conſi.161.circa primum articu.col.4.uerſicu.confirmantur prædicta.in.2.parte.Et in pulchro caſu hoc tenuit Iaſon in conſi.120.iuriſdicam arbitror.in fi. in.4.parte.ubi concludit, ſtatutum factum per collegium medicorum de non admittẽdo ad collegiũ niſi ciues,cenſeri factum in odium priuati,qui paulò ante fuerat præſentatus.Facit nota.quæſtio, quã examinat Petrus de Ancha.in repe.c.1.col.166.uerſicu.ſed ego hic quæro: ubi format quæſtionem: Archiepiſcopus ſpecialiter habet extra ciuitatem aliqua molendina ex largitione regum Vngariæ: ſimiliter cõmune Spalati habet alia molendina extra ciuitatem prædictam: & homines de Spalati prout



prout uolunt uadunt ad illa uel ad alia, & ſoluunt certam mẽſuram. Statuit commune Spalati,quòd omnes ciues,qui cauſa molendi irent extra ciuitatẽ, ſoluant in egreſſu portæ menſuram,de qua ſuprà: & uolentes accedere ad eorum molẽdina illam ſoluere nõ teneantur:ex quo ſequitur, quòd homines coacti ſoluere uadunt omnes ad molendina cõmunis,ut euitent hanc ſolutionem relictis molendinis archiepiſcopi.Refert Pet.de Ancha. in loco prælle ga.ſe conſuluiſſe,quod tale ſtatutum non ualeat.

Secundò amplia,ut non ſolùm procedat quãdo 76 ſtatutum ſit in odium & grauamen alicuius particularis perſonæ,ſed etiam ſi fiat in odium & grauamen unius quarterij ciuitatis,ut plenè tradunt Ancha.& Iaſon in dicta.l.j.ff.de legib.Stepha.Bertran. in conſi.primo.uiſo conſultationis themate.col.6.in 7.dubio.in.3.parte primæ impreſsionis.

Tertiò amplia,ut non ſolùm à tali ſtatuto poſsit 77 appellari,ſed etiam poterit appellari à ſententia lata ſecundum tale ſtatutum.Bald.in.l.quiſquis. uerſic.eſt & alius caſus.C. quorum appella. non recip. Quod intelligo uerum,quando grauatus à tali ſtatuto appellaſſet aut in iudicio contra eum qui immitteretur ex tali ſtatuto fuiſſet appoſita exceptio doli quæ competit grauatis,ut infrà dicam.

Quartò ampliatur,ut etiam de iniquitate ſtatuti 78 poſsit agi per uiam quærelæ, ut dicam in ſequenti concluſione.

Quintò ampliatur,ut etiam grauatus ex tali ſta- 79 tuto poſsit contra agentem ex illo opponere exceptionem doli.l.j.in fin,ff,de doli except.do,de Ripa in di

Universidad de Deusto Biblioteca

in dicto libro primo Reſpõ.cap.22.Et hoc uerum.
ſi actor participauerit dolum , aliâs ſecus.l.2.§.1.ff.
illo titu.declarando tamen,ut per Ang.Aret.Inſti.
de exceptio. in princip.col.5. uerſicu. ueniamus ad
tertium.

80 Limita nunc primò hanc concluſionem,ut non
procedat, quando ſtatutum eſſet re & nomine ge-
nerale. Quia tunc ab illo non eſſet licitum appella-
re.l.2.§. exactis.ibi, neque prouocatio ex eis.ff. de
origine iuris.l.ſi qua pœna.ff.de uerbo.ſignificatio.
&.l.fin.ff de appel.recip.Bart.in dicta repe.l.omnes
populi.dixi ſuprà in rubri. & tradit Feli.hic. col.2.
uerſic.hanc concluſionem intellige.Et in iſtis termi
81 nis uidetur procedere quod dici ſolet,legem quan-
tumcunque duram ſeruandã eſſe.l.proſpexit.ff.qui
& à quib. hanc etiam limitationem ponit Bald. in
dicta.l.quiſquis.C.quorum appellat.nõ recip.addo
pulchra uerba Platonis dialogo.1.de legi. Vna cer
82 tè,inquit,erit lex præclariſsima, ne quis iuuenum
quærere audeat,rectène,an contra ſe leges habeãt.
Sed uno omnium ore,unaq; uoce rectè,tanquam à
Dijs poſitas credi præcipiat: nec ullo modo pati
quidquam à iuuenibus excogitari: ſenem autem ſi
quid excogitauerit,principibus, & æqualibus, ne-
mine iuuenum audiente,referre.Et pro hac limita-
tione facit tex.in.c.erit autem lex.in fin.iuncto.c.ſe-
quen.4.diſtinct.

83 Secundò fallit ut non procedat quando ſtatuen-
tibus datum eſſet arbitrium procedẽdi appellatio-
ne remota. Bal.in.l.2.§.poſtea ne diutius.ff. de ori-
gi.iur.de quo uide Alber.Brun.in.3.uolu.ſtatuto-
rum



rum.in uerbo, appellatio.col.3. uerſi. à grauamine
ſtatuti.Et contra hanc limitationem facit quod tra-
dit Decius hic in.2.lect.in.4.notab.dicens,quòd etiã 84
ſi ſtatutũ fuerit conditum à principe, appellari po-
teſt. Quia princeps dicitur male informatus: & à
mala informatione principis appellari poteſt.l.j.§.
quæſitum.ff.de appel.Sed reſponderi poteſt, quòd
iſta appellatio non ſuſpendit obſeruantiam ſtatuti.
& Bartol. in dicta.l. omnes populi. quem allegant
omnes, loquitur de appellatione quæ ſuſpẽdit ob-
ſeruantiam ſtatuti. Cogita tamen circa hãc limita-
tionem.

Tertiò fallit, quando illi, in quorum præiudi- 85
cium tendit ſtatutum,conſentirent:quia tunc ſtatu
tum ualeret. Inno. in dict.c.ueſtra. infrà,de loca.&
ad hoc facit notabilis deciſio Ioan. Andr.in.c.fi.de
immunita. eccle.in.6. ubi dicit,ualere ſtatutũ ciuiũ,
quòd ſi non ſeruetur certa forma in alienatione rei
per contrahentem,contractus non ualeat,& res ap-
plicetur fiſco. Licet enim tale ſtatutum auferat do-
miniũ rei, quia tamen ciues ſic ſtatuunt, & omnes
ciues uerè,uel interpretatiuè ſtatutum fecerũt, ideo
tale ſtatutum in eorum præiudicium ualet. Et hoc
dictũ ſequitur Feli. plura ad hoc allegans in.c.quæ
in eccleſiarũ. col.16.uerſic. tertio nota. infrà eodem.
Plura alia ad hanc limitationem allegari poſſent,
quæ omitto.

Amplia hanc limitationem,ut non ſolùm proce
dat,quãdo illi,quibus ſtatutũ pręiudicatur expreſ-
ſè conſentiunt. Sed etiam ſi expreſsè citati fuerunt
ut conſentiant,uel contradicant,& ipſi tacent.Quia
licet

Universidad de Deusto Biblioteca

86 licet ubi agitur de præiudicio tacentis, ex taciturni
tate præſumatur conſenſus: tamen fallit ubi tacens
expreſsè fuiſſet citatus ad conſentiendum, uel con-
tradicendum. Ita in iſtis terminis tradit Inno. in di-
cto. c. ueſtra. infrà, loca. & tradit Felin. in. c. 1. in fi. in
frà, de maior. & obedien. & plenius hic, col. 6. uerſi.
& ex his reſultat una doctrina.

87 Quartò fallit, ubicunque ſubſiſteret aliqua iuſta
cauſa taliter ſtatuendi contra priuatam perſonam.
Feli. hic poſt alios quos allegat in princ. Iaſ. in dicta
l. omnes populi. col. 3. uerſicu. confirmo. Hiero. Ca-
gnoli in procem. ff. in prin. col. 4. uerſic. ſed inſtat
difficultas. & uerſic. ſeq. Plenè Claudius de Seycel-
lo in. d. l. j. in prin. ff. de legib. ubi enumerat aliquas
cauſas, ex quibus ſuſtineri poteſt tale ſtatutum. Fa-
cit etiam quod tradit Pet. de Anch. in repet. c. 1. col.
119. ſuprà eo, ubi poſt Bald. per eum allega. quærit.
88 Si una pars ciuitatis eſt expulſa, an illi qui remanſe
runt poſsint facere ſtatuta contra expulſos. Et con-
cludit quòd ſic, ſi fuerūt expulſi ex iuſta cauſa: aliâs
ſecus. & ibi per eum. Et de hac limitatione aliquid
dixi in rub. huius tit. hanc etiam limitationem po-
nit formaliter Ang. in cōſil. 323. dominus Viauchi.
in fine.

89 Quintò prædicta cōcluſio ita demum procedit,
ſi fuerit appellatū intra decem dies. Aliâs lapſis de-
cem diebus non eſt amplius recipienda appellatio.
l. qui grauatos. C. de cenſibus. lib. 10. Bart. in. l. ambi
tioſa. col. pe. uerſic. quæro infra quantum tempus.
ff. de decretis ab ord. faci. facit tex. in. c. concertatio-
ni, de appella. in. 6.





Sed contra hanc limitationem obſtare uidetur,
Quia ſtatutum iniuſtum ſemper loquitur, ſemper
terret, & continuum metum infert, ut inquit Bald.
in. l. omnem in fi. C. ad Tertul. ſequitur Iaſon in con
ſil. 165. uiſo & conſiderato, col. penul. ad finem. in. 2.
parte. Ergo uidetur, quòd ſemper etiā poſt decem 90
dies poſsit appellari. Quiā quando grauamē quod
infertur habet tractum ſucceſsiuum, tandiu poteſt
appellari, quandiu durat grauamen. Spec. in tit. de
appella. §. reſtat. uerſic. Et nota ſecundum Vincen.
Bal. in. l. 2. col. 2. uerſic. ſecundo quęro. C. de epiſcop.
audien. glo. & Doct. in. l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Sed
reſponderi poteſt, quòd iſta conſideratio ſumitur
in appellationibus iudicialibus, non autem in ap-
pellationibus extraiudicialibus, cuiuſmodi eſt iſta.
ita in ſimili reſpondet Præpoſitus in. c. ut debitus.
in. 15. col. uerſicu. & ideo licet quis ſit excluſus. infrà
de appella. ubi dicit, quòd tex. in dict. c. concertatio
ni. loquitur in extraiudiciali grauamine. Et quæ
dicuntur de grauamine habente cauſam ſucceſsi-
uam, procedunt in grauamine iudiciali. De quo ta-
men an hæc conſideratio habeat locum in graua-
mine extraiudiciali, uide Spec. in tit. de appella. §.
reſtat. uerſic. ſed quid dices.

Et prædicta limitatio procedit, niſi cauſa appel-
lationis eſſet tractāda coram principe, per auct. ſed
& lis. C. de tempo. appella. ubi quandiu ſperatur lis
in conſiſtorio moueri, appellatio morę intacta ma-
net. Et dicit Bal. in. c. uenientes. col. penult. de iureiu.
quòd ſi ſtatutum dicat, à ſententia non poſſe appel-
lari, niſi infra eandem diem: non habere locum, quā

Universidad de Deusto Biblioteca

do appellatur ad principem. Sequitur Iaſo.plura ad hoc allegans in conſil.16. dubitatur an ſententia. col.penul.uerſic.Item appellatio. in.3. parte. Et hoc etiam modo limitari poteſt ordinatio regia, qua cauetur,illico appellandum eſſe, aliâs appellatio non permittitur.Nam hoc non procedit quando appellaretur ad principem,per ſupradicta.

91 TERTIA Concluſio ex dictis Panor. colligitur,quòd ſi à ſtatuto in odium particularis perſonæ facto non fuerit appellatum infra decem dies, poterit nihilominus per uiam querelæ peti reuocatio:ut hic latius per Doct.& dixi ſupra in rub.

92 Fallit Primo,ut non procedat, quando grauatus appellaſſet à tali ſtatuto. Et tandem non proſequẽdo appellationem,permiſiſſet eam deſeri. Nam poſtea non audiretur per uiam querelæ. Quia uia quam elegit ſibi pateat.Ita in grauamine, quod infertur ex actibus extraiudicialibus, concludit Decius in.c.cum ſit Romana.col.7. uerſi.glo.in uerbo ante litis.Et uerſic.ſequen.infrà,de appellatio. Facit quod not.Bal.in.l.j.in.2.notab.ff.de execut.rei iud. ubi dicit, quod ſi creditor qui ex pacto poteſt ingredi propria autoritate poſſeſsionem rei pignoratæ adeat iudicem,ſibi præiudicat. Quia uia quam elegit ſibi pateat.Plura ad hoc allegat idem Decius in.l.fi.col.9.uerſic.Sed aduertendum.C.de edic.diui Adria.tollen.

93 Secundo limitetur prædicta concluſio,ut ita demum audiatur grauatus per uiam querelæ,ſi infrà annum moueat querelam: aliâs ſecus. Ita determinat Bar.in dic.l.ambitioſa. Decius hic, cum ſimili;





ut plenè dixi in lib.Pact.pag.107.in fi.nu.230.& ſu
pra in rub.huius tit. & ultra per me dicta in locis
præallegatis addo,quòd idem tenet Ioan. Baptiſta
in rep.l.omnes populi.col.68.uerſicu. Oritur mihi
circa prædicta.ff.dict.iuſt.& iur. Sed aduertendũ
eſt: Quia hæc limitatio non uidetur eſſe de mente
Doct.Et in primis contra hanc limitationem facit
quod notabiliter dixit Bald.in.l. unica.§. ſimiliq;
modo.in fine.C.de Lat.liber.tollen.ubi dicit, quòd
fortior eſt ſententia diffinitiua, quàm ſtatutum. 94
Nam ſententia,quantuncunq; iniquiſsima, tranſit
in rem iudicatam, ſi ab ea non appelletur: Sed de
iniquitate ſtatuti poteſt ſemper ſupplicari principi.
Timore huius contrarij Iohannes Baptiſta in dic.
l.omnes populi.fatetur, quòd de iniquitate ſtatuti
eſt, poſt annum poteſt ſupplicari ad ſuperiorem.
Per uiam autem querelæ negat poſſe agi niſi infra 95
annum. Et ſic facit differentiam inter uiam querelæ,& ſupplicationis.Sed hoc nihil eſt. Quia non uideo differentiã,niſi quòd quandoq; querela mouetur apud eum,qui grauat:Et de iſta querela non loquuntur Doct. hic, ſed de querela quæ mouetur apud ſuperiorem,ut probat tex.iunc.glo.in uerbo debitam.in dict.c.concertationi. de appella.in.6. Et text. in dict.l. qui grauatos. ſuper quo ſe fundant Bart. & Doct. loquitur de peræquatore qui non habet iuriſdictionem cognoſcendi de iniuſta peræquatione.Et ſic iſta differentia quam facit Ioã.Baptiſta non tollit difficultatem:non enim uideo differentiam ſubſtantialem inter querelam,quæ mouetur apud ſuperiorẽ, & ſupplicationẽ quæ etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

mouetur apud principem. Fortè dici poſſet, quòd Bal. loquitur in ſupplicatione quæ mouetur apud principem, in qua non uidetur quòd ſtatutum ſit aliquod tempus, per ea quæ dixi ſupra in fine quintæ limitationis ad præcedentem cõcluſionem. Sed replicari poteſt, quòd Bal. non habuit hanc conſide-
96 rationem. Et dato quod habuiſſet hanc conſiderationem, tamen Feli. hic col. 2. uerſic. 2. concluſio. refert modernos in c. conſuluit tertio. infrà de appellat. tenere, quòd ſententia ſtatuti tranſit in rem iudicatam. unde quandocunq; ex interuallo citra medium appellationis poteſt ſequi retractatio iniqui ſtatuti. Et ſic generaliter loquitur.

Et tenendo contra hanc limitationem aliàs dũ legerẽ iſtud capitulum, ad dictam. l. qui grauatos. reſpondebam, quòd ibi grauamen non habebat tractũ ſucceſsiuum, ſicut in caſu noſtro: Et inducebam in argumentum quod ſuprà in 5. limitatione ad præcedentem concluſionem dictum eſt de appellatione à grauamine habente tractũ ſucceſsiuũ. Nunc autem diligentius conſiderando non placet iſta reſponſio. Quia ſecũdum eam ſequeretur quòd à grauamine extraiudiciali, non habente tractum ſucceſsiuum, poſt annum non poſſet moueri querela: quod eſſet nimium reſtringere text. in dicto. c. concertationi.

Quare aliter, & melius reſponderi poteſt, quòd illa lex loquitur in actione quæ intentatur contra peræquatorem ob eius dolum, ut patet ibi, Vt quid remiſsum gratia, quidúe interceptum fuerit fraude, conuincant. Et ſic eſt actio criminalis, ut pa-





tet ibi: Et leuamen ex eo accipiant, quod per deformia & criminoſa commercia ſibi impoſitum eſſe deplorant. Et ibi: De iniuſto conqueratur onere, iniquitatem peræquatoris accuſet, ac præſtitam gratiam, habita compenſatione conuincat, ut quod ei fuerat ſuperfuſum, ille cognoſcat quæ debitæ
functionis fraus clandeſtina ſubſtraxerat. Vbi patet, 97
quòd actio quæ competit contra peræquatorem eſt criminalis, & pœnalis. Idem etiam probatur in l. peræquatores. C. illo tit. Chaſſaneus in conſil. 50. dubium tale eſt. in fi. Nimirum ergo ſi non ſit perpetua, ſicut aliæ actiones quæ non ſunt criminales, ſed ciuiles. Quia actiones criminales quo ad hoc differunt à ciuilibus in tempore longioris uel breuioris uitæ. l. querela. ubi gloſſ. & Doct. C. de fal. Eſt uerũ, quòd Io. de Plate. in dict. l. qui grauatos. ſentit actionem, de qua ibi, eſſe ciuilem, & non criminalem: & differre ab actione criminali, de qua in dict. l. peræquatores. Sed eius opinio non uidetur mihi uera per ſupradicta. Et ad dic. l. qui grauatos. uide Panor. in c. quia iudicante. in 3. quæſt. princip. & ibi Feli. infrà de præſcrip. Vltimo circa prædicta notanda ſunt pulchra uerba Cepollæ cautela 225. ſtatuta quandoq; diſponunt. ubi concludit in ſtatuto tollente aliquas uel omnes exceptiones, Quòd in ſubſidium de iniquitate ſtatuti poteſt recurri ad iudicem eccleſiaſticum. iuxta cap. licet ex ſuſcepto. & c. ex tenore. cum ibi notatis. infrà de foro competen. & dat cautelam, ut non recurrat quis tanquam à denegata iuſtitia, ſed tanquam à ſtatuto iniquo. Et idẽ dicit in omni alio ſtatuto iniquo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vide tamen ad hoc Anto.de But.in.c.cum Ioann-
nes hæremita.col.2.in ſecunda oppoſ.& col.3.uer-
ſic.ad primum.infrà de fide inſtrumen. Feli.in.c.2.
col.4.uerſic.quanto intellige.infrà de probat.

98 Et ſtatuta epiſcopi in dubio præſumuntur eſſe
iuſta,& rationabilia,niſi de cõtrario appareat.Car.
in cle.1.in prin.in.2.quæſt.de ſepult.

99 QVARTA & ultima ſit concluſio: Statutũ
factum in præiudicium ſingularis perſonę,eſt ipſo
iure nullum:ſecundum Panorm.hic, & Antho.de
But.uterq; in.5.notab.idem Antho.de But.in con-
ſil.42.uiſis pũcto.Barba.hic.col.8.uerſic. capio nũc
ſecundum.Bal.hic.col.j.uerſic.ſed nunquid ſtatuta
inquit.Faciũt pulchra uerba diui Auguſtini.19.de
ciuitate dei.c.21.Nõ enim(inquit)iura dicẽda ſunt
iniqua hominum ſtatuta: cùm illud etiam ipſi ius
eſſe dicãt,quod de iuſtitiæ fonte manauerit.Et Pla-
to in Minoë:Neq; enim(inquit)iniquam conſtitu-
tionem legem eſſe congruit. Faciunt quæ dixi in.
c.j.in.j.parte gloſſa.j.ſupra eodem. Contrariam
opinionem tenuerũt Aug.& Ambro.de Vignate
in.l.j.§.initium.ff.de poſtulando. Corne.in conſil.
90.ſcrupuloſa uidetur.col.penulti.uerſicu. accedat
quod aliâs.in.3.parte. Decius hic, & in conſi.37.in
cauſa rigoroſæ accuſationis. poſt principum in.j.
parte.Bal.in.c.j.§.& quia uidimus.col.6.uerſi.mo-
do quęritur.de his qui feud.dare poſſ.in uſib.feud.
in.l.j.§.qui magiſtratum.uerſic.in glo.ibi facere.ff.
quod quiſq; iur.& in tract.ſtatuto.in uerbo magi-
ſtratus.Ludo.Teſſeræ.in.l.5.in.j.nota.ff.de reb.du.
Io.Crotus in repet.l.omnes populi.col.15.in fi.uer-
ſicu



ſiculo decima concluſio. ff.de iuſtitia & iure. An-
gelus,& Fran. de Curte iunior in.l.2.ff.quod quiſ-
que iur.

Reperio tamen quòd Aret.hic ſaluando opinio-
nem Panor.deſtinguit, aut ſtatutum eſt iniquum
ea ratione, quia non diſponit uniuerſaliter, ſed eſt
factum contra ſingularem perſonam & procedat 100
opinio Panor.quòd tale ſtatutum ſit ipſo iure nul-
lum. Quia ſicut non ualet ſententia lata parte non
citata,l.j.infrà de cauſa poſſ.& proprieta.cle.paſto-
ralis.de re iud. ita non debet ualere particularis di-
ſpoſitio ſtatuti alicui præiudicans. Aut.uerò iniqui
tas ſtatuti ſurgit ex alio capite: & tunc, niſi ſtatutũ
ſit contra ius diuinum, naturale, uel gentium, tale
ſtatutum ualebit mero iure:licet, ut dictum eſt ſu-
prà, de illius iniquitate poſsit cognoſci per uiam
querelæ,uel appellationis.Et pro hac concordia fa-
cit quod notãt Gemi. & Præpo.in ſumma.18.diſt. 101
in.fi.ubi in illa quęſt. An epiſcopus teneatur requi
rere conſenſum ſubditorum,quando uult condere
ſtatuta,diſtingunt: Aut enim epiſcopus ſtatuit cir-
ca ea quæ concernũt exercitium ſuę iuriſdictionis:
& quoad hęc non tenetur requirere cõſenſum ſub
ditorum. Aut uerò uult ſtatuere circa concernen-
tia præiudicium ſubditorũ:& tũc requiritur cõſen
ſus ſubditorũ tacitus uel expreſſus. Sed hãc opinio
nem Are. Dec.hic in prima lectura,reprobat dicẽs,
Non eſſe bonum argumentum de ſententia ad ſta- 102
tutum. Quia in ſententia pro forma requiritur ci-
tatio. Et pro eius opinione facit quia citatio quæ 103
in actionibus extraiudicialibus adhibetur, non

 eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt propriè citatio, ſed quædam intimatio. Innocentius in capit. cum nobis. in gloſſa in uerbo reuocare. infrà de elect. facit gloſſa in. l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bonorum poſſ. uide tamen Signor. de Homodeis in conſili. 56. ſtatuto ciuitatis. columna ſecunda, uerſicul. ſexto ſic arguitur. ubi po-
104 nit regulam, quod licitum eſt arguere de ſententia ad ſtatuti poteſtatem.

Nec obſtat opinio Præpoſiti & Gemi. præallegat. quia licet dicant, quòd epiſcopus ſtatuendo in præiudicium populi, debeat adhibere conſenſum populi: Non tamen ſequitur, quòd ſtatutum factum, non habito conſenſu populi, ſit ipſo iure nullum: niſi fortè epiſcopus excederet fines ſuæ iuriſdictionis: quo caſu ſtatutum quantumcunque rationabile, eſſet nullum ex defectu poteſtatis. Melior ergo uidetur reſponſio quam ſuprà poſui in rubr.

Et ad prædicta notandum eſt, quòd quando aliquid eſt ipſo iure nullum, ſed tamen de facto obſeruatur, ut quia ſuperior ita uult, tunc de illo actu idem iudicamus quod de actu ualido: ut notat Decius poſt Alber. per eum allegatum in capit. ex tenore. columna penultima. uerſiculo ultimo notandum. infrà de reſcriptis. Socy. in. l. prima in. 9. notabili. ff. quod quiſque iuris. Hieronymus. Cagnoli in. l. ſi quis maior. col. fin. in principio. C. de tranſaction. Alexand. in conſil. 107. pro inueſtigatione. col. 5. uerſicul. bene facit quod notat. Alb. Decius in conſil. 456. Conſului aliâs. in princ. in. 2. partic. 3. partis.

OCT.



OCTAVO noto ex iſto textu ibi, cùm igitur quod quiſque iuris. hic eſſe text. de illo brocardo, 105
quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure utatur: ut non ſolum habeat locū in impetrante ius iniquum, ſed etiā in eo qui ſtatuit ius iniquū.
Et habens procedere ut bonus uir, debet procedere 106
ut faceret in cauſa propria. Bal. in. l. prima. C. de his quæ pœnæ not. per tex. in. l. j. ff. de ſolut. Feli. in. c. 1. col. penul. uerſi. quarto noto. ſuprà eo. Et ſi tradens pecuniā alicui, dicat ſibi, Da cui uelis: nō poterit recipiens illā pro ſe retinere. l. ſi mandauero. §. ſi tibi. ff. mand. Bal. in. l. ſi is qui. C. de furt. ubi Barb. in apoſtil. & hic. col. 12. in prin. infert ad quæſt. de illis quibus conſilium Bononieñ. dederat poteſtatē transferendi imperium in quos uoluiſſent: quòd non poterant imperiū pro ſe retinere. Et de hoc brocardo, Patere legem quam tuleris: uide gloſ. in uerbo, detulit. in. l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. ait prętor. ff. de iure iurā. Sed aduerte, quia hæc ratio male uidetur induci per Papam. Nam ſecundum eam ſequeretur, quòd ſtatutum ualeret in eo, quòd obligat ſucceſſores ad reſidendū: quódque ſtatuentes debeant etiam eſſe obligati ad reſidentiam non quidē ex ui ſtatuti, ſed ex ui retorquutionis. Et ſic uti eo iure quod ipſi ſtatuerunt. Et tamen Papa hic contrarium determinat, quod ſcilicet ſtatutum non ualeat: & nec ſucceſſores, nec ſtatuentes ad reſidentiam teneantur.

Ad hoc argumentum, Innoc. hic dat tres ſolutiones. Prima, quòd hic nullus erat qui hoc peteret: quæ reſponſio ſi non eſſet diuinatiua, bene oſtenderet

 ret

Universidad de Deusto Biblioteca

ret edictum, Quod quiſque iuris, nō habere locum
in caſu huius capituli. Sed non tollit argumentum
ſupra factum. Quia ſi hoc uerum erat, Papa nō de-
bebat allegare hanc authoritatem, & poſtea deci-
dere contrarium. Secunda, quòd hic non fuerūt uſi
hac cōſtitutione, licet eam feciſſent. Quæ reſponſio
laborat eodem morbo quo præcedens. Quia diui
natiua, & non tollit argumentum: præterea præ-
ſupponit, quòd ſi ſtatuens ius iniquum eo non fue-
rit uſus, non habeat locum edictum, Quod quiſq;
iuris: quod uidetur eſſe contra tex. in. l. j. in princip.
iuncta gloſ. in uerbo, ſtatuerit. & in. l. tertia. ff. quod
quiſque iuris. ubi Franc. de Curte iunior poſt Ale-
107 xand. reprobat in hoc Inno. hic, & dicit, quòd ſicut
impetrans ius iniquum patitur retorquutionem,
etiam ſi eo iure nō utatur: ita etiam ſtatuens ius ini-
quum patietur hanc retorquutionem, licet illo nō
fuerit uſus. idem etiam tenet Barba. hic, col. nona. in
princ. Tertia reſponſio, quòd edictum, Quod quiſ-
que iuris, habet locum ubi lex teneret, licet eſſet in-
iuſta: ſecus ubi lex non tenuit. Et ſubdit, quòd in ca
ſu noſtro ideo ſtatutum non ualuit, quia fuit fa-
ctum ſine conſenſu epiſcopi. De quo tamen ultimo
dicam infrà in gloſ. prima. Et hanc reſpōſionem ſe-
quitur Bald. hic col. ſecunda. uerſic. ibi cùm igitur.
Sed tamen hæc reſponſio non tollit argumentum,
ut de alijs reſponſionibus dictum eſt. Et fuit con-
ſideratio Anto. de Butr. hic. Quarta fuit reſponſio
Petri de Anc. hic, in lect. quòd iſtæ rationes inferūt
nullitatem conſtitutionis, quaſi nō teneat, poſt quā
decernit non ligari ſtatuētes; & aliud ſtatuerunt in
per



perſonā alterius, quàm eorum perſonā: ideo data
nullitate conſtitutionis non habet locum edictum,
Quod quiſque iuris. l. tertia. §. hæc uerba. ff. illo ti-
tu. quæ reſponſio laborat eodem morbo, quo præ
cedens. Præterea cōmunis cōcluſio eſt, quod in iſto
tex. ſtatutū ſit nullū, ut dixi in præcedenti notabili.

Quare aliter & melius reſpondet Antonius de
But. quòd hæc ratio ſolùm uenit ad oſtendendum,
quòd ſtatutum erat iniuſtum, ex quo ſtatuentes ſta
tuebant in alios quod ipſi nolebant obſeruare. Et
quo ad hoc ratio text. bene militat. & eandem re-
ſponſionem uidetur uoluiſſe Bald. hic dum dicit,
quòd aut loquimur de ui arctatiua, & tunc fatetur
quòd ratio Papæ concluderet potius oppoſitum,
quàm propoſitum: aut loquimur de ui compara-
tionis, & tunc concludit eandem cenſuram: & ad
hoc probandum intendit Papa: & reſponſionem
Anton. de But. ſequitur Barba. hic col. nona. Imol.
col. 3. uerſi. ſed aduerte quòd contra lecturam. gloſ.
& Cardina. hic.

Et ſi dicas, ex quo propter hanc rationem ſtatu-
tum erat iniuſtum, quare ergo papa non mandat
quòd ſtatuētes illud obſeruent in perſonam ſuam
quod in alios ſtatuerunt. Reſpōdetur, quòd hic Pa
pa etiam non mandat contrarium, ſed ſolùm man
dat archiepiſcopo Senonenſi, & epiſcopo Trecen-
ſi, ut uel antiquam conſuetudinem obſeruari fa-
ciant, uel nouam inſtitutionem rationabilem con-
ſtituendā. & tunc nō obſtat edictum, Quod quiſq;
iuris. Quia fateor, quòd quandiu ſtatutū durat, ſta 108
tuentes pati debeāt retorquutionē. Sed per hoc nō
negatur

Universidad de Deusto
Biblioteca



negatur,quin ſuperior qui uidet illud ius iniquum
poſsit illud reuocare,uel in melius mutare. & certè
hæc eſt mera ueritas.

NONO noto in illis uerbis,Et ſapiẽtis dicat au
109 thoritas.quòd dum in aliqua lege citatur ſapientis
authoritas, intelligitur de Catone: nam Romani
eum,in quo multarum rerum uſus ac experientia
ſit,Catonem nominant, ut inquit Plutarchus in ui
ta M. Catonis ſenioris.& ad hoc notabile facit tex,
in.§.ſed quotiens.Inſtit.de iure natu.gen.& ciui. de
quo plura dixi ſuprà in rubri.& fortè Papa noluit
hic nominare Catonem,quia dubitatur an ea diſti-
cha quæ Catoni adſcribuntur, ſint ab ipſo compo
ſita.Nam Alciatus lib.4.parergon.c.13. procul du-
bio,affirmat eum libellum Portij Catonis nõ fuiſ-
ſe, quodq́ ſtylus arguit Theodoſianum ſeculum,
& quod fortè Probi grammatici fuit, ſed quiſquis
ille fuerit,arbitratur Alciatus eum non fuiſſe Chri
ſtianũ,idq́ probat in primo carmine illius libelli.

DECIMO noto in eiſdem uerbis ſecũdum Pa
110 nor.& Anto.de But.hic,quòd licitum eſt in deciſio
nibus cauſarum allegare authoritates ſapiẽtum &
Poëtarũ: nam Papa hic allegat Catonem poëtam
dicentem,Patere legem quam tuleris. ad idem tex.
in.c.quemadmodum.in prin.infrà,de iureiurã.ubi
Papa allegat illud poëticũ, Turpius eijcitur quàm
non admittitur hoſpes.& Panor.in dicto.c. quem-
admodum.§.illud autem.hoc colligit ex illo nota-
bili,tanquam ſi uerba eſſent in dict.§. illud autem.
cùm tamen ſint in prin.illius capituli.facit tex.in.l.j.
ff.de contrahen.empt.ubi iurecõſultus allegat Ho-
merum



merum poëtam. Ad idem text.in.§.idem pretium.
Inſtit.de empt.& uendit. ubi etiam Imperator alle-
gat Homerũ. Ad idem tex.in.c.forus.infrà,de uer-
bo.ſign.ubi Papa allegat Vergilium.Et ad hoc no
tabile plura congerit Paul. Roſellus per tres col.in
repet. Aret. in uerbo,authoritates Poëtarum. Vi-
de etiam de authoritate Poëtarum Cælium Rho-
diginum lib.7. lectionum antiquarum per totum.

Item & multò fortius dicendum eſt de authori-
tate Philoſophorum.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.ho- 111
mi.&.l.ſi pater.ff.de ſolut. Calca. in conſil.11. quod
non præſumatur. col.1.uerſic. in contrarium facit.

Secundò idem in authoritate Oratorum, ut eſt 112
tex.in.c.eſto ſubiectus.95.diſtinct. Tertiò idem in
euangelijs.c.qualiter & quando.2.infrà:de accuſat.
cum ſimil.ut tradit Barba.in conſi.3.& quidem ui-
ſo puncto.col.6.in.2.parte.Et generaliter idẽ in au-
thoritate ſacræ ſcripturæ. Decius in.c. ne innitaris.
in.3.notab.in utraque lect.infrà eodẽ.& in.c.1.in.4.
notab.infrà,de offic.deleg.in quibus locis plura ad
hoc allegat. Quartò idem in authoritate maiorũ
noſtrorum.Ang.in.l.ſi idem cum eodem. in princ.
per illum tex.ff.de iuriſdict.om.iud.Bologninus in
conſi.46.pro tanto in cauſa Gabrielis.col.fi.uerſi.&
quia dixerũt.cum ſimil.ut tradit Decius in.l.illam.
in.2.not.C.de colla.ubi tamen oſtendit hoc dictum
non probari in dicta.l.ſi idem cũ eodem.& ad pro-
poſitum huius notabilis allegat Pau.de Caſt.in.l.j.
ff.ſi cer.peta dicentem,quòd quandoque in lege al- 113
legatur authoritas Vergilij, cui ſtatur in illo caſu:
quia de illa authoritate eſt facta lex.Sed per hoc nõ
ſequitur

Universidad de Deusto Biblioteca

ſequitur, quòd in aliȷs caſibus dicta Vergiliȷ poſſint allegari pro lege. Idem in dictis Salomonis tradit Panor.in.c.1.de præſump.Et præterea hoc notabile nõ procederet ubi ratio iuris uel ipſum ius contradiceret authoritati Poëtarum, uel aliorum prædictorum.l.in tantum.ubi gloſ.iũcta.l.ſequen.ff. de rerum diuiſione. facit text.in dicta.l.j.ff.de contrahen. empt.

114 Et quando authores extranei dant teſtimonium legi ſcriptæ, fit inde lex pulchrior nõ ualidior.quia lex per ſe, abſque aliȷs authoribus ualida eſt, ut inquit Andreas de Iſer. in prælud.feud.circa finem. Ex quibus reſultat prima limitatio ad iſtud notabile.

115 Secũdò pro limitatione nota, quòd licet permiſſum ſit allegare Poëtas, tamen ſacerdotes illis intendere non debent, ut eſt tex.qui loquitur de Virgilio in.c. ſacerdotes.37. diſtinct. Ideo legimus de diuo Hieronymo, quòd dum libros Ciceronis legeret, ab Angelo correptus eſt, eò quòd uir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.c.legimus.ea diſtinct.ſeptima, in titu.de aduoc.§.nunc.de exord. uerſic.uel ſi allegauerit Poëtas. de quo tamen, an uiris eccleſiaſticis liceat ad huiuſmodi authores legendos operam intẽdere ultra ea quæ traduntur in dicto cap.legimus.uide Archiepiſcop.Florent. in ſecunda parte ſuæ ſummæ. titu.3.c.7.§.7. Bartachinum in prima parte ſecundi libri tract.de epiſco.in 47.quæſtione.ubi incidenter quærit, an ſint reprehendendi epiſcopi dantes operam libris poëticis, ut multi faciebant, maximè Sipontinus Campa-

nus &



nus & Modruſieñ.uiri ſua ætate doctiſsimi.

116 Tertiò, quod dictum eſt de authoritate Poëtarum, de plano procedit in his, quæ ipſi dicunt loco prouerbiȷ, quẽadmodum erat illud, Patere legem quam tuleris. de quo in iſto text. Et iſto caſu, etiam ſi eſſet dictum ruſtici, poſſet allegari.tex. eſt formalis in.l.ſi chorus.§.1.ff.de lega.3.facit tex.in.c.etſi Iudæos. ibi, iuxta uulgare prouerbium, infrà, de Iudæis.

Poſtremò aduertẽdum eſt, quia quandoq; Poëtis & Oratoribus magis creditur, quàm gloſsis & Doctoribus: nam Ioannes Picus Mirandula in lib. de fide & ordine credendi, theoremate.8.pagina.4. cõmonet pios lectores, ut gloſsis Decretorum, Decretalium, & Ciuilium etiam legum, non adeò fidẽ mancipent ſuam, ut examinando diligentius non ſuſcipiãtur, ubi maximè de rebus fidei, aut logicæ, phyſicæq; diſciplinæ, aut de proprietate linguarũ, etymologiarumq; nominum remotiorum, aut de hiſtoriȷs locorum & temporum habetur mentio. Inſulſa enim, inquit, multa, pleraq; ridicula, falſa nonnulla, omnia ferè parùm conſiderata huiuſmodi in rebus efferũtur ab eis: idq; uitium ætatis fuit, cùm periȷſſent atque in deſuetudinem abiȷſſent bonæ literæ, & excultiores, exactioresq; diſciplinæ peſſundarentur, gloſſatorumq; præcipuum ſtudium fuiſſet, in his, quæ ad agendas cauſas faciebant. Et dum ſumus in his quæ pertinent ad eorum ſcientiam, tunc creditur authoritati talium authorum.l. prima. in principio. ff. de uentre inſpiciendo. cap. fraternitatis. infrà, de frigid.

& ma

Universidad de Deusto
Biblioteca



& maleſi.c.ſignificaſti.infrà, de homicid. Andr. de
Iſer.in prælud.feudorum.col.fi.uerſic.interdum ad
decorem.Quod facit ad ea quæ tradit Ioã.de Ana.
in.c.in ciuitate.infrà,de uſur.Decius in conſil.111.&
pro tenui.col.2.in fi.in prima parte.in illa quæſtio-
ne, an magis credendum ſit Doctoribus theologis
in materia uſurarum,quàm doctoribus iuris cano
nici. Et melius facit, quod tradit Ange. Aret.in.§.
præterea quod per alluuionem.in uerſi.in gloſ.lon
giore.Inſti.de rerum diuiſio.uide etiam quod in ſi-
mili tradit Philip.Franc.in.c.ſtatutum.§.ne audian
tur.quem legit cũ princ.illius.c.col.fi.uerſi. in gloſ.
in uerbo,copia.de reſcript.in.6. Et de pluribus alijs
dictis an poſsint allegari ad deciſionem cauſarum,
uide Feli.in.c.qualiter & quando.2.col.1.de accuſa.
Et de fabulis uide pulchra uerba Plinij ad Maxim.
lib.epiſt.8.Sit,inquit,apud te honor antiquitatis,ſit
ingentibus factis,ſit in fabulis quoque.
VNDECIMO noto ex iſto tex. ibi,ſecũdum
118 priorem conſuetudinem &c.ualere conſuetudinem
eccleſiæ, quòd iuniores canonici tantundem perci-
piant in eccleſia,quãtum antiqui.Addit Decius hic
119 in.2.lectu.in.5.notab.quòd ſi iuniores ſint maiores
in ordine,erunt potiores in portione percipiẽda. in
c.ſtatuimus.infrà,de maio.& obed.cum alijs hic al
legatis per eum. ultra quem adde quæ tradit Pur-
puratus in.l.procurator.col.1.uerſicu.quarto dicta
regula.C. de eden. & quæ plenè & copioſè tradit
Iaſon in cõſil.192.exorta eſt glorioſa & celebris con
trouerſia.per totum,in.2.parte.Iacobatius cardina-
lis ſancti Clementis in tract. de conſil.lib.1. pag.66.
& ſeq.



& ſequent.ubi etiam tradit, quòd quadruplex eſt
maioritas in eccleſia. Quod ultimum tradit etiam
Barba.in tract.de præſtan.card.in.j.quæſt.j partis.
col.15.uerſic.nec obſtat quòd epiſcopatus. Alb. in
ſuo dictionario, in uerbo maior & maioritas, &
duobus uerſiculis ſequen. Vide etiam Matthæum
de Afflictis in deciſionibus Neapoli.deci.j. circa fi.
ubi refert Iacobum. de Voragine in legenda ſan-
ctorum Philippi, & Iacobi, dicentem, quòd mos
eſt in pleriſq; regionibus, ut ille qui prior ingredi-
tur maior uocetur,& ille qui poſterior ingreditur,
minor:licet ſit prior,aut ætate maior, aut ſanctita-
te dignior: ſicut dicitur de ſancto Iacobo minore,
qui fuit maior etate, ſed intrauit in apoſtolatum
poſt Iacobum maiorem. Et ita etiam obſeruatur
in noſtro uenerando collegio doctorũ Valentino.
Refert etiam Ludo. Gomiſsius in commento Reg.
cancellariæ in.Reg.de impo.benefi. uacan.per obi-
tum famil.Card.in.6.quæſt.circa fi.quòd tãto ma-
ior quis reputatur,quanto pluribus famulis & di
gnioribus præeſt: & ad hoc allegat plura. Nota
etiam quòd diuerſis reſpectibus unus & idem po-
teſt dici maior, & minor.ca ſane.3.& ibi Panor.de
off.delega.do.de Ripa lib.j.reſpon.c.23.uerſic.ſecun
do facit.in fi.Decius in.c.referente.circa fin.infrà de
præben.Barba.in conſil.5. ſupremi optimi princi-
pis.col.9.in.2.parte.& de prærogatiuis maioritatis
& antiquioritatis,uide eundem Barba.in conſil.19.
illud afferam in medium.col.3.eadem.2.parte. No 120
ta tamen, quòd inferiores debent reuerentiam ſu-
perioribus.glo.in.l.j.§.ſunt autem.ff. de aqua plu-

Universidad de Deusto Biblioteca



uia arcen. quam ſingula. dicit. Pet. Rauennatus in
notabilibus poſt ſuum alphabetum poſitis,notab.
incip.tu uides quòd homines. Facit bonus text.in.
cap.ad hoc.89.diſtintion. & inquit Spec. in.j. parte
tracta.de modo generalis concilij celebrandi rubr.
4.uerſic.quod autẽ generalis ordinatio.quòd dum
mundus durabit homines præſunt hominibus, &
dæmones dæmonibus, angeli angelis:cùm autem
Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit dicta præla-
tio,non tamen ordo uel maioritas. Allegat Paul.j.
ad Corinth.c.15.& in.c.13.ſexti conſilij Toletani di
citur,quòd qui primatu dignitatis atq; reuerentiæ
uel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles ha-
bẽtur,his à iunioribus modeſtushonor per omnia
deferatur,qui etiam iuniores à ſenioribus & dile-
ctionis affectum amplectãtur, & utilitatis induan-
121 tur exemplo. Et ſi duo ſunt ciues,quorum unus ha
bet filios,& alter nullos habeat:in ordine ſedendi,
ſcribendi, & arguendi præfertur habens filios.l.
in albo.C.de decur.lib.10.Pet.Rauennatus in dictis
notab.poſt alphabetu[m], not.incip. nota unum ca-
ſum nouum. de quo plura etiam tradit Pirrhus in
dic.l.in albo.

GLOSSA prima diuiditur in quatuor par-
tes principales.in prima arguit contra tex.in ſecun
da reſpondet.in tertia iterum arguit contra text.&
non reſpondet. in quarta format quæſtionem &
reſpondet.Secunda ibi,ſed hoc ideo. Tertia ibi, ar-
gumentum contra.Quarta ibi,ſed nunquid eſt ue-
rum. Rurſus Secũda pars ſubdiuiditur in ſex par-
ticulas.in prima reſpondet uno modo: in quatuor
ſequentibus



ſequentibus ponit quatuor dicta ad confirmatio-
nem præcedentis reſponſionis:in ſexta ponit aliam
reſponſionem.Secunda ibi, & tranſgreſſor. Tertia
ibi,& ſtatutum. Quarta ibi, & cum ipſi canonici.
Quinta ibi,& inconueniens aliud. Sexta ibi,& iſta
cõſtitutio. rurſus quarta pars ſubdiuiditur in tres
particulas. in prima format quæſtionem & arguit
ad partem affirmatiuam. in ſecunda reſpondendo
declarat quis conſenſus requiratur in actibus capi-
tuli,collegij,uel uniuerſitatis.in tertia declarat qua-
liter talis conſenſus adhiberi debeat. Secunda ibi,
dicas quòd ſi aliquid. Tertia ibi, & debent con-
ſentire.

In prima parte,dum allegat.c.hoc ius porrectũ.
uoluit allegare.c.ea enim.§.hoc ius porrectum.10.
quæſt.2.

In ſecunda parte uſq; ad ſecundam particulam
huius ſecundæ partis principalis gloſſ.aſsignat tres
rationes propter quas ſtatutum fuit iniuſtum. Pri-
ma,quia canonici ſtatuerant in præiudicium alio-
rum. Et de hac ratione dictum eſt ſuprà in ſeptimo
notabili:& aliquid dicitur infrá. Secunda ratio eſt,
quia canonici ſtatuerunt malo zelo. Et iuxta hanc
rationem quærit Panor.hic,an ſi ceſſaret malus ze-
lus,ualuiſſet ſtatutum contra antiquam conſuetu-
dinem:& refert Hoſtien.tenere,quòd ſic:Nam ſi ca
nonici conuertiſſent præbendas in utilitatem eccle-
ſiæ,ualuiſſet ſtatutum.licet ipſi perciperẽt in abſen-
tia & præſentia.Quia non erat iniquum,ut ſtatutũ
concernat futuros canonicos & nõ præſentes,cum
hoc ſic proprium ſtatuti concernere futura.c.2.ſu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pra eo. Tandem dicit Panor. hoc dictum Hoſt. ſibi
non placere. Quia uidetur contra rationem literæ,
quæ fundat ſe ſuper diſparitate, & non ſuper utili-
tate propria. Et quia non poſſunt dici moueri bo-
no zelo, ſi non reputant idoneum in proprijs per-
ſonis, quod in alijs ſtatuerunt Imol. hic. col. 3. uerſi.
octauam ponit. etiam tenet contra Hoſt.

Opinionem tamen Hoſtien. tenet Anto. de But.
hic, col. 3. uerſic. ad obiecta. Pet. de Ancha. col. 2. uer
ſicu. gloſſ. magna. & Decius in. j. lect. col. 2. eandem
etiam opinionem tenuit Pet. de Ancha. in. c. ad au-
dientiam. in pen. quæſt. infrà de cler. non reſiden.

Tu aduerte primò, quòd argumentum Hoſt.
pręalleg. nõ ſtringit, dum dicit, de natura legis eſſe,
ut reſpiciat futura: quamuis enim ſtatutum ęquali-
ter ligaſſet canonicos receptos, & recipiendos: non
propterea tamen diceretur reſpicere præterita, ex
quo non ligaret, niſi à tempore quo fuit factum ſta
tutum: ut probat tex. hic in fi. in illis uerbis, in po-
ſterum obſeruandum.

Secundo aduerte, inquantum Hoſt. & alij poſt
eum, ad probandum quòd ſtatutũ, de quo in text.
non eſt iniuſtum, dummodo fuerit factum bono
zelo. Allegant ſimile de ſtatuto uniuerſitatis, quo
cauetur, quòd ſcholares qui deberent matriculari
ſoluerent quadraginta: dicens, quòd tale ſtatutum
non eſt iniuſtum, licet prius matriculati minus ſol-
uiſſent: hoc exemplum non eſt ſimile. Quia loqui-
tur in actu non habente tractum ſucceſsiuum. Ideo
nimirũ ſi ſtatutum ſuperueniens non porrigatur
ad actus præteritos, quorum effectus iam ante ſta-
tutum



tutum fuerat cõſummatus. Nos autem loquimur
in caſu in quo agitur detrahendo ſtatutum ad actũ
præteritum. Cuius effectus habet tactum ſucceſ-
ſiuum duraturum etiam poſt ſtatutum, quo caſu
ſtatutum bene trahitur ad actus præteritos, qui ex
pectant effectum poſt ſtatutum. Exemplũ in quæ.
quam tradit Barto. in repet. l. omnes populi. col. 15. 122
in prin uerſic. ecce alia. ff. de iuſt. & iure. Si ſtatutũ
dicit, quòd uxore mortua in matrimonio ſine filijs,
uir lucretur tertiam partem dotis. Concludit Bar-
ba. tale ſtatutum habere locum etiam in dotibus
ante ſtatutum conſtitutis. Et plura ſimilia, ex qui-
bus apparet manifeſta ratio diuerſitatis inter exem
plum Hoſt. præalle. & caſum huius. c. congerit Fe-
li. in. c. fi. col. 10. uerſic. fallit quinto. infrà eadem. Et
ideo cùm caſus ſint diſsimiles, non poteſt ſumi ar-
gumentum à ſimili. c. ſicut ergo. j. quæſt. j. c. nuptia
rum. 17. quæſt. 4. Imò data quàm minima inſtan-
tia, ceſſat argumentum à ſimili, ut notabiliter tenet
Ioã Baptiſta in repe. l. omnes populi. col. 96. in prin.
uerſic. antequàm dicam.

Tertiò aduerte, inquantum Decius hic pro opi
nione ſua ultra prædictum argumentum Hoſt. al-
legat tria fundamenta. Quia illa nihil penitus ob-
ſtare uidentur: non enim obſtat. ca. ante triennium.
31. diſtinct. ubi imponitur continentia futuris dia-
conis, & non præteritis. Quia ibi lex. reputauit ab-
ſurdum, quod diaconi præteriti, qui contraxerant
matrimonium authoritate legis permittentis, co-
gantur relinquere uxores ſuas: & ideo noluit impo
nere illis continentiam, nec dirimere præcedens ma

Y 3 trimo

Universidad de Deusto Biblioteca



trimonium. Quæ ratio non militat in caſu noſtro.
Poſſunt etiam aliæ reſponſiones colligi ad dictum
c.ante triennium.ex his quæ tradit Gemi.in.c.nice-
na.circa fi.uerſi.in glo.j.31.diſt.

Nec etiam obſtat.c. fi. de conſuet.in.6.ubi ualet
conſuetudo,quòd antiquiores poſsint optare præ-
bendas. Quia hoc uerum in conſuetudine quæ in-
ducitur ex tacito cõſenſu tam antiquiorum, quàm
nouorum canonicorum:ideo talis conſuetudo ua-
let. Quia noui canonici potuerunt per iſtum tacitũ
conſenſum ſibi præiudicare ut dicebam ſupra in.
7.notab.Non ſic in ſtatuto quod incipit à coactio-
ne. Et ad hoc eſt bonum ſimile:Nam ualet conſue-
tudo,quòd de nouo receptus in canonicum ſoluat
tantum pro chappa,uel pro opere pio. Et tamẽ ſta-
tutum hoc diſponens non ualeret, ut dixi ſuprà,
in rub.nu.135.& rationem aſsignat Feli.ibidem al-
legatus. Quia conſuetudo habet initium uolunta-
123 rium: ſtatutum autem ſumit initium à coactione.
Et licet do. de Ripa in. c.cum M. Ferrarien.col.95.
& ſeq. infra eodem. reprobet hanc rationem in ca-
ſu dicti ſtatuti & conſuetudinis, in quibus poteſt
conſiderari uitium ſymoniæ: tamen rationes ſuæ
non militarent in caſu dicti.c.fi.de conſuet.in.6.ubi
non timetur uitium ſymoniæ.

Melius itaq; pro opinione Decij induci poterat
glo.in dic.c.fi.in uerbo antiquiores.de conſue.in.6.
dum dicit,quòd dicta conſuetudo innititur æquita
124 ti canonicæ,quæ uult antiquiores præferre canoni
cos. Et ibi etiam gloſſ. in uerbo conſuetudo.dicit,
quòd illa conſuetudo innititur rationi,& æquitati





iuris.Quam opionionem ſequuntur doct. ibi infe-
rentis quod ad introducendam talem conſuetudi-
nem ſufficit tempus decem annorũ, de quo tamen
ultimo dic,ut ibi per eos.

Pariter non obſtat,dum Decius pro ſua opi. ar
guit, quòd in canonicis iam receptis tractatur de
perdendo iure iam quæſito:in recipiendis autẽ tra- 125
ctatur de iure quærẽdo. Et facilius tollitur ius quæ
rendum,quàm ius quæſitum.l.qui autem.in prin.
ff.quæ in fraudem creditorum. Quia licet illud ius
non eſſet quęſitum futuris canonicis,tamẽ erat iam
quæſitum canoniæ quæ carebat defenſore:ideo in
præiudicium illius difficilius toleratur ſtatutum,
quàm in præiudicium canonicorum iam recepto-
rum, quorum canonia non carebat defenſore.arg.
c.j.infra,ne ſede uacan.

Quarto aduerte,inquantum Panor.hic pro opi.
ſua dicit,quòd text.hic fundat ſe ſuper diſparitate,
& non ſuper utilitate. Quia omiſſa reſponſione De
cij hic,quæ nihil facit,dico non eſſe uerũ,quòd tex.
ſe fundet principaliter ſuper inæqualitate:nec de
hoc facit mentionem in ea parte, in qua aſsignat ra
tionem:ſed ſolùm in ea parte,in qua propter ratio-
nem aſsignatam mãdat coæquari canonicos iunio
res antiquis.unde pro uera intelligentia huius text.
& deciſione huius quæſtionis conſiderandum eſt,
quòd ratio eſt expreſſa in text.in illis uerbis, cum
igitur quod quiſq; iuris:& iſta ratio tendit ad dete
gẽdum iniquitatem ſtatuti,ut dixi ſuprà in octauo
notab.quæ iniquitas non inſurgit ex inæqualitate,
ſed ex eo, quòd canonici ſtatuentes ipſimet ſtatue-

Universidad de Deusto Biblioteca

bant in alios id, quod in ſe nolebant obſeruari. Et ſic ratio ſcripta in lege concludit malum zelum
126 ſtatuentium: unde ſuccedit regula, quòd bonum eſt argumentum à ratione ſcripta in lege. gloſſa & Doctores in clementina.j. de elect. Bartolus in. l. liberorum. uerſicul. his præmiſsis reducamus hanc materiam. ff. de uerborum ſignificatione.
127 Et quando ratio eſt expreſſa in lege, tunc illa præſumitur finalis. Bartol.in.l.metum. §. ſed licet. per illum textū. in.j.nota.ff.quod metus cauſa. Bal.in. l.generaliter.in.2.quæſt.principali.C. de epiſcop.& cleric.in.l.ſi repetendi.uerſicu.nunquid cauſa.C.de condit. ob cauſam. in.l.cum tale.§. falſam cauſam. poſt gloſſam ſingul. ibi, in uerbo non cohæret.ff. de conditionibus & demonſtrat. & ceſſante cauſa
128 finali ceſſat diſpoſitio.cap.cum ceſſante.cum uulgari. de appellat. Et per conſequens ceſſante iniuſtitia Zeli, ceſſare debet diſpoſitio quæ reprobat ſtatutum. Et hoc uidetur conſideraſſe Hoſtienſ. dum dicit, quòd epiſcopus cum capitulo potuiſſet facere hoc ſtatutum, cum in eo non militet ratio textus, quod etiam ultimum ſequuntur Innocentius & Antonius de But. hic, dicentes, quòd ſi datur alter ſtatuens quàm canonici, ualet ſtatutum excepto de uineis.Quia quo ad uineas concludunt non ualere ſtatutum. Cui opinioni quo ad uineas Panormitanus & ſequentes non refragantur.& dum Hoſti.tenet,ualere ſtatutum canonicorum de quo in textu excepto de uineis, dummodo fructus non reſidentium in utilitatem eccleſiæ.Certè hoc uidetur falſum. Quia excepto de uineis tex. hic



hic non aperit an fructus præbendarum futurorū canonicorum non reſidentium applicētur antiquis canonicis uel eccleſiæ, nec ſuper hoc colligitur malus zelus,ſed ſolùm fundat ſe in hoc,quòd ſtatuentes uoluerunt onerare nouos canonicos ad reſidentiam,ſe autem noluerunt onerare.Et ſic etiam ſi fructus non reſidentium conuerterentur in utilitatem eccleſiæ, ſemper militaret ratio text. ſcilicet, Quod quiſque iuris &c.&,Patere legem quam tuleris.ergo ſemper militare debet iuris diſpoſitio. Et hoc etiam eſt de mente Panor.hic,dum dicit,quòd licet canonici conuertant fructus nō reſidentium in utilitatem eccleſiæ,non per hoc cenſentur eſſe in bono zelo,ſi nō reputant idoneum in proprijs perſonis, quod in alijs ſtatuunt.imo ex quo Papa hic in prima parte huius.c.non dicit,quòd fructus non reſidentium applicarentur antiquis canonicis, præſumendum eſt,quòd de hoc nihil ſtatuerint.Nam ex quo Papa uolebat arguere iniquitatem illius ſtatuti,ſi canonici ſtatuiſſent quòd fructus præbendarū futurorum canonicorum non reſidentium applicarentur antiquis canonicis,ueriſimile eſt,quòd Papa in prima parte text.hoc expreſsiſſet, ſicut expreſsit in ſecunda parte:ubi refert,ſtatutum de uineis. Et ſi ſtatutum prædictum, de quo in prima parte text. non expreſsit,cui deberent applicari fructus prædictarum præbendarum in dubio debebant conuerti in utilitatem eccleſiæ.c.pe. infrà, de uita & hone. cleri.& tenet Imol.hic,col.3.uerſi.item quia fructus non reſidentium.

In ſecunda particula ſecundæ partis principalis

 habes

Universidad de Deusto Biblioteca

129 habes,quòd tranſgreſſor cõſuetudinis ita punitur,
ſicut trãſgreſſor legis:de quo latius tradũt gloſ.Ar
chid.Gemi.& Prop.in.c.in his.11.diſt.ubi ponũt ali
quas ſimilitudines inter legẽ & cõſuetudinẽ.Plures
etiã differẽtias ĩter legẽ et cõſuetudinẽ poſui ĩ ru.5.e.

In tertia particula ſecundæ partis,dum gloſ. di-
cit,quòd ideo ſtatutum de quo in text. non ualuit,
quia nõ fuit generale omnibus:& lex debet eſſe cõ
munis. de hoc dicẽdũ eſt ut dixi ſuprà in.7.notabi.

In quarta particula ſecũdæ partis habes colligere
duo.Primò,quod licet in collegio ſint plures hoĩes,
130 tñ illi hoĩes intelligũtur eſſe iuris fictione unũ cor-
pus.Idẽ tenet gl.in uerb.quidã alij.in.c.cùm in mul
tis.de reſcrip.in.6.Bar.in.l.j.in princ.C. de rei uxor.
act.plura de hoc tradit Io.de ana.in.c.dilectus.2.col.
4.uerſi.in eadẽ gl.ibi,ſed nũqd collegiũ.infrà, de ſi-
mo.& dicit Roma.in cõſi.436.ꝙ indultũ poſt prin.
ꝙ collegiũ uel uniuerſitas eſt corpus quoddã quod
ex multis adinuicẽ collectis cõficitur. Alciat.quoq;
in.l.ciuitas.ff.ſi cer.pe.ciuitatẽ uel eccleſiã corpus le-
gale eſſe dixit.Cuman.in.l.j.§.municipes.ff.de acq.
poſ.appellat illud corpus repręſentatũ.allegari ſolet
tex.in.l.mortuo.ff. de fideiuſ.Ang.aũt in cõſ.196.iã
ſunt.80.anni:aliãs incipit,ex themate ſupradicto.co
lũ.2. in fi. appellat uniuerſitatẽ corpus imaginariũ:
& inquit Vlda.Zazius in adnotationibus ad tit.ff.
quod quiſq; iuris. ꝙ uniuerſitas eſt nomẽ iuris per
quod ſignificatur quædã repræſentata cõmunitas,
à pſonis ſingularibus intellectu ſeparata.Et hoc di-
cit eſſe,quod uulgo dicitur, uniuerſitatẽ eſſe perſo-
nã repręſentatã:licet quo ad realẽ ciuitatẽ uniuerſi-
tas nihil aliud ſit,ꝙ̃ hoĩes de uniuerſitate.Alex.in cõ



ſi.216.nec arguẽdi ſumus.col.3.in princi.in.2. parte.
Frãc.de Cur.iunior in cõſi.21.deus ęterne.col.6.uer
ſi.tertiò uerificari oportet.& uerſi.ſeq.& ĩ executio
ne incũbentiũ actuũ actiuè & paſsiuè uniuerſitas ſe
habet tãquã unũ certũ & determinatũ corpus.Ste-
pha.Bertrã.poſt alios,quos alleg.in cõſi.192. multa
ſunt.col.1.ĩ fi.in.2.parte cõſil.ſecũdæ hypographię:
ubi ex hoc infert,ꝙ in inſtrumẽtis actuũ uniuerſita
tis non ſit neceſſe exprimere noĩa ſingulorꝝ de uni-
uerſitate.quod ultimũ examinat Deci.hic in.1.lect.
in fi.Tñ appellatione pſonæ nõ cõtinetur collegiũ.
Bal.in rubr.C.ad treb.Roma.allegãs ad hoc plures
tex.in cõſi.195.in caſu pręmiſſo.circa med.Iaſ.in cõ
ſi.118.in cauſa &.q.col.3.uerſi. quartò principaliter.
& col.6.uerſic.nõ obſtat.in.1.parte.ubi tñ hoc dicit
ex ꝓpria ſignificatiõe:ſecus ex larga,ſecũdũ quã ap
pellatione perſonæ uenit ciuitas,uel uniuerſitas: ad
quod alleg.multa.dicã in.c.2.infrà,de his quę fiũt à
pręl.ſine cõſ.cap.& hęc ſeruiũt ad quęſtionẽ,quàm
ſuperioribus diebus in facto habui, an uirtute mã-
dati de citãdo eos,q citãdi erũt poſsit citari uniuerſi
tas,ſeu capitulũ.In qua tenui ꝙ nõ:qa reſcriptũ,ſeu
mãdatũ de citãdo principaliter, emanabat cõtra cer
tas pſonas: unde qñ certæ pſonæ ſunt noĩatæ licet
ponatur clauſula,Et quoſdam alios,nõ cõprehẽdit
uniuerſitatẽ,uel collegiũ.Hoſt.Io.mo.Gemi.& Phi
lip.Frã.in.c.cũ in multis.de reſcr.in.6.ergo idẽ ſi re-
ſcriptũ emanauit cõtra certas pſonas, licet ſimplici-
ter uocatis uocãdis reſcriptũ exeq iubeat.Quid aũt
ſit collegiũ,et quę ſint ſigna collegij,uide p̃do.de Ri
pa lib.2.reſpõ.c.10. Secũdò ex dict.gl. colligo,ꝙ
unũ & idẽ corpus nõ debet diuerſo iure cẽſeri.c. co

Universidad de Deusto Biblioteca

gnouimus.12.quæſt.2.&.c.cùm in tua.infrà,de de-
ci.& ad hoc primò facit tex.in.c.pe.§.porro.de ele-
ctio.in.6. ubi ille, cui committitur uox alterius, &
131 ſic habet duas uoces,non poteſt dare unam uocem
uni,& aliam alteri. Et idem tradit Panor.in.c. cùm
olim.infrà,de re iudi.ubi ponit unum exemplum,
quãdo unus haberet unam uocem in capitulo,tan-
quam canonicus,& aliam tãquam archipresbyter,
quòd nõ poſſet diuidere uoces ſuas. & ibi Feli.col.
132 2.uerſi.dum dicit abbas.idem cõcludit,& dicit Ro-
ma.ſing.76.incip. ſcholaris cui commiſſa eſt. quòd
ſi ſcholaris in electione rectoris habet duas uoces,
unam nomine proprio, & aliam ſibi cõmiſſam ab
alio,non poteſt unam uocem dare uni & aliam uo
cem alteri. Mouetur per text.in dicto.c. penulti. de
elect.in.6. quem dicit eſſe unicum in mundo. Facit
etiã quod tradit Lapus allegatione.22. an ſufficiat.
133 ad fi.ubi notab.concludit duo.Primò,quòd procu
rator plurium patronorum non poterit præſenta-
re unum nomine unius patroni, & alium nomine
alterius.Secundò,quòd ſi parrochiani præſentaue-
134 runt unum iure ſingulari,non poterunt præſenta-
re aliũ nomine collegij.Ad idem facit quod in no-
135 tabili caſu conſuluit Fulgo.in conſil.118.quòd pro-
curatores abſentium,col.fi.ubi cõſuluit,quòd lega-
tus plurium mittentiũ non habet plures uoces, nec
plura ſuffragia. Et reſpondet ad.c. conuenientibus.
1.quæſt.7.& ad.c.actione.22.quæſt.4. quod tamen
ultimum pro nunc aliter non firmo,quia etiã Ful-
go.fatetur articulum eſſe dubium & interpretatio-
ni Papæ ſubijciendum.

Ad



Ad idem etiam facit quod notant Doctor. in.c.
quamuis.infrà,de offic.deleg. ubi ſi plures delegati 136
committunt cauſam uni,ille nõ poterit ferre diuer-
ſas ſententias.
Ad idem etiam facit uulgata regula quæ habet,
quòd una & eadem res non debet diuerſo iure cen 137
ſeri.l.eum qui ædes.ff.de uſucap.Nota tamen duas
limitationes ad dictam regulã.l.eum qui ædes:Pri-
ma,ut non procedat quantũ ad intellectualem con
ſiderationem.Bald.in.l.j.in.3.oppo.C.de ſer.fug.fa-
cit text.in.l. Menius.§. duobus.ibi, iuris intellectu
non diuiſione corporis &c.ff.de leg.2.
Secunda limitatio,ut licet eadem res non debeat
diuerſo iure cenſeri:tamen poteſt ex diuerſis cauſis
conſtitui.Paul.de Monte pico in repeti.l.in quartã.
col.14.in princ.ff.ad leg.fal.
In quinta particula ſecundæ partis principalis
gloſ.uidetur arguere de hærede ad ſucceſſorem in
beneficio. & habet in utroque pro inconueniente
quòd ſucceſſor minus habeat quàm prædeceſſor:
quod argumentum ſequitur Anto.de But.hic col.
2.uerſicu.nono. quia detrahit de iure ſucceſſorum:
ſed Imol.col.3.uerſic. ſexta non uidetur. Reprobat
argumentum gloſ.dum habet pro inconuenienti,
quòd ſuceſſor minus habeat quàm prædeceſſor.
Nam dicit ipſe interdum ſucceſſor inuenitur mi-
nus habere quàm prædeceſſor, ut ſi fortè legatum
ſit aliquid Titio, qui fuit grauatus de reſtituendo
ſub aliqua conditione,quæ extitit poſt mortem Ti-
tij. Nam hoc caſu ſucceſſor Titij minus habebit,
quàm habuiſſet ipſe Titius, & econtra. Interdum

plus

Universidad de Deusto Biblioteca

plus habet ſucceſſor quàm prędeceſſor.l.reperitur.
ff.ad.l.falcid.

Et licet hæc argumenta Imol.uideantur parum
facere ad propoſitum:alia tamẽ ratione argumentũ
gloſ. non uidetur militare. nam cõſiderandum eſt,
quòd argumentum gloſ. bene procederet in præ-
lato. quia quẽadmodum hæres ſuccedit in ius de-
138 functi,ita prælatus ſuccedit in uniuerſum ius eccle-
ſiæ.& ſic eccleſia eſt quid uniuerſum. Ita formaliter
arguunt Panor.Imol. & Barba. in .c.1.in prin. per
illum tex. infrà,de ſolut.ſed in canonico hoc argu-
mentum non procedit, arguendo quòd nouus ca-
nonicus tantum debeat habere, quantum defun-
ctus,in cuius locum fuit aſſumptus.nam canonicus
139 non habet ſucceſſorem in honore & onere, ſed ca-
pitulum ſibi ſuccedit.c. paſtoralis.§.1. infrà, de off.
ord.tradit Panor.in.c.quoniam abbas.col.4. uerſi.
140 & ſecundum hæc incideret,infrà de off.deleg.Hinc
eſt,quòd acquiſita per canonicum intuitu eccleſiæ,
mortuo canonico tranſeunt ad capitulum,non au-
tem ad nouum canonicũ qui in loco illius aſſum-
ptus eſt.Panor.in.c. relatum ſecundo.col. 11. uerſic.
nota & tene menti.infrà,de teſta. Præterea tale in-
conueniens, de quo in gloſ.ceſſare uidetur, ex quo
illi qui tunc erant canonici repræſentantes totum
capitulum taliter ſtatuendo conſenſerunt,quòd eo-
rum ſucceſſores in canonicatu non habeant tãtum,
quantum ipſi ſtatuentes habeant.

In ſexta particula ſecũdæ partis principalis,dum
glo. dicit, Ideo ſtatutũ de quo in tex. non ualuiſſe,
quia fuit factum ſine conſenſu epiſcopi. Sentit ergo
gloſ.



gloſ.quòd in caſu huius capituli ualuiſſet ſtatutum
prædictum,ſi fuiſſet factum per canonicos de con-
ſenſu epiſcopi. Iſta opin.eſt magis dubia,quàm alia
opinio,quæ tenebat,quòd ualuiſſet ſtatutũ,de quo
in tex.ſi fuiſſet factum per epiſcopum de conſenſu
capituli. Nam quando epiſcopus ſtatuit licet adhi- 141
bitus ſit conſenſus capituli, tamen ſtatutum attri-
buitur epiſcopo.cap.1.§.cùm uerò.ne ſede uacante.
in ſexto.ſic etiam conſtitutio edita per Papam cum
conſenſu conſilij,dicitur papalis,non conſiliaris, ut
tradunt Decius & dominus de Ripa in.c.1.infrà, de 142
iud.de quo tamen ultimo aliàs dixi. Et ſtante hoc,
quòd ſtatutũ attribuatur epiſcopo,non eſt mirum
ſi ſtatutum ualeat.quia epiſcopo ſtatuente non mi-
litat ratio,nec uerba text.ibi, patere legem &c.Sed
quando canonici ita ſtatuunt de conſenſu epiſcopi,
totum ſtatutum attribuitur canonicis per rationẽ
prædictam,ſecundum quam arguit tex.in.d.c.1.ne
ſede uacan.in ſexto.& in canonicis ſtatuentibus be
ne militat ratio text. ideo debet militare diſpoſitio.
Præterea,ut dicit Panormi.hic,iſte intellectus gloſ.
non conuenit literæ: quia tex.hic non ſe fundat ſu-
per defectu poteſtatis: imò omnes Docto.hic dicũt
colligi ex iſto text.quòd canonici poſſunt ſtatuere
contra antiquam conſuetudinem de non reſiden-
do, dummodo ſtatutum aliâs eſſet rationabile, ut
dixi in tertio notab. Et hoc, quòd non requiratur
cõſenſus capituli,firmatur per quatuor ſimilia quę
adducit Feli.hic.

Opinio tamen gloſſæ quòd ſtatutum, de quo
in textu non ualeat ſine conſenſu epiſcopi, tenet
Oldra.

Universidad de Deusto Biblioteca

Oldra.in conſil.181.de authoritate.circa finē.& Pa-
nor.hic Ioan.Crotus in repe.l.omnes populi.col.7.
in fin.uerſic.quinta concluſio.& uerſic.ſeq.ff.de iu-
ſtit.& iure.Idem ſentit Decius hic in.2.lectu.col.2.
uerſic.tertiò Abbas refert.dum dicit,quòd ex quo
hic ſolùm dubitatur de ualiditate ſtatuti ratione
inæqualitatis,præſupponit quòd omni alio reſpe-
ctu ualeret ſtatutum:& ſic, quòd conſenſus epiſco-
pi interueniſſet. Sed tamen aduertendum eſt, quia
hoc argumentum Decij ſuaderet potius totum op
poſitum. Nam tex.hic dirigitur epiſcopo Trecen-
ſi,& tendit ad impugnandum ſtatutum:& ex quo
non fundat ſe ſuper defectu conſenſus epiſcopi,præ
ſupponit quòd omni alio reſpectu ualeret ſtatutū,
etiam ſine conſenſu epiſcopi. Non tamen per hoc
inferri poteſt, quòd interuenerit conſenſus epiſco-
pi.Et non eſt uerisſimile,quòd Papa hāc decretalem
direxiſſet epiſcopo Trecenſi,ſi ipſe tali ſtatuto con-
ſenſiſſet.De quo tamen,an & quando ualeat ſtatu-
tum capituli ſine conſenſu epiſcopi,uide plenè Feli.
hic,& Decium in.2.lectura.col.2.&.3.Doctor.in.c.
cùm conſuetudinis.infrà,de conſuetu.in.c.2.de uer-
bo.ſignifi.in.6.Albert.Brunum in.3.uol.ſtatutorū,
in uerbo,capitulum.

In tertia parte gloſ. dum arguit contra text.d.l.
fi.ff.de colla.bonorū.& non reſpondet.Ioan. And.
Panor.Cardi.& Imol.hic reſpōdent,ut hic per eos.
Et quia argumentū nihil ualet, ideo ſuper hoc Mo
der.non inſiſtunt nec ego inſiſtam.

Ex quarta parte principali gloſ.colligo infrà ſcri
ptas concluſiones.





PRIMA concluſio: In his, quæ ſunt com-
munia pluribus ut ſingulis, non ualet quod fit à
maiori parte,niſi omnes conſentiant.l.per fundum.
ff.de ſeruitut. ruſt. præd. Et ita etiam dicit gloſſ.in
uerbo, ab omnibus.in fi.in.ca.ſi archiepiſcopus.in-
frà de tempo.ord.ubi refert ſe dixiſſe in hoc.cap.Et
pro hac concluſione facit primò quod conſuluit
Oldra.in conſil.34.quæſtio talis eſt per totum.ubi
concludit, quòd ſi unus tenet certa molendina in
emphyteoſim à pluribus pro indiuiſo,deinde alie-
nauit totum,Omnes domini directi, excepto uno,
laudauerunt alienationem, unus eorum contradi-
cit,dicens ſe uelle habere partem ſuam iure præla-
tionis: & hoc facere poteſt, non obſtante conſenſu
aliorum. Faciunt etiam multa quæ ad hoc propo-
ſitum allegat Dy.in.ca.quod omnes tangit.de reg.
iur.in.6.Feli.& Decius hic,et maximè glo.in.l.non
aliter.ff. de uſu & habi. quæ dicit, quòd ſcholaris
non poteſt inducere ganeas in hoſpitium. faciunt 144
etiam plura,quæ tradit Nicolaus Boherius deciſ.5.
quid,duo ſunt.per totam in.j.par.deciſionum.

Ampliatur hæc concluſio,ut procedat etiam in
rebus pijs.Panor.in.c.fi.col.2.uerſic. ſecundo noto
ex dictis Innocen. infrà de his quæ fiunt à maiori
parte cap.cum ſimil.ut per Decium hic, in.2.lectu.
col.3.uerſic.in eadem glo.circa fi.

Fallit ut non procedat,quando minor pars, uel 145
etiam unus ex ſocijs, uellet uti re cōmuni ad uſum
deſtinatum,ut glo.hic concludit,allegando text.in.
§.religioſum.ibi,in commune ſepulchrum. Inſtit.
de rer.diuiſ.plura ad hoc allegat Felin. hic.col.7.in

Universidad de Deusto
Biblioteca



fi.Decius in.j.lectura.col.3.uerſic. & retenta prædi-
cta concluſione.de quo etiam tradunt Iaſ. & Doct.
in.l.ſerui electione.§.j.ff. de leg.j. Alb.in.l.in tantū.
§.religioſum.ff.de rerū diuiſ.& Bal.hic.col.5.uerſi.
item facit ad quæſtionem.an unus ſocius. infert ad
quæſtionem de qua præteritis diebus conſului, an
unus ſocius inuito altero,ſocio poſsit locare domū
quam habet pro indiuiſo:& concludit quòd ſi con
ſueta eſt locari,poterit ſocius inuito ſocio eam loca
re.de quo uide Bar.in.l.& hæc diſtinctio.§.fi.ff.lo-
ca.Alex.in.l. de pupillo.§. ſi plurium.uerſicu.adde
etiam.ff.de ope.no.nuntia.Socy. in conſil.58.in cau
ſa Andreoti de Gualeotis per totum in. quarta par
te.Bolog.in conſil.52.Nicolaus & Clemens. col.fi.
uerſic. ex quo inſtrumento . Decium in.l.ſi ſocius.
in fi.ff.ſi cer.peta.

Secundò fallit ubi agitur de dilatione cōceden-
da,de qua in.l:maiorem.ff.de pact.& in.l.fin.C.qui
bo.ce.poſ.ita limitat Feli.hic.col.8.in.2.limitatione.
Panor.autem hic dicit,quòd dicta iura procedunt
fauore liberationis.Decius hic in.j.lect.col.3. uerſic.
tertio fallit.dicit, quòd uerba Panor. non uidentur
ita generaliter procedere,prout loquitur,ſed debēt
reſtringi in terminis iurium præallegatorum . Di-
cit etiam Decius hic,quòd in dic.l.fi. illud procedit
ex eo quod lex ibi,ultra procedit ſic de nouo diſpo
nendo ut colligitur ibi, ſanximus . Quæ ratio non
uidetur bona. Quia ratio quòd lex ſic noui iuris in
ductiua,non impedit quin debeat extendi ad caſus
ſimiles. Nec pariter eſt uera opinio Panor. quòd in
dictis iuribus ideo maior pars non præiudicat mi
nori



nori , propter fauorem liberationis : tum quia ibi
non agitur de liberando in totum debitores: Tum
quia ſi ageretur de liberando in totum debitores,
non procederent dicta iura ſecundum opinionem
aliquorum quos referam infrà in ſeptima limita-
tione,ubi latius tractabo de intellectu dictorum iu
rium: & ad ibi dicenda me remitto.

Tertio fallit fauore adminiſtrationis bonorum
pupilli.l.3.ff.de adminiſtr.tuto.Feli.hic in.s.col.uer
ſicul.tertio fallit.& Decius in.j lectur.col.3. uerſicu.
quarto fallit. Et ſecūdum hanc limitationem idem
uideretur dicendum fauore adminiſtrationis bono
rum eccleſiæ,cùm dicamus,quòd minor & eccleſia
æquiparentur.c.j.de in integ.reſtit.glo.& dicit in.l.
Imperatores. ff. de re iud.Imol. in.l. quæſitum in 146
princ.ſuper glo.j.ff.illo.tit.cum finaľ.ut tradit Ste-
pha.Bertr. in conſil.240.allegata parte prouidorū.
in.3.parte conſiliorū primæ impreſsionis.Et ſic etiā
ubi agitur de adminiſtratione bonorum eccleſiæ,
quorum adminiſtratio pertinet ad plures ut ſingu
los,maior pars poſſet præiudicare minori quod ta
men ultimum pro nunc aliter non firmo : de hoc
enim dicam aliquid infrà i;; limitatione.

Quarto fallit fauore litium dirimendarum.ca.
prudentiam.in prin.infrà de off.deleg. Feli.hic col.
8.uerſic.quarto fauore litium. de quo tamen dic ut
hic per Decium in.j.lectu.in.5.limitatione. ex cuius
dictis reſultat. 5. limitatio ut prædicta regula non
procedat in his,quæ geruntur per aliquos ratione
officij,ad quod ſunt deputati . Quia in illis præua-
let quod fit à maiori parte,allegat Panorm.in.cap.

Universidad de Deusto Biblioteca

cum in ueteri.in glo.j.uerſic.nota ſingulariter.infrà
de elect. Et hæc quinta limitatio probari uidetur in
dic.l.3.ff. de admi. tuto.quæ loquitur in pluribus
tutoribus. Nota tamen, quòd ſi plures ſint deputa-
147 ti ad præſidendum in concilio generali, loco papæ,
tunc non ualet quod fit à maiori parte illorũ præ-
ſidentium, niſi omnes conſentiant. Panorm.in.cap.
in ſingulis.col.2. uerſicul.in gloſſa.in uerbo in iſtis
quatuor.infrà de ſta.mona. Iacobatius Cardinalis
ſancti Clementis in tracta. de conſil.lib.6.aut.3.col.
14.uerſic.item adde quod quando ageretur.

148 Sexto fallit in materia iuris patronatus, quod
competit pluribus ut ſingulis, & tamen præſenti-
bus à maiori parte præfertur.ut glo.hic dicit, dum
allegat text. in.c.quoniam in quibuſdam. & in.ca.
149 poſtulaſti.infrà de iure patro. Sic etiam in iure pa-
tronatus libertorum præualet quod fit à maiori
patronorum. l. ſi quis hac. §. quotiens. ff. qui & à
quibus.argumẽto ſumpto à ſpeciali, tenẽdo prout
infrà dicam, quòd ibi ſit ſpeciale fauore libertatis:
& ſi omnes patroni laici præſentarunt unũ, deinde
iuxta priuilegium patronorum laicorum (quod
150 eſt, ut uariare poſsint) maior pars patronorum
uult uariare, hoc facere non poteſt, niſi omnes con-
ſentiant Ioann. Andr.in regu.quod omnes tangit.
de reg.iur.in.6. Lapus allega.78. uacauerat eccleſia.
col.6.uerſi.item poſito quod licuiſſet.in paruo uol.
Decius hic in alio propoſito. in.2.lect.col.5.in prin.
& ſic eſt una ſublimitatio ad hanc limitationem. Se
cundo ſublimita. dummodo interueniat conſen-
ſus moioris partis omnium, nec ſufficeret conſen-
ſus



ſus maioris partis duarum partium. Baldus in.l.&
ſuum.§.fi.uerſic.& ex hoc nota, quòd quando plu
res nobiles.ff.de pact.quem ſequitur Iacobinus de
ſancto Georgio ibi in prima lectura.circa fi.uerſic.
& ex hoc loco.Barba.hic col.13.uerſic.adde Bal.in.
l.& ſuum. Verùm contra hanc ſublimitationem fa
ciunt quæ dicam infrà in. 20. limitatione ſecundæ
concluſionis colligendæ ex hac.4. parte glo.in ſu-
blimitatione ad iam dictam. 20. limitationem.ubi
uide. Sublimita etiam, quod dictum eſt de iure pa-
tronatus libertorum, ut non procedat quando agi
tur de reuocando libertum communem in ſeruitu
tem ex cauſa ingratitudinis: quia maior pars patro
norum hoc nõ poteſt facere, niſi omnes cõſentiant
l.ſi quis hac. §.quotiens autem.ubi Rayne. de For-
li.dicens illum tex.non eſſe alibi.ff.qui & à quibus
de cuius.l.intellectu uide glo.& Doc.in.l.2.C.de li-
ber.& eorum liber.& dicit Felin.hic.col.9.uerſicu.
quinto falit.quod hoc eſt fauore libertatis. idem te-
net Maria Socy.iunior in rep.l.4. §.Cat.col.penul.
uerſic.demum & quinto non obſtat.ff. de uerbor.
obliga.& de tex.in dic.§.quotiens.dicam. infrà in
ſequenti concluſione.reliqua circa hanc limitationẽ
uide per Card.Imol.Feli.& Decium hic in.j.lect.in
ſexta limitatione. & latius per Iacobatiũ Cardina-
lem ſancti Clementis in dic.tract. de cõſil.lib.6.art.
3.col. 20. ubi etiam tradit, quòd ſi ius patronatus
originatur in uno ſolo uel in pluribus.

Septimo fallit, ut non procedat in re competente
pluribus ut ſingulis, non quidẽ iure proprio & ſin
gulari, ſed iure eccleſiæ. Exemplum, ſi maior pars

Universidad de Deusto Biblioteca



151 canonicorum uult diſponere de reditibus præben-
darum eccleſiæ, competentium pluribus ut ſingu-
lis:ut eſt text. quem ibi Panor. ad hoc notat in. cap.
ſi. infrà de his quæ fiunt à maiori parte cap. decla-
rando tamen ut hic per Feli. in. 6. limitatione, & per
Decium in. j. lect. col. 3. uerſic. ſecũdo regula locum
habet. & quæ dicuntur per Doct. in hac ſeptima li
mitatione ſeruiunt ad ea quæ dixi ſuprà in. 3. limit.
Octauo fallit in caſu, quem ponit Bart. in. l. 4. §.
Cato. in ultima quęſt. principali. ff. de uerb. obliga.
ubi loquitur in ſtatuto quo cauetur, quòd occiſor
occidatur niſi habuerit pacem cum hærede occiſi:
152 Si ſint plures hæredes occiſi, ſufficiet habere pacem
cum maiori parte hæredum. Alber. in tertia parte
ſtatut. quæſt. 28. item quæro aliam. ubi tenet, quòd
ſufficiat habere pacem cum uno hęrede. & dicit Fe
li. hic in. 7. limitat. quòd opinio Barto. communiter
reprobatur ut hic per eum. Addo dominum de Ri
pa, Alcia. & Maria. Socy. iuniorem in dict. §. Cato.
de quo tradit Albertus Brunus in tract. ſtatutorũ
in uerbo parũ. col. 3. Et quia principale fundamen-
tum Bar. eſt ſuper. l. & ſuum. Iuncta. l. maiorem. ff.
de pact. & ſuper. l. fi. C. qui bo. ced. poſſ. ſuperfunda
ta fuit ſecunda limitatio ſuprà poſita, & Doct. tenẽ
tes contra Bart. laborant in reſpondendo ad illa iu-
ra. Ideo itaq; Barto. ex prædictis iuribus arguit à
maiori. Nam ſi in dictis iuribus fauor liberationis
ab obligatione pecuniaria operatur, ut maior pars
poſsit prȩiudicare minori: multò magis hoc induce
re debet fauor liberationis à pœna capitali, in qua
liberatio facilius permittitur, l. trãſigere. C. de tranſ-





act. & l. j. ff. de bo. eorum qui ante ſenten. mortem
ſibi conſciue. Et quanquàm in hac quæſtione plu-
ra dici poſsint, tamen ſolùm tangam ea quæ con-
cernunt materiam dict. l. & ſuum. cum. l. maiorem.
ff. de pact. & dict. l. fin. C. qui bo. ced. poſſ. ut per ea
quæ hic dicentur melius intelligatur ſecunda limi-
tatio ſupra poſita. Alex. in dic. §. Cato. refert Imol.
reſpondentem ad illa iura, quòd in illis iuribus nõ
agitur de remittendo totum debitum, ſed de dãda
dilatione, uel de remittendo partem debiti. At in ca
ſu dicti ſtatuti agitur de remittẽdo totum debitũ.
& iſtam rationem diuerſitatis, & hanc reſponſionẽ
Iaſ. et Maria Socy. iunior ſequuti ſunt. Sed certè iſta
reſponſio non fuit de intentione Imol. qui ſentit,
quòd in caſu Bart non agatur de remittendo totũ
debitum, dum diſtinguit aut per ſtatutum totali-
ter pœna remittitur, & tũc requiritur quòd omnes
conſentiant. Aut uerò ſtatutum non remittit tota-
liter pœnam, ſed ſolùm minuit ratione pacis habi-
tæ. Et iſto caſu ſequitur opin. Bartoli limitando ta
men, ut ibi per eum. Hanc etiam opinionem, quòd
in quæſtione Barto non tollatur totaliter pœna ho
micidij, ſentit domin. de Ripa in dict. §. Cato. dum
dicit, quòd ſi in caſu prædicto maior pars poteſt
præiudicare minori, tunc illi qui contradicunt pa-
ci factæ, poterunt agere ut occiſor puniatur extra-
ordinariè. Et quòd in quæſt. Bar. ratione pacis ha-
bitæ cũ hæredibus nõ tollatur omnis pœna delicti
hoc tenet formali. Bart. Soc. in dic. §. Cato. ultra quẽ
hãc opinionẽ probo euidẽti ratione, põderãdo uer 153
ba per quæ Bart. formauit quæſti. ſcilicet, ſi ſtatutũ

Universidad de Deusto Biblioteca

dicat,quòd occiſor occidatur, niſi fecerit pacem cũ hærede. Nam dictio, Niſi, poſita poſt orationem affirmatiuã,nihil plus excipit,quàm fuerit affirmatum in oratione præcedenti.l.Titia.§.fin.ff.de manumiſſ.teſta.Iaſ.Inſtit.de act.in princi.Alex.in conſi.227.ponderatis narratis.col.3.in fi.in.6.parte.Sed in quæſtione Bart.ſtatutũ dicit, quòd occidens occidatur:ergo clauſula Niſi fecerit pacem cum hærede,ſolùm excipit à pœna mortis, eum caſum quo occiſor feciſſet pacem cum hærede:non autem excipit hũc caſum ab alia pœna ex traordinaria pro homicidio imponenda. Et in alio caſu ita arguit Decius in conſil.386,licet in controuerſijs.col.6. uerſic. & ex his reſponſio colligitur in.3.parte.

Sic etiam dicendum eſſet in argumento à contrario ſenſu,ut ſtatutũ diſponens quòd occiſor occidatur,niſi habuerit pacem cum hærede:à contrario ſenſu bene infert, quòd ſi habuerit pacem cum hærede, non occidatur. Sed per hoc non infertur, quòd in totum ſit immunis à pœna. Nam argumentum à contrario ſenſu ſumitur ſtrictè ad limites uerborũ quæ in directo ſenſu proferũtur. Ant. de But.in.c.cum apoſtolica.in ultimo notab. infrà, de his quæ fiunt à prȩla.ſine conſen.capi.Decius in l.j.in fi.prin.ff.de offi.eius cui mand.iuriſdi.in.l.pecuniam quam.in prin.ff.ſi cer.peta. & in conſi.538. uiſo puncto. col.2.in princip.in.2. particula tertiæ partis.

Secundò ad dictam.l.maiorẽ,reſpondent Doct. quòd loquitur ubi agitur de remittendo id, quod creditoribus debebatur,& eis erat applicandũ.Sed in ca



in caſu noſtro agitur de remittendo id,quod eis nõ debetur ſed fiſco.Et hanc reſponſionem ſequuntur Alexã. Iaſon,do.de Ripa,& Maria.Socy.iunior in dicto.§.Cato. Alciatus autẽ in dicto.§. Cato.replicat ad hanc reſponſionem,quòd imò poteſt iſto caſu conſiderari intereſſe pecuniarium hæredũ. Quia occiſor poterit tranſigere cum hæredibus occiſi,& dare illis pecuniam cauſa pacis habendæ.l.tranſigere.C. de tranſact. cum alijs per eum allegatis.Et ſecundum hanc reſponſionem uera eſſet opinio Alexand.in.d.§.Cato. qui diſtinguit: Aut maior pars uult gratis remittere iniuriam nulla pecunia habita,& hoc nõ poſſet:aut uerò maior pars uult tranſigere,& recepta pecunia uindictã remittere, & tunc maior pars præiudicet minori. Et hæc concordia Alex.ſemper mihi placuit, tanquam magis æqua. Tamen adhuc manet neſcioquis ſcrupulus. Quia uidetur,quòd maior pars facilius poſſit prȩiudicare minori, in re quæ eſt communis inter hæredes, quàm in re in qua etiam fiſcus habet ius. Vnde ut tollatur omnis ſcrupulus dicendum eſt ex mente Claudij de Seycello in dicto.§.Cato. Quòd quando maior pars hæredum remittit uindictam, non remittit ius fiſci: ſed remittit ius uindicandi quod eis competit:lex autem ſeu ſtatutum remittit ius fiſci. Ideo in quæſtione prædicta ſolùm conſiderari debet ius hæredum,non autem ius fiſci. Et eodem modo tollitur reſponſio Iaſo.in dicto.§.Cato.dum dicit,quòd in dicta.l.maiorem,agitur de remittendo ius publicum.Quia re uera hic agitur de remittendo uindictam, quatenus competit hæredibus,

z 5 & ſic

Universidad de Deusto Biblioteca

& ſic quatenus eſt ius priuatum.

Tertiò ad dictam.l.maiorem.reſpondent Iaſon, do,de Ripa, Alciatus,& Maria. Socy. iunior in dicto.§.Cato. quòd ibi pactum maioris partis poterat cedere in utilitatem minoris partis,uidelicet nõ minor pars totum debitum amittat: hic autem nõ militat conſideratio prædicta. Sed replicari poteſt, quod ſecundum diſtinctionem Alexã.etiam in iſto caſu factum maioris partis hæredum cedit ad utilitatẽ minoris partis,ſi pro pace habenda detur pecunia,ut ſuprà dictum eſt.

Quartò ad dictam l.maiorem. reſpõdent Alcia. & Maria. Socynus iunior in dicto.§. Cato. quòd ibi fiebat remiſsio ei, qui nondum erat debitor , id eſt futuro hæredi qui nondum adiuerat hæreditatem : ſed in caſu noſtro homicida erat iam effectus debitor pœnæ ipſi reipub. Sed iſta reſponſio nõ uidetur probabilis per ea quæ dicebam in.2. reſponſione. Nam hæredes ſolum remittũt ius uindictæ, non autem remittunt pœnam. quia lex hoc facit. Præterea iſta ratio ſolùm militaret quando ſequu-
154 ta eſſet ſententia: nam ante ſententiam pœna non eſt uerè debita.l.ſi qua pœna.ff.de uerbo. ſignific. &.l. aliud eſt.§.1.ff.illo titu.not. Bart.in.l. aufertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſci. Præterea dato quòd etiam ante ſententiã pœna eſſet uerè debita,tamen illa eſſet debita cõditionaliter,aut ſaltem cum illa exceptione, Niſi pax fiat cum hærede. Ergo ſolùm debet conſiderari ius hæredum,non autẽ ius fiſci elidibile per factum hæredũ. Aliàs dum legerem dictum.§. Cato,tenui diſtinctionem Alex,ubi nondum ſequuta

fuiſſet



fuiſſet ſententia cõdemnatoria. Sed ſequuta ſententia condemnatoria nunquã mihi placuit,quòd maior pars hæredum per ſuam remiſsionem poſsit liberare reum à pœna mortis, ad quam fuit condemnatus. Et plura ad hoc allegaui pro opinione Ange. quod etiam tenuit ibi Claud. de Seycello, licet multi teneant non eſſe differentiam inter utrunque caſum. Sed quia hic non eſt locus ſuus, ideo ultra non proſequor.

Finaliter aduertendum eſt: quia contra opinionem Barto.Maria.Socy.iunior in.d.§. Cato.ſic arguit: Statutum illud in prædicta exceptione eſt cõtra regulas iuris cõmunis,quæ ubiq; uolunt,quòd occiſor occidatur: maximè.l.pe.ff.ad.l. cornel.de ſica.c.omnis.53.diſt.&.l.3.C.de epiſco.aud. Sed quando actus qui fit a pluribus eſt contra regulas iuris communis,tunc non ſufficit maiorem partem conſentire.§.ſi.ibi,nemine reluctante.in authen. de defenſo.ciuit. Sed certè iſtud fundamentum continet fallaciam. Licet enim ſtatutũ in parte exceptiua ſit contra ius:tamen hæredes, ſeu maior pars eorum, non dicuntur facere contra ius, licet remittant uindictam.imò ius permittit remiſsionem uindictæ.l.3.§.ſi is cuius intereſt.ff.de ſepulch.uiola.& ſic ſum expeditus de hac octaua limitatione.

Nono fallit ratione ſepulturę.l.ſi plures.&.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fun.gloſ.in.l.Sabinus. ff.communi diuidũ. Decius hic in.1.lect.col.3.in fi.

Decimò fallit ut non procedat in caſu.l.2.C. de commu.rerum aliena.Panormi.in.c.ratio. infrà,de præben.Decius hic in.2.lectu.col.quarta, in princi.

Franc.

Universidad de Deusto Biblioteca

Franc.Lucanus in tract.de priuile.fiſci.in.35.&.47.
priuilegio. Martinus de Laude in tract.de fiſco. arti
cu.53.Matthæus de Afflict.in commento conſtitu-
tionis Frederici ſuper iure prothomiſeos in princi.
numero.22.& hæc limitatio ampliatur.

Primò,ut procedat etiã ſi fiſcus in re cõmuni ha
beat minimam partem.l.unica.C.de uend.rer.fiſca.
libro.10.

Secundò amplia idem in eccleſia. Pirrhus in di-
cta.l.unica.& ita aliàs conſulendo tenui,æquiparã-
do fiſcum & eccleſiam.

Tertiò amplia ut idem ſit in re obligata fiſco &
alteri priuato,ut etiam fiſcus poſsit totam uendere.
l.res quæ.§.1.ff.de iure fiſci.Salic.in.d.l.2. in penul.
quæſt.C.de cõmu.rerum aliena.

Quartò amplia ut etiam fiſcus poſsit totam rem
communem pignorare.glo.in.l.unica.C.ſi cõm. res
pig.data ſit.ubi Pet.de bella perti.& Bal.Sali. in di
cta.l.2.in ultima quæſt.

Quintò amplia,ut in tantum procedat hæc limi
tatio,quòd totum pretium rei cõmunis debet em-
ptor ſoluere fiſco,& ſoluendo fiſco emptor libera-
tur,licet fiſcus teneatur ſocio partẽ ſuam pretij tra-
dere.Franc.Lucanus in dicto tracta.de priuile.fiſci.
in.36.priuilegio.

Nota tamen quòd fiſcus qui uult rem commu-
nem alienare, debet primò interpellare ſocium, an
uelit emere partem fiſci.Bal.in.d.l.2.C. de commu.
rer.aliena.do.de Ripa in dicta.l.ſerui electione.§.fa-
ber.col.fina.in.2.limitatione.ff de lega.1.idem tenet
Iaſ.in.l.fina.col.4.uerſic.facit etiam ſimile.C. de iure
emphy



emphyteo.

SECVNDA ſit cõcluſio,quòd in his quæ per- 155
tinent ad plures ut uniuerſos,factum à maiori par-
te ualet,& tenet.l. quod maior.ff.ad municip.gloſ.
in uerbo,tractatus.in.c.1.de reb.eccleſ.non alie.cum
ſimilib.ut per Doct.hic. Et quod fit à maiori parte
præſumitur eſſe melius, Archi.& Gemi.in.c.Nice-
na.31.diſt.Præpoſitus per illum tex.in.c. in canoni-
cis.19.diſt.facit tex.in.c.prudentiam.in princ.& ibi
Doct.infrà,de offi.delega.

Amplia hoc ultimum ut infrà dicam in.2. limi-
tatione.

Et pro hac ſecunda concluſio.faciũt multa quæ
tradit Matthæus de Afflict.in deciſionib.Neap.de-
ciſio.prima.col.2.& nota pulchra uerba Blõdi lib.
3.Romæ triumphantis.Quod enim,inquit,eſt tam
deſperantium collegium , in quo nemo ex eis ſana
mente ſit? Et ſecundum hanc concluſionem intelli-
gi debent multa quæ congerit Matthæus de Affli-
ctis in.c.1.§.idẽ de ipſo.in.2.notab. de iure protho-
miſeos.Et hanc etiam concluſionem firmat Innoc.
in.c.humilis.in princ.infrà,de maio.& obedien.

Modum autem cognoſcendi , an commiſsio ſit 156
facta pluribus ut ſingulis,an uerò pluribus ut uni-
uerſis,prout Bald.hic col.4.uerſic.quæro quædam
commiſsio. dicam aliquid infrà , in quarta conclu-
ſione.

Amplia ut procedat etiam in concilijs uniuerſa
libus,ut tenet Panor.in concil.Baſilieñ.col.14.Iaco-
batius Card.ſancti Clementis in tracta.de concilio.
lib.6.articu.3.col.12.

Secundò

Universidad de Deusto Biblioteca

157 Secundò amplia, ut etiam maior pars poſsit re-
nũtiare honori introducto in fauorem collegij. Pa-
nor.in.c.cùm inter canonicos.col.3.uerſi.in gloſ. in
uerbo,nec aliam eccleſiam.infrà,de elect.

Tertiò amplia etiam ſi epiſcopus ut canonicus
in capitulo eſſet pro opinione minoris partis. Pur-
puratus poſt Bald.per eum alleg.in.l.j.in princ.col.
24.in fi.ff.de offic.eius qui manda.eſt iuriſdict.

158 Fallit nunc primò hæc concluſio, ut non proce-
dat,quando actus fieret ex mera uoluntate in fauo
rem perſonarum,nulla imminente neceſsitate:quia
tunc non attenditur quod fit à maiori parte,niſi o-
mnes cõſentiant,ut tenet gloſ.hic: & allegat ad hoc
gloſ.text.in.l.per fundum.ff.de ſeruitu.ruſt.prædi.
qui non probat, cùm loquatur in his quæ pertinẽt
ad plures ut ſingulos.& de hac limitatione latè per
Feli.hic,col.8.in.1.limitatio.ultra quem addo,quòd
hanc opinionem tenuit Barba.in conſi.7.mihi uide
tur.aliâs incipit, clementiſsimi dei patris, col.3.in.1.
parte.Iacobi.de ſanc.Georg.in.l.& ſummi.§.hodie
tamen.in.2.lectura.circa fi.ff.de pact.Corn.in cõſil.
181.uiſis nonnullis.col.2. uerſic.præterea dicta con
ceſsio.in.2.parte.& ibi col.11.uerſi.nec etiam obſtat,
concludit,quòd qui uult impugnare actum uniuer
ſitatis tanquam nulla ſubeſſet neceſsitas,debet pro-
bare hanc negatiuam.& iſta eſt communis opinio,
licet Card.& Panor.& Decius hic in.1.lect.teneant,
quòd ex quo iura generaliter dicunt,quòd factum
à maiori parte ualet & tenet,debent procedere tam
in actibus uoluntarijs quàm neceſſarijs. Barba.hic
pro communi allegat text.quem dicit nõ eſſe alibi.
in.l.



in.l.ſi quis hac lege.§. quotiens.ff. qui & à quibus.
ubi ad reuocandum libertum in ſeruitutem ex cau
ſa ingratitudinis requiritur omnium patronorum
conſenſus.ad quem tex.Decius hic in.1.lect.reſpon-
det duobus modis.Primò, quòd ibi res pertinebat
ad plures ut ſingulos, & ſic ſumus in terminis pri-
mæ regulæ , quam reſponſionem poſuit ipſemet
Barba.& dicit quòd ſi ibi ageretur de re pertinen-
te ad plures ut uniuerſos eſt ibi caſus formalis pro
opi.gloſ.& ſic Barba.non format de illo tex. præci
ſum argumentum,ſed ſolùm conditionatum. Præ
terea hæc reſponſio Barba. quam ſibi aſcripſit De-
cius,non uidetur ſatisfacere : quia licet ibi ageretur
de re pertinente ad plures ut ſingulos,tamen ibi a-
gitur de iure patronatus , in quo regulariter quod
fit à maiori parte ualet & tenet,ut dixi ſuprà in ſe-
ptima limitatione ad primam concluſionem. Se-
cundò reſpondet Decius, quòd ibi agitur de fauo-
re libertatis.& iſtam opin.ſuprà tenui in dicta ſepti
ma limitatione ad primam concluſionem. Secun-
dò pro opin.gloſ.Barba.inducit text.in.§.fi. in au-
then.de defen.ciuita.ad quem reſpondet Decius hic
in prima lectura,ut ibi per eum.& de illo textu di-
cam latius infrá.

Ad unum tamen aduerte,inquantũ Barba.præ-
ſupponit,quòd in.d.§.fi. agitur de actu uolũtario,
quia pace eius dixero,hoc eſt falſum : quia imo ibi
agitur de actu neceſſario,ſcilicet de eligẽdo defenſo
rẽ ciuitatis, q eſt actus neceſſarius, ut patet in prin.
illius tit. Et quo ad terminos noſtros ſatis eſt quòd 159
actus circa quem uniuerſitas,uel collegium proui-
dent

Universidad de Deusto
Biblioteca



dent,ſit de ilis, quibus neceſſarium ſit prouidere:li-
cet non magis ſit neceſſarium prouidere uno mo-
do,quàm alio modo. Et applicãdo ad propoſitum
quo ad terminos noſtros,ſatis eſt, quòd fuiſſet ne-
ceſſarium,prouidere ciuitati de defenſore,licet non
magis fuiſſet neceſſarium prouidere de uno defen-
ſore quàm de alio.& ſic Barba.inducendo illũ tex.
pro communi uidetur errare in terminis.

Et ſicut regula ſupradicta locum habet,quando
160 actus fit ex neceſsitate:ita etiam locum habet,quan
do actus fit propter utilitatem:quia tũc attenditur,
quod fit à maiori parte , & ſic quo ad hãc regulam
paria ſunt,quòd actus fiat ex neceſsitate,uel ex uti-
litate.Ioã. And.in.c.unico.col.pe.uerſi.in gloſ.quid
ſi.de rerum permut.in.6.Inno.Hoſtiẽ.Io.And.An-
to.de But.Bal.Pet.de Ancha.Imol.& Feli.hic.idem
tenet Alb.in.l.intantum.§.religioſum.ff. de rerum
diuiſio.Lapus allega.131.infraſcripta ſunt.Lucas de
Penna in.l.nominationum.col.pe.uerſic. poſt gloſ.
ultimam.C.de decurio.lib.10.Lambertus de Ram-
po.in diſtinctione quam poſuit ſuper.l. in tantum.
§. ſi quæratur.ff.de rerum diui.Corn.in præalleg.
conſi.181.uiſis nonnullis.col.11.uerſic.nec etiam ob-
ſtat,quòd in actibus uolũtarijs.in.2.parte. Anto.de
But.in.c.fi.col.2.in fi.uerſic.quartum quod contin-
161 git gloſ.infrà,de maio.& obed. Et ſubdit Bald. hic
col.4. quòd illud quod eſt utile eccleſię utilitate rei,
neceſſarium eſt prælato neceſsitate officij:quia præ
latus tenetur ex neceſsitate officij ſui utilitatem ec-
cleſiæ procurare.c.generalem.de elect.in.6.

Similiter quod dictum eſt de actu neceſſario uel
utili



utili,idem eſt ſi agatur de his,quibus conſuetum eſt
prouideri per uniuerſitatem , uel collegium : tunc
enim ualet quod fit à maiori parte capituli uel uni-
uerſitatis,ut inquit Bal.in.l.j.in prin.ff.de magiſtra.
conuenien.Barba.in conſil.7.præalleg.in.j.parte.

Vltimo circa hanc limitationem notandum eſt 162
ſecundum Anto.de But.hic poſt Hoſt. quòd actus
etiam merè uoluntarius factus à maiori parte con-
tradicente minore parte,non eſt ipſo iure nullus,li-
cet retractari debeat : nec eſt neceſſe appellare,quia
non tranſit in rem iudicatam. Feli. autem hic dicit,
quòd geſta à maiori parte citra appellationem & 163
contradictionem,teneant.& ſic ſentit quòd contra-
dicente minori parte non teneant , etiam ſi minor
pars non appellauerit : quod ego credo indubitatũ
duobus concurrentibus.Primò, quòd in ipſo actu
minor pars contradicat , non ad fines ut id quod
iam à maiori parte concluſum eſt retractetur : ſed
ad impediendũ,ne concludatur.Secundò,quòd mi
nor pars contradicat ex iuſta & rationabili cauſa:
tunc enim minor pars poſſet impedire,per ea quæ
dicam infrà in.10.limitatione.

SECVNDO fallit prædicta concluſio, ut 164
non procedat,quando maior pars uellet aliquid fa
cere contra priuilegia,conſtitutiones,uel conſuetu-
dines eccleſiæ. Quia tũc unus ſolus contradicendo
poteſt impedire.ut tradit Inno.in.ca. accedentibus.
quod legit cum.c.cum olim papa.col.fin.uerſi.imò
plus dicimus.infrà de priuil.Panor.in.c.ueniẽs. col.
5.uerſic.ſed contra prædicta.infra de præſcript.An
to.Corſetus in ſing.in uerbo,uniuerſitas,in.3. limi

A tatione

Universidad de Deusto Biblioteca

ratione.& opin.Inno.præallegatam in concilio Ba
ſilienſi,tenuit Roma.inferens,quòd conſilium Baſi
lienſe,una parte, etiam minore,contradicente, non
poterat uenire contra id,quod omnes ſimul ordi-
naſſent.Et hoc probat pluribus rationibus, ut per
eum in conſil.352.quæritur primò, nunquid domi
ni Auenionenſes. Contrarium tamen in eodẽ con-
cilio Baſilien.tenuit Panor. allegans ad hoc plura,
ut per eum in concil. Baſilien.incip. quoniam ueri-
tas.col.13.uerſic.quartus caſus.& uerſicu.ſequen.&
ſic uides,quòd Roma.& Panor. in eodem conſilio
fuerunt contrariæ opinionis. Opin. Panor. tenuit
Bal.in.l.fi.in prin.C.de auct.præſtan.ſed opin. Lu-
douici Roma.in caſu ſuo tenuit, Iacobatius Cardi-
nalis ſancti Clementis,in tract.de concilio,lib.6.art.
3.col.10.in fi.& duabus ſequen. At Barba. hic.col.
13.uerſic.adde etiam quod retulit. dicit ſe uidiſſe in
dubium refricari, quòd collegium medicorum de
creuerat aliquid concorditer, poſtea uolebat reuo-
care,unus contradicebat:dubitabatur, an contradi
ctio illius ſufficeret? Et tãdem dicit, poſſe diſtingui,
ſi actus erat uoluntarius, & gratioſus, ut ſuperius
dictum eſt:& aliter ſe ipſum non declarat: uidetur
tamẽ per illa uerba intellexiſſe, quòd ſi actus ſit uo
luntarius,& non neceſſarius, tunc requiratur con-
ſenſus omnium:ſi autem ſit neceſſarius, attendatur
factum à maiori parte. Et hanc diſtinctionẽ tenuit
Iaſon in.l. maiorem. quam legit cum.l. & ſuum.§.
hodie tamẽ.col.3.in.10.limita.ff.de pact. Feli.hic in
2.limitatiõe. Decius hic in prima lectura, reprobat
hanc diſtinctionem, & ponit nouam concordiam,
ut



ut hic per eum:per cuius concordiam hęc limitatio
ſolùm ſaluari poteſt uno caſu, ſcilicet quando in
primo actu omnium conſenſus ſtudioſe, & data
opera, ad hoc adhibitus eſt, ut actus taliter factus
non poſſet reuocari,niſi de conſenſu omnium:quæ
ſaluatio dependet ab his, quæ dicam infrà, in.12.
limitatione, in illo articulo, an ualeat ſtatutum re-
quirens conſenſum omnium. Et poſito quòd hæc
limitatio eſſet uera,non tamen haberet locum in ca
ſu,in quo maior pars ſtatueret contra primũ actũ
ex aliqua iuſta cauſa;quia tunc ualet quod fit à ma
iori parte, dato quòd in primo actu interueniſſet
conſenſus omnium.Ita in terminis tradit Panorm.
in dict.c.ueniẽs.& probatur in.c.j.infrà de his quæ
fiunt à maiori parte cap. ubi text. ponit regulam,
quòd ſemper præualet quod fit à maiori parte. Et
ponit limitationem,ſeu exceptionem à regula, niſi
à paucioribus & inferioribus aliquid rationabili-
ter fuerit obiectum & oſtenſum.Ex quo text. iun-
ctis prædictis ſaluari etiam poteſt hæc limitatio in
caſu, in quo minor pars moueretur aliqua iuſta
cauſa: ſed tunc nihil ſeruiret, quòd primus actus
fuiſſet factus de conſenſu omnium, quia etiam ſi
omnes in primo actu non cõſenſiſſent,minor pars,
quæ ex iuſta cauſa contradiceret, poſſet impedire
actum,ut dicam infrà.

Item pondero tex.in.dict.c.j.in uerbo oſtenſum.
qui uult,quòd ad hoc,ut minor pars, etiam ex iu-
ſta cauſa,poſsit impedire maiorẽ,non ſufficit,quòd
minor pars alleget iuſtam cauſam: ſed requiritur,
quòd illam probet,ut per illum tex. infert glo. ibi,

 & ſic

Universidad de Deusto
Biblioteca



& ſic quod fit à maiori parte, præſumitur eſſe melius, etiam ſi maior pars uellet aliquid facere contra priuilegia, conſtitutiones, uel conſuetudines ab omnibus approbatas. Quod nota pro ampliatione ad ea quæ dixi in prin. huius ſecundæ concluſionis.

Fortè etiã ſaluari poteſt hęc limitatio in eo quòd loquitur de priuilegijs, quia priuilegia uniuerſitatis ſaltem ſecundario afferunt commodum ſingulis de uniuerſitate: & quando maior pars facit aliquid contra prædicta priuilegia, præiudicat ſingulis, quod facere non poteſt, ut dicam infrà in. 12. limitatione. Et ideo Iaſon in dicta. l. maiorem. de hac limitatione facit duas limitationes: Vnam, quando maior pars uellet facere cõtra id, quod fuerat prius ab omnibus unanimiter concluſum; & iſtam ſaluat, ut ſuprà dictum eſt. Aliam quãdo maior pars ſtatueret cõtra priuilegia uniuerſitatis: & in iſta nullam diſtinctionem ponit. Sic etiam ſaluari poteſt hæc limitatio reſpectu eius, quod fit contra prius unanimiter concluſa, ut procedat, quando ex eo, quod prius in collegio, uel uniuerſitate fuerit unanimiter cõcluſum, minori parti fuiſſet aliquod ius quæſitum: quia in præiudiciũ illius iuris non poſſet poſtea maior pars aliquid facere. Et ita opi. Ludo. Roma. in conſil. 352. præalleg. ſaluat Iacobatius Cardi. ſancti Clementis in dicto tracta. de concilio, lib. 6. art. 3. col. 11. & ſequen. ubi ſentit opi. Roma. nõ procedere ex eo, quòd primũ actum omnes unanimiter feciſſent, ſed ex eo, quòd fuerat ius quæſitum minori parti.

166 TERTIO principaliter limitatur hæc concluſio, ut





ſio, ut non procedat, quando agitur de admittendo extraneum ad dandam uocem in capitulo: quia tunc unus ſolus poteſt impedire. Compoſt. in. cap. ſcriptum. infrà de elect. cum ſimil. ut per Feli. hic. col. 9. uerſic. tertio fallit. Decium hic in prima lectu. col. 5. uerſic. tertio fallit. & in. 2. lect. col. 5. uerſic. tertio limitatur. & in. cap. conſtitutus. col. 2. uerſicu. & notandum eſt. infrà de appella. Iaſonem in dicta. l. maiorem. col. 3. uerſic. ſexto limita.

Sublimita hanc tertiam limitationem, ut non procedat, quando maior pars uellet adhibere extraneum ad dandum conſilium. Decius hic in. ſecunda lectura.

Secundò ſublimita ex eo quod tenet Panor. in ca. cum eccleſia ſutrina. col. 6. uerſic. Item limita hũc tex. infrà de cau. poſſ. & proprieta. ubi tenet, quòd quando per maiorem partem capituli admittitur aliquis ad eligendum, per talem admiſsionem perditur quaſi poſſeſsio iuris eligendi. De quo tamen ego dubito, quia ſtante contradictione minoris partis, quaſipoſſeſsio fuit uitioſa, & non pacifica. Cogita circa hoc.

QVARTO principaliter limitatur hæc conclusio, ut non procedat, quando maior pars uellet 167
de nouo eligere, ſeu reformare aliquem officialem poſt tẽpus ſui officij: ut ſi primò ſit electus ad unũ officium annale, & finito anno maior pars uult illum reconfirmare, hoc facere nõ poteſt, niſi omnes conſentiant: ut eſt. tex. in. §. ſi. ibi, niſi cuncta ciuitas reluctante nullo elegerit. in auct. de defenſo. ciuita. cũ ſimil. ut per Feli. hic. col. 9. & Dec. in. j. lect. Barba.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ba.hic.col.13.uerſi.ſecundo cõtra eos allego. Iaſ.in.
dict.l.maiorem.aliâs in.l. & ſuum.§. hodie tamen.
col.3.uerſi.quinto notanter limito. & ibi Iacobi.de
ſanct.Georg.in.2.lect.col.fi.in prin.ff.de pact.& ibi
etiam Fulgo.dicit, quòd aliâs uidit tractari de hac
limitatione cum quidam ſcholares uellent confir-
mare rectorem,& alij non. Et in electione rectoris
uniuerſitatis conſuluit Bald.in conſil.318. ponitur
quòd electio.in.3.parte ſecundum nouam impreſ-
ſionem. Anto.Corſetus in ſingularibus ſuis, in uer
bo uniuerſitas, in prima limitatione. Iacobatius
Cardinalis ſancti.Clementis.in tractat.de con.libr.
6.art.3. col.10.uerſic. & quod dicitur,quòd factum
à maiori parte.
168 QVINTO fallit quando agitur de reuocan
do libertũ in ſeruitutẽ ex cauſa ingratitudinis:quia
niſi omnes conſentiant,hoc fieri non poteſt.l.ſi quis
hac.§.actione.ff.qui & à quibus.per quẽ tex. ita li-
mitat Feli.hic col.9.in.5.limitatiõe.Iaſ.in.dict.§.ho-
die tamen.in.13.limitatione. Tu aduerte,quòd hæc
limitatio non uidetur de corpore regulę. nam tex.
in dict.§.actiõe.loquitur in iure patronatus, quod
pertinet ad plures ut ſingulos:regula autẽ de cuius
limitatione agitur,loquitur de his,quæ pertinẽt ad
plures & uniuerſos,ſeu per uiam collegij.ideo Bar
ba.hic.col.13.in prin.dicit,quòd ſi ille text.loquere-
tur de re pertinente ad plures per uiam collegij,eſ-
ſet mirabilis limitatio ad hanc concluſionem.
169 SEXTO fallit in pluribus delegatis,quãdo agi
tur de deferendo appellationi:quia etiã minor pars
poteſt deferre appellationi,ut tradũt Feli.& Dec.in
prima



prima lectura hic,in.6.limitatiõe, poſt do.de Rota,
& alios per eum allegatos. Sed etiam hęc limitatio
non eſt de corpore regulæ: nam poteſtas deferendi
appellationi quæ competit pluribus delegatis,non
competit illis ut ſingulis,ſed ut uniuerſis.
SEPTIMO fallit,& declaratur hæc conclu 170
ſio,ut procedat, dummodo alij ſint uocati: ſecus ſi
alij non ſunt uocati,ut glo.Inno. & Pet. de Ancha.
hic Iaſ.in dict.§.hodie tamen.col.3.in.j.limitatione.
Augu.in conſil.269.punctus eſt.col.2. ubi declarat
hanc limitationẽ procedere in his, quæ maior pars
ſimpliciter ut maior pars, ſecus in his, quæ maior
pars facit,ut propoſita alicui adminiſtrationi. alle-
gat.l.item magiſtri.ff.de pact. & ſequitur Felin.hic
col.12. uerſic.ſecundò declarat. Nota tamen quòd
electio facta à maiori parte capituli aliquibus con- 171
temptis & nõ uocatis mero iure ualet, licet cõtem-
ptis proſequentibus contemptum, ſit annullanda.
do.de Ripa lib.2.reſpon.c.21. Calde.in conſil.11. an
ſi maior pars.in tit.de iure patro. Albe.de. Roza.in
j.parte ſtat. quæſt.143. quærit etiam facta autem à
minori parte capituli.aliquibus cõtemptis, eſt ipſo
iure nulla.c.auditis.infrà de elect.do.de Ripa lib.2.
reſpon.c.12.col.3.
OCTAVO fallit, quando maior pars non 172
fuit in collegio, & uult ratificare extra collegium,
illud quod fecit minor pars,tunc requiritur conſen
ſus omnium.Ita Bal.in.l.per fundum.ff.de ſeruitu.
ruſt.præd.per text.in ca.in cauſis. infrà de elect.ſe-
quuntur Barba. hic.col.13.uerſicu.adde etiam Feli.
col.10.uerſic.ſeptimò fallit,Iaſ.in.d.§. hodie tamen.

Universidad de Deusto
Biblioteca



col.4.in.10.limitatione.

Tu aduerte,quia tex.in.di.c.in cauſis.nihil pro-
bat: nam ibi capitulum Toloſanum tranſtulerat
omnem poteſtatem ſubſtituendi pontificis Tolo-
ſani in quinq; nominandos à duobus per capitulũ
deputatis, & illi quinq; nominati proceſſerant ad
tractatum, poſt quem tractatum plures actus facti
ſunt:primò,capitulum reuocauit poteſtatem:ſecun
do,tres ex arbitris poſtularũt epiſcopũ cõuenarũ,
& duo ex arbitris elegerũt archidiaconũ Argenti-
nũ:tertiò,maior & ſanior pars capituli,cæteris con
tumacibus elegit archid. Argẽ. & ſic fecit ſimilẽ ele
ctionẽ,quã fecerãt duo ex arbitris,quod nihil aliud
eſt,quàm cõfirmare electionẽ factã à minori parte
arbitrorũ.Licet ergo ibi nõ attendatur electio facta
per maiorẽ & ſaniorẽ partem capituli,quæ eſt con
formis electioni factæ à duobus ex arbitris,hoc nõ
inducit conſideratio, quòd requiratur conſenſus
omnium:ſed hoc inducit conſideratio, quòd capi-
tulum non habebat amplius poteſtatem eligendi,
ex quo illam tranſtulerat in arbitros:& re non in-
tegra,non poterat illam reſumere:ut text. & Doct.
ibi ponderant.Et ideo in caſu illius capituli ſi reuo-
catio arbitrorum ualuiſſet, nemini dubium eſt,
quin electio poſtea facta per maiorem, & ſanio-
rem partem capituli, ualuiſſet: tum quia reuoca-
tio erat facta ante poſtulationem :tum etiam, quia
ſicut poſtulantes uariare poſſunt, ſecundum com-
munem concluſionem Docto.ibi, & in.capit.Bo-
næ. ij. de poſtulatio. prælato. quam ſequitur Ro-
chus de Curte in tractatu de iure patronatus, in





uerbo,honorificum.in.1.quæſt.9. quæſt. principa-
lis.ita etiam capitulum potuiſſet uariare poſt reaſ-
ſumptam ab ipſo poteſtatẽ: & cùm capitulum nõ
haberet amplius poteſtatem,nõ erat ulterius curan
dum de conſenſu capituli.

Similiter ex quo arbitri cõpromiſſarij iam fun-
cti fuerant officio, quia tres poſtulauerant, & duo
elegerant, non erat amplius curandum de eorum
conſenſu.Licet enim ſi Capitulum per ſeipſum po
ſtulaſſet,potuiſſet poſtea uariare,dicto,c.bonæ me-
moriæ.ſecundo.infrà,de poſtula.prælato.tamen ar
bitri deputati ad eligendum, uel poſtulandum, ex
quo ſemel poſtularunt,non poſſunt amplius uaria-
re: quia functi ſunt eorum officio.argu.l. dicere.§.
unde uidendũ.ff.de arbi.facit tex.in.c.is qui à pro-
curatore. de procurat.in.6. & quod per illum text.
tradit Barto.in.l.quod ſi fortè.§.quid ergo.ff.de ſo
lu. aliâs eſt in.l. uero procuratori. quam legit cum
prin.d.l.quod ſi fortè.in.§.quid ergo.ff.de ſolut.&
iſte eſt uerus intellectus.d.c.in cauſis. per quem con
cordatur ille tex.cum tex.in.d.c. bonæ memoriæ.
licet Doct.ibi ad hoc nõ aduerterunt. Et ad hoc al-
lego gloſ.in.c.cùm ab uno.in uerbo,electione.in fi.
de re iudi.in.6.poſt Hoſtiẽ.quem allegat,retenta ta-
men hac principali limitatione. Sublimita eam,ut
non procedat in pluribus patronis,in quibus ad cõ
mittendas uices præſentandi nõ requiritur conſen-
ſus omnium.Frederi. de Senis in conſil.104. primò
quæritur.in.2.dubio.

NONO fallit, ut non procedat quando actus 173
deberet fieri à duobus collegijs:quia tunc non ſuf-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ficeret maior pars amborum collegiorum ſimul
coniunctorum:ſed requiritur maior pars utriuſq;
collegÿ ut plenè tradit hic Feli.col.10.in.8.limitatio
ne. Et generaliter quando maior & minor ſunt
æquales in iuriſdictione, tunc non præualet quod
fit à maiori parte. Lucas de Penna in.l.ſi quid extra
ordinem, in fi.C. de excuſ.artif.lib.10.allegat.c.pa-
ſtoralis. infrà de reſcript. ad quæ uide quod plenè
tradit Iacobatius Cardin. ſancti Clementis in.dict.
tract.de concilio.lib.6.art.3.col.18.uerſic.ſed hic po-
ne quòd actus.Iaſ.in dict.§.hodie tamen.col.4.uer-
ſic.in ultima parte glo.& col. ſequen. ubi plura di-
274 cit ad propoſitum huius limitationis. Et dum ibidē
cōcludit, quòd ſi Poteſtas & Antiani habeant ex-
pedire aliquem actum, Poteſtas habet dimidiam
partem iuriſdictionis, & Antiani aliam dimidiam.
uide dominum de Ripa plenè in.l.re coniuncti.col.
26.uerſic.ſecunda concluſio. & duabus col. ſequen.
ff.de lega.3.& dum Iaſ.in dict.§. hodie tamen. col.
5.ſubdit, quòd iſto caſu poteſtas cum uno ex An-
tianis non poſſent expedire actum, ſed requiritur
275 etiam maior pars Antianorum. Vide Hippolytū
de Marſil.plura in cōtrarium allegantem,ſing.376.
incipien.quod maior pars facit.

276 DECIMO fallit, ut non procedat, quando
contradicens habet iuſtam cauſam,quia tunc unus
ſolus poſsit impedire ne actus fiat, ut plenè tradit
Felinus hic.colum.decima. in nona limitatione. Al-
bericus in dicta.l.quod maior.& ad hoc eſt textus
in capitu.primo. de his quæ fiunt à maiori par-
te capi



te capituli. inducendo, ut per Panormita. in con-
cilio Baſilienſi. col.14. in fine. ubi ponderat illum
textum. tribus modis. Geminianus & Præpoſitus
in dicto capitulo, Nicena.in quarto notabili. Lucas
de Penna in dicta.l. ſi quid extra ordinem. in fine.
Iacobatius Cardinalis ſancti Clementis in tracta-
tu,de concilio.libro ſexto,articulo tertio.col. octa-
ua.uerſiculo,& hanc opinionem.& col.decima.uer
ſiculo,fateor tamen. Et notandum eſt, quòd minor 277
pars quæ habet iuſtam cauſam contradicendi,non
tenetur coram maiori parte probare cauſam ſuæ
contradictionis:ſed debet adiri ille,qui eſt ſuperior
tam maioris, quàm minoris partis, ſecundum Pa-
normitanum in cap.1.col. ſecunda.uerſicu.in gloſ.
in uerbo,oſtenſum.infrà,de his quæ fiunt à maiori
parte capituli.

VNDECIMO non procedit ſupradicta con 278
cluſio, quando maior pars uellet ſtatuere aliquid
quod eſſet contra ius. Baldus in.l.clarum.C. de au-
thoritate præſtanda. Barbatius in conſilio ſeptimo,
clementiſsimi dei Patris, col.finali. in prima parte.
Romanus in conſilio.352.quæritur primò. colum.
ſecunda. uerſiculo, tertio eadem concluſio. Iacoba-
tius Cardinalis ſancti Clementis in dicto tractatu,
de concilio.libro ſexto.articulo tertio.colum.14. in
principio. Raynerius de Forliuio in repetitione.l.o-
mnes populi. inſerta in lectura Alberici de Roſate.
colum.12.ff.de iuſti.& iure.

DVODECIMO fallit ſupradicta concluſio, 279
ut non procedat in his,quæ cōcernunt præiudiciū
ſingulo

Universidad de Deusto Biblioteca

ſingulorum: quia tunc non tenet factum à maiori
parte,niſi omnes conſentiant. Feli.hic plura ad hoc
allegans.col.10.in.10.limitatione.Iaſ.in dicto.§.ho-
die tamen.col.4.in.16.limitatione.Iacobatius Card.
ſancti Clementis in dicto tracta. lib.6. articu.3. col.
9.uerſic.& ideo ubicunque. Corne.in conſil.177.in
hac re.col.3.uerſicu.quia conſilium.in.2.parte.Ma-
ria.Socy.in tract.de cita.articu.5.in.15.quæſt.in.6.li
mit.ad regulam, quam ibi ponit Barba. in conſil.
27.ſcripſit propheta.col.4.in.2.parte. allegat Bal.in
l.uenia. in ulti.notab.C. de in ius uocan. dicentem,
quòd quando eccleſia Romana componit de deli-
cto, non intelligitur componere de pœnis, & iuri-
280 bus ſingularum perſonarum.Et hãc limitationem
expreſſè firmat Stephanus Bertran.in conſil.16. ui-
ſo inſtrumento.in.2. parte conſiliorum primæ im-
preſsionis.Imol.hic,& ſi uelis ſcire quãdo actus ex-
pediendus dicatur cõcernere ſingulos, uide Feli.in
c.eam te. infrà, de reſcript. Matthæum de Afflictis
in deciſio.Neapo.deciſio.400.nobilis Petrus.col.2.
ad fin.in paruo uolumine.Et facit hæc limitatio ad
281 quæſtionem,An ciuitas poſsit pro debito ciuitatis
imponere collectam ſingulis de ciuitate. De quo ui
de Matthæum de Afflictis poſt alios, quos allegat
in commento conſtitutio.Neapoli.libro primo.ti-
tu.101.in primo notab.domi.de Ripa in.l. ſi ſe non
282 obtulit.ff.de re iudica. Facit etiam hæc limitatio ad
quæſtionem, An uniuerſitas poſsit obligare ſingu-
los ad molendum bladum in molendino domini.
de qua uide remiſsiuè domi.de Ripa.l. quominus,
col.27.uerſicu.item quæro.ff.de flumini.& ad hanc

etiam



etiam limitationem uide quæ dicam infrà,in.20.li-
mitatione. & in caſibus in quibus maior pars po-
teſt imponere collectas,an conſideratur maior pars 283
reſpectu numeri perſonarum,an uerò reſpectu ma
ioris contributionis.uide Calde.in conſi.6.an quan
do uniuerſitas.in tit. de his quæ fiunt à prælato ſi-
ne conſenſu capitu.& à maior.parte cap. & aliquid
per Bald.in conſil.80.punctus ſuper quo.aliâs inci-
pit.conſiderare debemus.col.ſecunda.uerſicu.quan
do ergo iſti contractus.in ſecunda parte eſt ſecun-
dum antiquam impreſsionem.aliâs eſt,in conſi. 85.
in quarta parte.clarius per eundem Bald. in conſil.
245.ad euidentiam ſciendum eſt.uerſic. tertio præ-
mittendum eſt.in.1. parte ſecundum dictam anti-
quam impreſsionem.

Ampliatur ut procedat etiam ſi illi de quorum
præiudicio agitur eſſent abſentes, quia nihilomi-
nus uocandi ſunt. Lucas de Penna in.l.nominato-
rum.in.13.quæſtio.C. de decurio.libro decimo. di-
cam in.6. limitatione ad.3. concluſionem principa-
lem colligendam ex hac parte gloſ.

Sublimita nunc hanc limitationẽ pluribus mo-
dis:Primò,ut non procedat in ſeruo, qui uult effici
clericus, quia ſufficit conſenſus unius ex pluribus 284
dominis.cap.nullus.iuncta gloſſa prima.54. diſtin-
ctione. uide ibi Doctor.& Bald. in dicta.l.per fun-
dum.in fine.& ſi dicatur hoc habere locũ in re per-
tinente ad plures ut ſingulos:dico,quòd fortiori ra
tione debebit habere locum in re pertinente ad plu
res ut uniuerſos, in qua facilius maior pars præiu-
dicat minori.

Secund

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secundò ſublimita hanc limitationem, ut non procedat,quãdo ciuitas uel maior pars ſtatueret ſuper uictualibus.Lucas de Penna omnino uidendus in dicta.l.nominationũ.col.fi.uerſi. cæterum ſciendum eſt.Matthæus de Afflictis in commento conſtitutio.Neapolit.libro primo, titu.64. in conſtitutione quæ incipit,ad officium baiulorum. Alberic. de Roſa.in prima parte ſtat.quæſt.69. Item quæro an ciuitas. Hinc eſt, quòd ciuitas, uel communitas, habens frumentum ſuperfluum poteſt compellere ciues ut emant.Felinus in cap.1.colũ.ſecunda.infrà, de Iudæis. per textũ, in.l.unica.C. ut nemini liceat in emptione ſpec. ſe excuſare.libro decimo. Antonius de Burgoſ. in cap.1.col. tertia. in fine. infrà,de empt.& uendi. & ibi col.4.uerſiculo,quartò addo caſum.allegat.l.2.ff.de nundinis.ad hoc quòd ruſtici compelluntur uenire ad ciuitatem & ibi uictualia uendere.

Tertiò conſidera,ſi prædicta limitatio ſublimitari poſſet,ut non procedat in uniuerſitate habente poteſtatem legis condendæ:per id quod plenè tradit Iaſon in.l.ſi ſe non obtulit.col.5.uerſic.circa primam concluſionem.ff.de re iud.

Quartò ſublimita hanc principalem limitationem,ut non procedat,quãdo factum à maiori parte concerneret publicam utilitatem, itaq; omnes ex illo facto perciperent commodum.ita Bald. in conſilio.80.punctus ſuper quo conſilium petitur.aliâs incipit,conſiderare debemus.in ſecunda parte.ſecũdum antiquam impreſsionem. aliâs eſt in conſilio

85.&



85.& in conſilio.128. punctus quidam homines. in eadem ſecunda parte ſecundum præfatam antiquã impreſsionem. aliâs eſt in conſilio.462. ſecundum aliam impreſsionem. Et ad hanc principalem limitationem notandum eſt,quòd conſtitutio emanans ad uniuerſitatem,non includit ſingulos de uniuerſitate,niſi illud exprimatur.Philippus Frãc. in cap. primo.in tertio notab.per illum tex. de ſtatu regu. in ſexto.

DECIMOTERTIO principaliter limitatur ſupradicta concluſio,ut non procedat, quando iudicium plurium requireretur per uiam conſilij: quia cùm iudex non teneatur ſequi conſilium.cap. cùm in ueteri. de elect.Bartol.in.l.prima.§. ſi plures.ff.de exercito. poteſt minorem partem præferre maiori. Ioan. Andre. & Doctor. in cap.nec epiſcopi.infrà,de tempo.ordin.cum ſimilibus. ut tradit Felinus hic.col.decima.in.11.limitatione. Barbatius hic col.13.ad finem. dum allegat Bald.in.l.prima. ff. conſul. Iacobatius Cardinalis ſancti Clementis in dicto tractatu de conſil.libro ſexto. articu. tertio.col.14. Iacobinus de ſancto Georg. in dicta.l.maiorem.in utraque lectura.ff.de pact. & Albertus ibi dicit, quòd iudex non debet ſtare dicto maioris partis,ſed eorum qui melius ſciunt iura. Et pro hac limitatione facit quod tradit Barba- 286
tius in capitulo, ex literis. circa finem. infrà eodem, ubi dicit, quòd ſi ſunt ſeptem Doctores in examine ſcholaris, quorum tres ſunt Doctiores & quatuor minus docti, ſi illi tres peritiores

approb

Universidad de Deusto Biblioteca

approbant,& quatuor minus docti reprobãt,ſtandum erit dicto peritiorum, licet ſint minores numero,Et ita limitat quod uoluit Nico. de Neapo.in.l. j.ff.de uent.inſpi.Facit etiam quod tradit Sali. in.l. nemini.C.de aduoca.diuer.iudi. quòd ſi cãcellarius ſtudij uideat Doctores reprobare ſcholarem ex odio,æmulatione,uel aliâs:non tenetur ſequi eorum iudicium.Sequitur Ioan.de Plat.in.l. magiſtros.C. de profeſſo & medi. libr.10. Sed aduerte, quia opi. Barba. præalleg. nõ uidetur procedere ſine dubio. Nam.glo.in.dict.l.magiſtros. requirit,quòd ſcholaris approbetur à ſeptem Doctoribus:et idẽ etiam requirit.Io.de Plat.in.l.ſi quis in archiatri.C.illo tit. per illum text.& Decius in.c. propoſuiſti.col.5.infrà,de probat.& quando numerus Doctorum eſt taxatus,non poteſt cancellarius cum minori numero promouere,ut ſentit Salic.in.d.l.nemini.Panor. in dicto.c.propoſuiſti. de proba. & in caſu Barba. non erant niſi tres approbatores: quia quatuor reprobabant.& Salicet.met limitat dictum ſuum nõ habere locũ,quando numerus Doctorum eſſet taxatus.Plura ad hanc limitationem pertinentia tradit Bartachinus in tracta. de epiſcopo.in.1. parte libri tertij,in.45.&.46.quæſtio.ubi tradit,An iudex teneatur ſequi conſilium,de quo etiam tradit Bartholomæus Bolog.in repet.authen.habita. char.13. uerſic.ulterius facit ad quæſtionem.C.ne filius pro patre.Et inquit Plinius relatus per Panor.in.c.eccleſia ueſtra.2.in ultimo notab.infrà,de elect. quòd in
287 conſilijs non debent ſolùm numerari perſonæ, ſed ponderari ſententiæ. Nihil enim eſt ita inæquale,

quàm



quàm ubi impar eſt prudentia,ſit per ius.& inquit Frã.Patritius lib. 9. de regno & Regis inſtitutione. tit.2.iucundum ciuibus eſſe debere,regem iudicem habere potius,quàm multitudinem,ut in rebus publicis fieri ſolet, in quibus ſuffragia numerantur, non autem expediuntur,examinantur'ue: & ſic ad numerum accedit hebetiſsimi cuiuſq;, ac ruſticani hominis ſententia, ut acutiſsimi, clariſsimiq; uiri nec aliud in republica fieri poteſt in qua omnia ad multitudinis diſpoſitionem fiũt,nec quiſpiã æquo animo fert ſibi quempiam præferri: ſed ad æqualitatem omnia dimetiuntur: in qua quidem nihil tã inæquale eſt,quàm ea ipſa quæ uidetur eſſe æqualitas. Nam cùm prudentia inter ciues longè impar ſit,ius tamen inter eos compar ut ſit, expedit. Sic etiam Pius papa teſtatur ſcripturam,quę dicit,Vbi conſilia multa,ibi ſalus:non conſultorum multitudinem requirere,ſed conſiliorum maturitatem, & digeſtionem:quæ res in paucis facilius reperitur.Et dicit Lucas de Penna in.l.nominationũ.in.2.quęſt. in fi.C.de decurcio.lib.10.quòd ad conſilium eligẽdi ſunt rariores,iuxta illud,Multi ad prælium,pauci ad conſilium.allegat etiam Titum Liuium dicentem,quod ſanctius conſilium ex delectis conſtat uiris: & Roboam perdidit regnũ ſuum,quia potius audiuit iuuenes ſuos conſiliarios, quàm ſapientes. Marti. de Laude poſt Spec. per eum allegatum in tract.de cõſiliarijs principũ not.19. incip. Roboam. Neuizanus inter conſilia Alberti Bruni conſil.12. patres comederunt.col.28.in prin. ubi plura tradit de cõſilio regio.Et ad propoſitum huius limitatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nis lubet non impertinenter referre uerba Augu-
ſtini in.5.de ciuita.dei.c.9.quæ etiam in alio propo
ſito refert Marinus Bercichennus Scodrenſis in col
lectaneis uariarum obſeruationum ad Victorem
cappellam. Teſtantur enim ambo, quòd cùm rex
Athenarum anceps eſſet,quo nomine Athenæ uo-
carentur,apparuit illic repēte oliuæ arbor, ex alio
loco aqua erupit,quę prodigia regem cum mouiſ-
ſent miſit ad Apollinem Delphicū, ſciſcitatū, quid
intelligendum eſſet,quid'ue faciendum.ille reſpon-
dit,quòd olea lucernā ſignificaret, unda Neptunū,
& quòd eſſet in ciuium poteſtate, ex cuius nomine
potius duorum Deorum,quorum ſigna illa eſſent,
ciuitas uocaretur.Iſto Cecrops oraculo accepto,ci-
ues omnes utriuſq; ſexus ( mos enim eis tūc in eiſ-
dem locis erat,ut etiam fœminæ publicis conſulta-
tionibus intereſſent ) ad ferendum ſuffragium con
uocauit. Conſulta igitur multitudine, mares pro
Neptuno,fœminæ pro Minerua tulere ſententias:
& quia una plus eſt inuenta fœminarum,Minerua
uicit.Tūc Neptunus iratus,marinis fluctibus exæ
ſtuātibus terras Athenienſium populatus eſt:quo
niam ſpargere latius quò libet difficile non eſt dæ-
monibus.Cuius Neptuni ut iracundia placaretur,
triplici ſupplicio mulieres ab Athenienſibus affe-
ctæ ſunt: ut ſcilicet nulla ulterius ferrent ſuffragia:
Vt nullus naſcentium maternum nomen accipe-
ret:et,Ne quis eas Atheneas uocaret.Cęlius quoq;
Rhodiginus lib.25.lectionum antiquarum.c.30.te
ſtatur conſilium & prouidentiam eſſe diuinitatis
comites.Et de modo conſulendi nota pulchra uer-
ba



ba Platonis in Theagete,poſt prin. Igitur, inquit,
ego & tu conueniamus: quid nam putemus hoc
eſſe de quo conſultamus, ne ſæpenumero ego qui-
dem aliud illud exiſtimem,tu item aliud,ac deinde
longè diſſentiamus:ridiculi quidem exiſtentes am-
bo,& ego qui do,& tu qui poſtulas conſiliū, cùm
in nullo inuicem conſenſerimus. Hæc Plato ſecun-
dum traductionem Marſilij Ficini. Hactenus de
conſilio dixiſſe ſat eſt: ſi quis enim pleraq; alia de
conſilio,de utilitate boni conſilij,deq; damnis pro-
uenientibus à malo conſilio uidere cupiat, uideat
Patritium lib.5.de repub.tit.6.& lib.6.de inſti.prin
cipis.tit.10. Ludouicum Cælium Rhodiginū lib.
11.lectionum antiquarum.ca.9.Aulum Gellium in
4.Noctium Atticarum cap.5

Cæterùm hanc principalem limitationem ſubli
mita,& declara,ut non procedat, quādo ex forma
ſtatuti,uel aliâs requirens conſilium,teneretur illud
ſequi.tunc enim attenderetur regula, quòd à maio
ri parte conſultorum ſequendum eſſet.Ita expreſſe
ſublimitat Feli.hic Iacobatius Card.ſancti Clemen
tis in dict.tract.de conſilio.lib.6.art.3. col.22. in fin.
uerſic.ad hoc ultimum.&.col.23.in prin.

Item circa hanc limitationem notandum eſt,
quòd etiam ſi iudex teneatur ſequi conſilium:ſi ta- 288
men opiniones conſulentium ſint contrariæ, &
æquales,ut quia duo teneant unam opini. alij duo
aliā,iudex poteſt ſequi quod æquius ſibi uidetur.
Ita Paul.de Caſtro in dict.§.& ſuum. ſequitur Ber
tachinus in dict.tract.de epiſco.in.j.parte libri.iij.in
45.quæſt.in fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secundo puto,quòd hæc limitatio ſublimitari
& declarari poſsit,ut non procedat, quando conſi-
lium petitur ab aliquo collegio doctoreo : quia tũc
illud quod conſulit maior pars collegij,totum col-
legium conſulere uidetur : quia hic non conſidera-
mus,an iudex teneatur ſequi conſilium,uel non:ſed
ſolùm conſideramus,an conſilium debeat dici con-
ſilium collegij adhoc ut habeat prærogatiuas,quas
habent conſilia collegiorum : nam magis ſtandum
eſt conſilio unius collegij , quàm plurium Docto-
rum ſimul iunctorum. Panor.in.ca.prudentiam.in
prin.in.3.not.infrà de off.deleg.Bartholomeus Bo-
log.in rep. Auten.habita.char.14.uerſicu.& de illo
magno dubio.C.ne fi.pro pat.Frã. de Curte ſenior
in conſil.56.ſuper eo quod ab ordine guali.in rep.
l.centurio.col.101.in princ.ff.de uulga.& pup. De-
cius in conſili.615. uiſa inquiſitione.col. 2.in quarta
parte.

289 DECIMOQVARTO principaliter fallit
ſupradicta concluſio,ut non procedat , quando ex
forma ſtatuti requireretur cõſenſus omnium, quia
tale ſtatutum ualet & tenet. gloſ.in uerbo ſingulis.
in.cap.ubi periculum. §. idem quoq; . de elect.in.6.
quã ad hoc ſing.reputat Arch.hic col.2.& ſequun-
tur Feli.hic.col.10.uerſic.duodecimo fallit . Decius
in.j.lect.col.6.uerſic.octauo fallit.Bald.in.c.non po-
teſt.infrà de re iud. Decius in.c.conſtitutus.ij.col.fi.
uerſic.dictum tamen in ſe uerum eſt.infrà de appel
la.Barba. in.cle.ne Romani.col.72.uerſicu.nota ca-
ſum in quo.de elect.in paruo uol.ubi tenet hanc li-
mitationem.Eandem etiam tenet Iacobinus de ſan-
cto



cto.Geor.in dict.§.hodie tamen.in.2. lect.col.j.uer- 290
ſicu.addo uobis.ubi etiam Iaſ.col.4.in.14. limitatio
ne. Bene facit quia difficile eſt plures in unum con-
ſentire.l.ſi unus.§.principaliter.ff.de arb.et in termi
nis capituli uel collegij hoc tradit Decius in.c.j. in
j.not.infrà de poſtula.præla. ubi plura ad hoc alle-
gat.Sic etiã alibi dicimus,quòd ſegnius expediunt 291
cõmiſſa negotia plures glo.allegans ad hoc concor
dantes in.l.3.§. apparet igitur . in uerbo,facilius.ff.
de admi.tut.Contrarium tamẽ,quòd imò non ua-
leat tale ſtatutum,determinat Panor.in.c.j. col.2.in
7.not.infrà de his quæ fiunt à maio. par . cap. ubi
concludit,quòd in uniuerſitatibus eccleſiaſticis non
ualet ſtatutum,nec conſuetudo , quòd duæ partes
ad minus conſentiant.Idem ſequitur Alexã.in con-
ſil.224.in re tam graui & ardua.col.j.uerſic.accedit
etiam quòd reprobatur conſuetudo in.6.parte.De-
cius hic.in.2.lect.col.4.uerſic. & dicta concluſio. cũ
duobus uerſic.ſequen. Mattheus de Afflictis in de-
ciſionibus Neapo.deci.j.prima die.col.2. concordã
do opi.dicit Decius hic in dict.2.lect. quòd aut ſta-
tutũ generaliter requirit in omnibus actibus con-
ſenſum omnium,& non ualet,quia eſſet contra uti
litatẽ eccleſiæ , ex quo negotia eccleſiæ retardaren-
tur,cùm difficile ſit plures in unum conſentire.Aut
uerò ſtatutum ſolùm requirit cõſenſum omnium
in aliquibus actibus, & tunc ſecũdum eum ualebit
tale ſtatutum.idem tenet Decius in.l.aliud.§. refer-
tur.ff.de reg.iur.Sed aduerte,quia cõtra iſtam con-
cordiam tenuit formaliter Alex.in conſi.224.præ-
allegat.in.6.parte.ubi loquitur de ſtatuto capituli,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quòd in aliquo actu gerendo non ſufficiat maior
pars, & concludit tale ſtatutum non ualere. Aliter
autem diſtinguit Oldra.in conſil.259.impugnatur
electio.col.pe.dicens,quòd circa contractus, & alia
quæ ex conuentione legem accipiunt, bene poteſt
capitulum ſtatuere, ut omnes uocentur: ſed circa
materiam electionis & alia quæ concernunt ſtatũ
eccleſiæ non ualet tale ſtatutum. Sed Doct.in dict.
c.j.maximè Pet.de Ancha.col.3. uerſic. quarto per
hanc decretalẽ Imol.col.14.uerſi. ultimo.per iſtum
tex.Ponunt aliam diſtinctionem,quæ magis com-
muniter approbatur.Et cùm hic non ſit locus ſuus
diſputandi de ualiditate ſtatuti aut conſuetudinis
prædictarum,ideo ad ibi dicta pro Doct.me remit
to.Et ad præmiſſa diligenter conſiderandum eſt,
nam quicquid ſit in uniuerſitatibus ſecularibus,ta-
men in uniuerſitatibus eccleſiaſticis alia ratione ui-
detur ſtatutum non ualere, quia licet inferiores ec-
cleſiæ poſsint inducere conſuetudinem contra con-
ſtitutionem poſitiuam ſuperioris, non tamen poſ-
ſunt condere ſtatutum.c. quod ſuper his.&.c. cum
inferior.infrà,de maior. & ob. dixi ſuprà in.j.not.
& ita in alio propoſito formaliter arguit Maria.So
ci.in tract.de cita.art.5. in.15. quæſt. in.7. limita.ad
regulam ibi poſitam.& ante eum hoc argumentũ
fecit Albe.de Roza.in.j.parte ſtat.quæſt.143.quęrit
etiam ſtatutum.Retenta tamen hac limitatione am
plia illam,ut procedat etiam ſi ſtatutum non dicat,
quòd omnes de capitulo debeant conſentire, ſed ſo
lùm dicat,quòd actus debeat fieri concorditer ſecũ
dum Anch.hic.col.2.declarando tamen ut per Bal.
in dict.



in.d.c.nõ poteſt.de re iud.et Barb. in.d.cle.ne Rom.
col.72.Dec.in.d.l.aliud. §.refertur.ff.de reg.iu.Ale.
in cõſi.124.in cauſa & lite.col.j.&.2.in.2.parte.& in
cõſil.48.in cauſa uertẽte.col.j.uerſ.nõ obſtat etiã. &
col.ſequẽ.in.7.parte.de quo tamẽ pro nũc aliter nõ
diſcutio. Vide etiã quę de uerbo cõcorditer,& alijs
uerbis idẽ importantibus dixi in. c.cum eccleſia ſu
trina in.2.not.infrà,de cau.poſ.& proprieta.

DECIMOQVINTO principaliter limita-
tur ſupradicta cõcluſio, & declaratur ut procedat, 292
dũmodò maior pars ſit etiam ſanior:aliâs non ſuf-
ficit maior pars reſpectu, ſed requiritur, quòd
etiã ſit ſanior.d.c.j.ibi,à maiori & ſaniori parte in-
frà,de his quę fiũt à maio.par.c.cũ ſimil.ut per Feli.
hic.col.10.uer.decimo tertio & ultimo fallit. Deciũ
in.2.lect.col.5.uer.ultimo notãdũ eſt.Iacoba. Card.
ſancti Clem.in.d.tract. de cõcilio.lib.6.arti.3.col.7.
uer.interdũ ſentẽtiæ.& uerſ.& per hoc patet.ubi al
legat Chryſoſt.arguentẽ Iudæos,qui cõuenerãt,ut
multitudine uincerẽt,quẽ ratione ſuperare nõ pote
rãt.Hãc etiã limitationẽ tenet ibi.col.15.uerſi. quod
autẽ in electionibus.& tribus.col.ſequẽ.Bal.in con
ſil.318.ponitur quòd electio.in.3.parte ſecũdũ nouã
impreſsionẽ.Pan.in.c.licet uitãda.col.3.uer.nota er-
go regulã.infrà,de elect.& dicit Bar.Bolo.in repet.
Aut.habit.char.10.in prin.C. ne filius pro pa.quòd
licet illud, quod facit maior pars, omnes facere ui-
deãtur:tamẽ fallit, quãdo minor pars eſſent docto-
res.Et dicit Lucas de Pẽna in.l.ſi quid extra ordinẽ.
in.fi.C.de exc.artificũ,li.10.et in.l.nominationũ.in 2.
q.in fi.C.de dec.codẽ li.10. ꝙ ad faciẽdũ iudiciũ ma-

 ioris

Universidad de Deusto Biblioteca

ioris partis nõ tãti attenditur numerus perſonarũ,
293 quàm quantitas uirorum, ditiores enim & optimi in talibus præferuntur, allegat tex.in.l.2.uerſic.maximè ditiorum.C.de præd.curia.l.10.& in.l.magiſtros.in uerbo optimorum conſenſu conſpirante. C.de profeſſo.& medi.eodem lib.10. Et inquit Hiero.in epiſtolis: In patria mea qui ditior eſt, ille ſanctior eſt. Dicitur etiam factũ à ſaniori parte quod fit à probatiſsimis.l reddatur.ibi, qui à probatiſsimis approbati.C.illo.tit.de profeſſo.& medi. Verũ ſanior pars in uniuerſitatibus eccleſiaſticis aliter cõſideratur: ut tradit Decius hic in dicta ſecunda le-
294 ctura. Et ut ſciatur quæ ſit ſanior pars in uniuerſitate, non debent dari uoces per lupinos. Panor.in.ca. eccleſia ueſtra.ultimo.col.2.infrà, de elect. quia dando uoces per lupinos non poteſt apparere quæ ſit ſanior pars. Alex. in conſil. 192. perſpecta facti narratione.col.3.uerſicu.nec prædictis uidetur obſtare in.6.parte. Decius in ca. licet de uitanda. col.5.in.9. not.infrà, de elect. faciunt uerba. Plinij & Patritij, quæ retuli ſuprà, in.13.limitatione.

Sublimita nunc, & declara hanc limitationem, ut procedat in uniuerſitatibus eccleſiaſticis: ſecus in uniuerſitatibus prophanis, in quibus licet qualitas perſonarum aliquando conſideretur, ut probant iura ciuilia præallegata, tamen regulariter ſufficit maioritas numeri & illa attenditur, ut Decius hic tenet poſt Alexandrum per eum allegatum. Idem etiã tenuit Feli.hic.col.11.uer.primus eſt.ultrà quos addo, quòd idẽ tenuit Præpoſitus in.c.in canonicis 19.diſt.Iacobinus de ſanct.Geor.in.dict.l.maiorem. in utraq;



in utraque lectura.ff.de pact.Iacobatius Cardi.ſancti Clementis in dicto tract.de concilio.lib.6. artic. 3.col.15.uerſi.quod autem in electionibus.& tribus col.ſequen.ubi etiam plura alia tradit ad hanc x v. limitationem pertinẽtia. Et licet hæc limitatio procedat in uniuerſitatibus eccleſiaſticis, ut ſuprà dictũ eſt: tamen Alb.in authen.hoc ius porrectum.col.2. uerſic.uidi tamen communiter obſeruari.C. de ſac. ſanct.eccleſ. teſtatur ſe uidiſſe communiter obſeruari, quòd quo ad alienationes rerum eccleſiæ in caſibus per illam authen.permiſsis, ſufficit maior pars reſpectu numeri: licet in electionibus requiratur maior & ſanior pars.

Secundò ſublimita ut non procedat in electione 295
Papæ, in qua ſolùm iura requirũt maioritatem, & non ſanioritatem, ut inquit Gemin.in dicto.c. Nicena.& Feli.hic, col.11.uerſi.ſecundus caſus.

Vltimò pro declaratione huius x v. limitationis ſciendum eſt quòd in dubio maior pars præſumitur etiam ſanior, niſi aliud appareat, ut tradit Imol.poſt Anto.de Butri.ibi in.c.ea noſcitur.col.4. uerſi. in gloſ.maioris.infrà, de his quæ fiunt à præla. ſine conſen.capitu.

DECIMOSEXTO fallit ut non procedat, 296
quãdo capitulum uellet committere uices ſuas aliquibus de capitulo ad certum actum peragẽdum. Feli.hic, col.10.in fi.uerſic. decimoquartò fallit. Decius hic in.1.lectu.col.5.uerſic.quartò fallit.Iaſ. in dicto.§. hodie tamen.col.3.in.8. limitatione. & col.4. in xv. limitatione.Panor.in.c.in cauſis.per illũ tex. in.4.notabi.infrà, de elect.Berthachinus in tract. de

B 5 epiſco.

Universidad de Deusto Biblioteca



epiſcop.in prima parte libri tertij.in.53.quæſt.Contrarium tamen tenet Decius in.c. conſtitutus.2.in tertio notab.infrà,de appella.tamen opin.communis eſt ſecundum hanc limitationem, ut firmat Panor.in dicto.c.in cauſis. & fundatur optima ratione: quia cùm quilibet de collegio habeat per ſe ius dandi uocem,uel peragendi actum qui agendus eſt in collegio,nõ uidetur quòd maior pars in uita minori parte poſsit transferre ius dandi uocem,uel actus peragẽdi, quod competebat minori parti, per ea quæ dicta ſunt ſuprà in.12.limitatione.

Nec obſtat argumentum Decij in dicto.c. conſtitutus.dum arguit, quòd ſi maior pars elegiſſet, præualeret electio facta à maiori parte: Ergo idem uidetur eſſe in compromiſſo de eligendo.Nam pace ipſius dixero,iſtud argumentũ nihil ualet, quando enim maior pars eligit,non præiudicat iuri minoris partis, quominus minor pars poſsit eligere, & dare uocem:ſed quãdo maior pars transfert poteſtatem eligendi in aliquos de capitulo,ſi hoc poſſet facere,certè prçiudicaret iuri minoris partis, quę non poſſet dare uocem in electione: & ideo diuerſa ratio eſt in uno caſu quàm in alio.

Et retenta hac limitatione, amplia illam ut per Bertachinum in dicto tractatu, de epiſco. in prima parte libri.3.in.53.quæſt.An autem requiratur conſenſus omnium in ratificatione actus geſti per eos quibus totum capitulum uel uniuerſitas commiſit uices ſuas,uide Albericum de Roſate,in prima parte ſtatutorum,quæſtione ſeptuageſimaſecunda.inſuper quæro.

DECIMO



296 DECIMOSEPTIMO limitatur ſupradicta concluſio,ut non procedat in his, quæ cõtinent delictum: tunc enim maior pars etiam in actibus collegialibus non præiudicaret minori. Ad hoc eſt textus in.l.prima.in principio.ff.de magiſtr. conuenien.ubi Albericus & Baldus per illum textũ plura inferunt ad hoc propoſitum.Iaſon.poſt alios per eum allegatos in dicto.§.hodie tamen.col.tertia.in tertia & nona limitationib. & ibi Iacob. de ſancto Georgio,in prima lectu. Alber.in dicta.l. aliud eſt. §.refertur. Oldrad.in conſilio.315.circa iſtud propoſitum ad finem. Vlda.Zazius in adnotationibus ad titu.ff.quod cuiuſque uniuerſ.circa finem. idem eſt ſi uniuerſitas ſe immiſceret actui ad ſe non pertinenti,quia ſoli præſentes tenebuntur,ut tradit Baldus in dicta.l.per fundum.per tex.in dicta.l.prima. in principio.ff.de magiſt.conuenien. Barba.hic col. 14.uerſicu.adde eundem Baldum in dicta.l.per fundum.idem tenet Iaſ.in dicto.§.hodie tamen.col. tertia.in quarta limitatio.& ibi etiã Fulgo. idem Baldus in dicta.l.prima.de magiſtr.conuenien. Barba. in cõſi.7.clementiſsimi dei.col.2.& col.fi.in.1.parte.

297 Et ex hac principali limitatione infertur,quòd licet ciuitate mutuãte ad uſuras ſinguli ſint uſurarij, & teneãtur ad reſtitutionẽ.tñ hoc in illis,qui poterãt prohibere,& nõ faciũt,et qui in mẽte hoc gratũ habẽt:ſecus in alijs,qui erãt ignorãtes.Hoſt.in ſum. tit.de pœni.& remiſ.arti.quibus,qualiter,& inquãtum facienda eſt reſtitutio.§.quid de uſurarijs. uerſic.quid de ciuitatibus uel collegijs.Ioan.de Ana.in c. ſuper eo.in fine.infrà,de uſur. Sed aduerte, quia

hæc

Universidad de Deusto Biblioteca



hæc limitatio non uidetur continere nouam ſpecialitatem, ex quo ſupra in. 12. limitatione generaliter concluſum eſt, quòd in actu, per quem ſinguli obligantur, maior pars non præiudicat minori, niſi forte dicas, quòd hæc limitatio habeat locum etiam in caſibus, in quibus ſuprà dixi nō habere locum. 12. limitationem.

298 Retenta tamen hac limitatione, ſublimita eam, ut non procedat quo ad pœnam interdicti, impoſitam prò delicto uniuerſitatis: quia illam incurrant etiam abſentes aut qui contradixerunt. Hanc opin. Alb. poſt do. Nico. de Cremona in rub. C. ne filius pro patre. dicit eſſe tutiorem, ne uileſcat ſentētia interdicti: licet in puncto iuris contraria opin. ſit uerior. Hanc etiam ſublimitationem tenent Geminianus, Pet. de Ancha. & Philip. Franc. in. c. ſi ſentētia. §. cæterùm. per illum text. de ſentē. excommu. in. 6. Et non eſt mirum, quia talis pœna interdicti eſt minor quàm excommunicatio minor. Frede. de Senis in conſi. 147. quidam de ciuitate. poſt princ.

Secundò ſublimita hanc limitationem, & declara, ut procedat reſpectu abſentium, uel eorum qui expreſsè contradixerunt: non autem procedit reſpectu eorum, qui tacuerūt, cùm eſſent in concilio uniuerſitatis, uel capituli: tales enim puniūtur, cùm hoc caſu taciturnitas habeatur pro cōſenſu Io. de Ana. poſt Inno. & Anto. de But. per eum allegatos, in. c. ueniens. in pen. not. & plenius in. c. dilectus. ſecūda col. 3. uerſi. in gloſ. officialibus infrà, de ſimo. Panormi. in. c. 1. col. 2. uerſi. & cadit hæc quæſtio. infrà, de his quæ fiunt à maior. par. cap. & clarius in. c. gratum.



tum. in. 5. notabili. infrà, de poſtul. præla. ubi etiam Barba. col. 2. uerſi. noto ibi, ad alios. licet pauciores. Gemi. in. c. ſicut. circa fi. de elect. in. 6. Feli. c. nōne benè dicimus. col. 3. uerſicu. fallit tertiò. infrà, de præſumpt. Plus dixit Ioan. And. in. c. aduerſus. uerſicu. quid igitur ſi nouus rector. infrà, de immuni. eccle. quem refert & ſequitur Ioan. de Ana. in dicto. c. ueniens. quòd licet rector alicuius uniuerſitatis operā det quantumcunq; poſsit, ut non fiat aliquid illicitum, uel factum emēdetur, ſed uniuerſitate reſiſtente non potuit obtinere quod intendebat, propter hoc nō excuſatur, niſi omnino relinquat regimen: nec hoc caſu de iure timeat perdere ſalarium: quia cùm uniuerſitas ſit in culpa, & non ſtet per ipſum, nihilominus tenetur ad ſalarium.

Tertiò ſublimita, & declara, ut procedat, quādo poteſt apparere qui ſunt illi, qui deliquerunt: ſed ſi nō poteſt apparere quis deliquerit, ut quia fuit poſitus partitus ad fabas albas & nigras, tunc omnes punientur, ne delictum remaneat impunitum. Ioā. de Ana. poſt Bart. per eum allegatum in dicto. c. dilectus. 2. col. 5. in fi. circa fi. ſecūdæ principalis quæſtionis, infrà, de ſimo.

Et notādum eſt, quòd ad hoc ut uniuerſitas, uel 299
communitas obligetur ex delicto, requiritur quòd fuerit ſolenniter cōgregata, & cōuocata, quòd præceſſerit propoſitio & factum ſuper ipſa conſilium & deliberatio ſubſecuta, aliâs non dicitur uniuerſitas hoc facere, ſed ſinguli de uniuerſitate. l. ſemper. §. 2. ff. quod ui aut clam. Bartolus in. l. aut facta. §. finali. ff. de pœnis, cum ſimilibus. ut tradit Corne. in con

Universidad de Deusto
Biblioteca



in conſi.224.conſiderata forma inquiſitionis. col.4.
uerſicu.ad hoc autem ut uniuerſitas.in quarta par-
te.Franciſ.de Curte ſenior in conſil.20. ſæpenume-
ro.col.20.uerſic.ſecundo ſi infra menſem.& in con
ſilio.21.deus æterne.col.quarta.uerſicu.primus mo
dus.Franciſ.de Curte iunior in conſilio.174. in cau
ſa uertente.col.fina. in principio. & in conſilio.185.
quod eſt ultimum in ordine.incipit,poſt redditum
conſilium.in fi.Hierony. de Tortis,in quodam ſuo
conſilio inſerto poſt conſilia Anto.de But.col.ſecũ-
da.in princip.uerſicu. ſed uideamus an dictæ qua-
litates.Oldra.in conſilio.315.præallega.col.Ioan.de
Ana.in dicto.c.dilectus.col.6.in tertia quæſtio. Pa-
normi.in dicto.c. gratum.in.5.notab.infrà, de po-
ſtul.prælat.Ange.conſi.165.cùm multitudo.

Limita hoc ultimum non procedere in caſu quẽ
tradit Decius poſt Pet.de Ancha.per eum allegatũ
in conſil.486.uiſis & conſideratis.in fi.in.2.partic.3.
partis. ubi dicit, quòd in caſu qui habet tractum
ſucceſsiuum uniuerſitas obligatur ex contractu &
in delictis.hoc tradit Felin.hic,col.15.in ſexta decla-
ratione. Albertus Brunus in conſil.28. nobilis do-
minus.col.2.in fine.

Verùm contra hanc Decij opin.bene facit quod
tradit Corn. in conſil.148. uiſo quodam protocol-
lo.col.fi.uerſic.ad hoc enim.in prima parte. ubi lo-
quitur,in præſcriptione iuris ligandi uel depaſcen-
di, quæ habet tractum ſucceſsiuum. & concludit,
quòd ex actibus factis per ſingulos de uniuerſitate
non inducitur præſcriptio,niſi ſint geſti ab uniuer-
ſitate ſolenniter congregata, ut ſuprà dictum eſt.
Idem



Idem & clarius tenet Corn. in conſil.63.& ſi in hac
conſultatione. per totum.in.4.parte. in conſilio.46.
in cauſa.per totum.in tertia parte.idem etiam tenet
Bald.in conſil.373.præmittendum eſt ad euidentiã.
in tertia parte ſecundum antiquam impreſsionem.

Saluari poteſt opi.Decij in duobus caſibus.Pri-
mus caſus eſt,quando delictum conſtitit in non fa-
ciendo,& ita propriè loquitur Petrus de Ancha.in
conſi.158.ex narratis in facto.col.4. quem corruptè
allegat Decius in loco præallegato. & ita etiam lo-
quitur Felinus hic,colum.15.in ſexta declaratione.

Secundus caſus eſt,ubi agitur de retinenda poſ-
ſeſsione iam quæſita uniuerſitati.Paul.de Caſt.in.l.
ſicut.§.ſi quid uniuerſitati.ff.quod cuiuſq; uniuerſ.
nom.ibi,ita ſaluat gloſ.ibi,& ſequitur Corn.in con
ſil.63.præallega.col.ſecunda.uerſicu. ſubdit tamen.
in quarta parte.Stephanus Bertrandi in conſil.42.
ex libello.col.penult.uerſicu.præmiſsis non obſtat.
in ſecunda parte cõſiliorum ſecundæ impreſsionis.
Addo idem ubi agitur de acquirenda quaſi poſſeſ-
ſione,in caſu quem ponit Pet.Iacobi in titu. de fur-
no.col.tertia.ubi dicit,quòd ad hoc ut habens fur-
num acquirat quaſi poſſeſsionem prohibendi inco
lis ne eorum panem decoquant in alio furno,ſuffi-
cit maiorem partem eſſe prohibitam dummodo
omnes obtemperẽt.Idem ſequitur Nico.Boheri in
prima parte deciſionũ,quæſt.125. quidã dominus.

Inſuper opin. Decij generaliter ſaluari poſſet ex
mẽte Alciati in.d.l.ciuitas. Alberti Bru.in cõſi.28.
præallega.& aliorum Doct.ubi ageretur de ratifi-
catione actus geſti nomine uniuerſitatis,licet in eo
gerendo

Universidad de Deusto Biblioteca

gerendo non fuerit uniuerſitas congregata ſolenniter, aut actus fuiſſet geſtus per ſyndicum non habẽtem ſufficientem poteſtatem: ſi tamen poſteri ſinguli de uniuerſitate longo tempore contineant in obſeruatione actus taliter geſti: licet hoc non faciant collegialiter, & conuocato conſilio ſecũdum formã prædictam, nihilominus uidetur communitas ratificare actum, priui nomine ſuo geſtum, dũ modo conſtet actum, de cuius ratificatione agitur, fuiſſe geſtum nomine communitatis.

Moueor primò, ex eo quod tradit Spec. in tit. de ſyndico. uerſic. ſed pone quòd uniuerſitas. ubi loquitur in ſyndico non legitimè conſtituto ab uniuerſitate: & cõcludit, quòd ſi uniuerſitas ſoluit expenſas per eum factas, uidetur ratificare acta per eũ geſta. Plura ad hoc allegat idẽ Decius in conſi. 262. in cauſa magnifici. col. 2. uerſi. accedit ulterius. in. 2. parte. Alex. in conſil. 127. uiſo inſtrumento. col. j. in 5. parte. idem Decius in prælleg. conſil. 486. ante fi.

Secundò moueor ex deciſione quæ uidetur formalis. Panor. in conſil. 18. in cauſa & quæſtione, col. pen. uerſic. tertiò dixi. in. 2. parte.

Tertiò moueor ex deciſione Hieronymi de Tortis in conſil. præalleg. qui hoc formaliter in terminis noſtris determinat, dicens, quòd ad hoc ut ſecuto cõſenſu per modum ratificationis uniuerſitas teneatur, oportet ipſum maleficium fuiſſe commiſſum nomine uniuerſitatis, aliâs ex ipſa ratificatione non teneretur. Et ſecundum hanc ultimam ſaluationem non obſtabunt quæ ſuprà in contrarium allegata ſunt de præſcriptione iuris depoſcendi ſeu
ligandi



lignãdi: quia licet particulares homines ciuitatis cõſueuerunt accedere ad nemus cauſa lignãdi, & ibi depaſci facere eorum animalia, non tamen per hoc apparet, quòd hoc fecerint nomine communitatis, ſed præſumitur, quòd hoc fecerunt nomine proprio: & ideo per tales actus continuatos non poteſt cenſeri uniuerſitatem ratum habuiſſe quod nõ apparet eius nomine factum fuiſſe. Et ad hoc faciunt uerba Hiero. de Tortis ſuprà, recitata.

An autem ſtatutũ minoris partis ualeat in præ- 199
iudicium ſtatuentium, uide Alb. in dict. l. nulli. col. fin. uerſicu. Item ſi minor pars. ff. quod cuiuſq; uniuer. no.

DECIMO OCTAVO fallit, ut non proce- 200
dat in electione ſummi pontificis, in qua non ſufficit maior pars, ſed debet eligi à duabus partibus. c. licet de uitanda. & ibi Decius. col. 4. in. 8. not. infrà, de elect.

DECIMO NONO fallit, ut non procedat, 201
quando maior pars propter delictum ſuum eſſet priuata poteſtate eligendi, ſeu actum alium gerẽdi: quia tunc poteſtas totius capituli, uel uniuerſitatis, reſidet in minori parte non priuata, ut tradit Panor. in. c. j. in. 2. col. uerſic. in glo. in uerbo, rationabiliter. infrà, de his quæ fiunt à ma. part. cap. & clarius in. c. gratum. in. 4. not. infrà, de poſtul. prælato. ubi Barba. col. 2. uerſi. noto. ibi, ad alios licet paucio res. per illum text. qui hoc probat. idem tradit Panor. in. c. congregato. in. 5. no. infrà, de elect.

VIGESIMO pro limitatione nota id quod dicit Bal. in conſil. 80. punctus ſuper quo conſilium

Universidad de Deusto Biblioteca

petitur.aliâs incipit,conſiderare debemus. ad fin.in 2.parte ſecūdum antiquam impreſsionem. aliâs eſt in conſil.85.in.4.parte,ubi cōcludit,quòd ſi omnes de uilla,excepto uno,uolunt acquirere nouum domicilium in alia uilla,uel in alio caſtro, & unus ſolus uult remanere in uilla,& domicilio ueteri, plus ualet uox ſua in cōtradicendo pro ſe,quàm omniū aliorum cōtra ſe:quia domicilium facto & animo proprio non animo alterius conſtituitur.l.nō utiq; et.l.domicilium.ff.ad municip.unde ſi tota colonia transfert ſe ad aliam,uno ſolo remanente. ille non ſequitur coloniam ad quam alij ſe tranſtulerunt. Et pro hac limitatione faciunt quæ dixi ſuprà in XII. limitatione: & hanc limitationem tenet idem Bal.in conſil.128.punctus quidam homines eadem 2.parte ſecundum antiquàm impreſsionem, aliâs eſt,in conſil.462.in.4.parte.

203 VIGESIMO PRIMO & ultimo pro limitatione notandum eſt,quòd ad faciendum maiorem partem,non ſufficit computare maiorem partem,habita conſideratione minorum partiū.Exemplum,ſi uota collegij,in quo erant treſdecim numero,ſunt diuiſa in tres partes,ſeu opiniones,quatuor ex illis eligunt Titium,quatuor alij nominant Caium,& quinq; eligunt Sempronium:licet Sempronius habeat maiorem partem,reſpectu aliarū duarum partium,ex quo nulla aliarum partium habet tot electores: quia tamen Sempronius maiorem partem capituli uel eligentium non habet, ideo ſua electio non ualet,ut eſt,tex.in.c.eccleſia ueſtra.j.ubi Panor.& Doct.infrà,de elect. Decius in dict.c.licet





de euitanda.col.5.in.9.not.& ibi Panor.col.fi.uerſi. in glo.in uerbo,ſpeciale.ibi,de quo tamen dicendū eſt ut per Doct.in.dict.c.eccleſia ueſtra.j.Hāc etiam limitationem tenet Nicolaus Boherius in.j.parte deciſionum ſuarum quæſt. 111. incipien.canonici in numero.Ang.in conſil.45.uacāte abbatiſſa.Bertachinus in tract. de epiſcopo in.j. parte libri tertij. quæſt.43.

Sublimita hanc limitationem, ut non procedat in actibus explicandis per plures ut ſingulos in caſibus in quibus maior pars præiudicat minori: quia in illis ſuficit maior pars,habita cōſideratione ad alias partes,licet non ſit maior pars omnium ita generaliter ſublimitat Panor.in.c. quoniam.col.fi. uerſic.quæro extra glo.infrà, de iure patro.ubi refert Io.And.loquentē in iure patronatus pertinente ad plures, & dicentem, quòd ſi ius patronatus pertinet ad plures iure collegij, & tunc debet eſſe maior pars totius collegij. Aut uerò ius patronatus pertinet ad plures ut ſingulos, & tunc ſufficit maior pars reſpectu aliarum partium. Barba. hic, col.17.in fi.uerſic.adde eundem dominum Abbatem &.col.ſequen.dicit,quòd Panor.in dict.c.quoniam de hoc dicto Io.And.dubitauit,& tandem tenet contrarium.

Tu aduerte primò,quia Panor.in dict.c. quoniā non dubitat de dicto Io.And.quo ad hoc, quòd in iure patronatus pertinente pluribus & ſingulis ſuficiat maior pars,reſpectu aliarū partium, ſed quo ad hoc,quòd Io.And.dicebat,quòd patrini habentes præſentare ut ſinguli non ſunt neceſſariò uocan

Universidad de Deusto
Biblioteca



di:nam Panor. ibi tenet contrarium per rationes
quas allegat,Et ad hanc opin.Panor.tendunt argu-
menta Barba.hic.

Secundò aduerte, quia licet Barba. hic uideatur
tenere quòd in tali iure patronatus nõ ſufficiat ma
ior pars reſpectu aliarum partium,tamen opi. Ioã.
And.quo ad hoc uidetur eſſe cõmunis: nam quic-
quid dicat Barba.hic,Panor.in.d.c.quoniam. ſequi
tur hanc opin.eandem etiam opin. ſequuntur Fre-
deri.de Senis in conſi.147.quidam de ciuitate. in fi.
Nicolaus Boherius,deci.111.præalleg.in.1.parte.Be
ne tamen uerum eſt, quòd in contrarium obſtant,
quæ dixi in prima cõcluſione,collecta ex hac quar
ta parte huius gloſ. in.2. ſublimitatione ad ſextam
principalem limitationem. Cogita circa hæc, quia
nõ expedit diutius in hac materia immorari.Et per
hæc ſit expedita tota hæc ſecunda Concluſio,colle-
cta ex quarta parte huius gloſ.

TERTIA cõcluſio colligitur ex hac parte gl.
ibi,dum tamen alij abſentes uocẽtur.Et dicunt Do
cto ſuper ea, quòd in his quæ pertinent ad plures,
& uniuerſos,abſentes uocãdi ſunt,ut hic per Doct.
& ita limitatur tex.l.qui poteſt inuitis.ff.de reg. iu-
204 ris. quæ habet, quòd illud quod poſſet fieri inuita
parte præſente,poſsit fieri etiam ipſa abſente & nõ
uocata: quia hoc non procedit in actibus capituli,
uel collegij, in quibus ualet quod fit à maiori par-
te,licet minor pars contradicat,& tamen omnes ci-
tari debent.Decius in dicta.l.qui poteſt inuitis.Bar.
in.l.nulli.in fin.ff.quod cuiuſque uniuer.no. Et no-
tandum eſt,quòd inepta uocatio eorum de uniuer-





ſitate non nocet,ſi ex ea ſe congregant in numero
ſufficienti. Calde.in conſil.11.an ſi maior pars.in tit.
de iure patro.Hippolytus de Marſi in.l.de unoquo
que nu.58.ff. de re iud. quod procedit etiã ſi nullo
modo eſſent uocati,ut tradit Alb.in.d.l nulli.col.3.
uerſic.quid ſi uniuerſitas ſpõte.& ibi Bal.col.2.uer.
in gloſſ.due. Et ita ampliatur quod dicunt Bart.&
Paul.de Caſtro in.l.uniuerſis.C.de præcib.Impera.
offeren.Io.Crotus in rep.l.omnes populi.col.9.uer.
prima concluſio.& ibi Ioã.Baptiſta de Cacia lupis
col.13.in fi.& ſeq.in prin.ff.de iuſt.& iure. cùm di-
cũt,quòd ſi ex forma ſtatuti uniuerſitas debet con-
gregari cum certa ſolẽnitate, & non appareat fuiſ-
ſe obſeruatam ſolemnitatem,nihilominus ualebũt
geſta per uniuerſitatem ſic congregatam.Et ideo ſi
ſtatutum dicat, quòd ſcholares pro electione noui
rectoris debeant congregari ad iuſſum uel manda-
tum ueteris rectoris,ualebit electio facta per ſchola
res, licet non fuerint congregati ad iuſſum ueteris
rectoris:quod etiam firmauit Ang.in conſil.45. uo
cante abbatiſſa.in fi.nam hoc procedit non ſolùm ſi
omnes uocandi cõpareant in congregatione, quo
caſu defectus citationis procul dubio per compa-
ritionem purgaretur:ſed etiam ſi omnes non com-
pareant dummodo cõpareant in numero ſufficien
ti.Fatendum tamen eſt,quòd illi qui non cõparent
poſſent proſequi contemptum tanquàm non debi
tè citati, ut tradit Calde.in conſil.11.pręalle.in fi.tit.
de iure patron. tertius autem non poſſet proſequi
hunc contemptum.Frede.de Senis conſil.227.ſi po
tero ad fi.Et ad prædicta uide quæ in alio propoſi-

Universidad de Deusto Biblioteca



to tradit Decius hic in prima lectura, col. 7. uerſicul. & ultra ea.

Et iſta concluſio de plano procedit quo ad illos,
205 qui ſunt abſentes à collegio, uel capitulo: quia illi ſiue dubio debent neceſſario uocari ſi ſunt in ciuitate, ex quo habentur pro præſentibus: nam Abſens pluribus modis quis dicitur, ut Decius hic tradit col. 6. uerſicu. 3. concluſio. ultra quem addo Corne. in conſil. 36. in hac conſultatione. col. 3. uerſicu. non autem aperit ille tex. &. col. ſeq. in. 2. parte Sali. in. l. pe. C. de eman. lib. Maria Socy. in tract. de cita. art. 17. col. 5. circa fi. uerſic. ſed circa hęc oritur dubium. Fran. Balbus in. j. parte. 4. partis tract. proſcript. in 2. quæſt. per totam. Alex. in. l. 2. §. uoluntatem. col. 3. ff. ſol. mat. dixi ſupra in. 2. not.

Sed maior dubitatio eſt, quid de illis, qui ſunt abſentes à ciuitate, an illi ſint neceſſario uocandi? In quo fuerunt diuerſæ opiniones: nã gloſ. hic probat indiſtinctè, quòd tales uocandi ſunt, dum allegat. c. quod ſicut. infrà de elect. quod loquitur in abſentibus qui ſunt extra locum: & concludit quòd uocari debuerunt ſi hoc ſine ſcandalo fieri potuit. Hanc opi. tenuit Bertach. in tract. de epiſco. in. 3. parte lib. primi in. 7. quæſt. Are. hic. col. fin. Alia fuit opi. glo. in. c. præſentium in uerbo, ipſorum. de teſtib. in. 6. quæ ponit regulam, quòd abſentes regulariter non ſint uocandi prætérquàm in tribus caſibus ibi poſitis. Et hanc opi. tenet Corn. dicens eam eſſe communem, in conſili. 181. uiſis nonnullis. colũ. 8. uerſicul. nec etiam obſtat. dominus de Ripa dicens pariter iſtam eſſe communem libro ſecundo reſpon



ſpon. cap. 21. & addit, quòd ſi teneamus primam opinio. illa ſolùm procederet, quãdo abſentes commodè uocari poſſent, ut quia ſunt in loco propinquo: ſecus ſi eſſent abſentes in remotis partibus, ut ibi per eum. facit text. quem ibi ad hoc ponderant Archi. & Pet. de Ancha. in tertio not. in capit. cum eccleſijs. ibi, ſi cõmodè fieri ualeat. de præbend. in ſexto. Idem quod dominus de Ripa quo ad illos, qui commodè uocari non poſſunt, tenuit Bertachinus in dict. tracta. de epiſco. in tertia parte libri primi, in. 7. quæſt. Ideo ſi ſunt abſentes extra prouinciam, non ſunt neceſſariò uocandi, ſecũdum Doct. prærallegat. & tradit Bald. & Imol. in cap. humilis ſecundò infrà, de maio. & obed. tradit Feli. hic. col. 12. in fin. uerſicu. ſecundo declara dictas opini. Inno & Ioannes Andreas in cap. 2. infrà, de ope. no. nuntia. Anto. de But. in cap. aram. in fin. infrà, de elect. puto eſſe arbitrarium an abſentes poſsint commodè uocari ut tenet do. de Ripa in dict. cap. 21. & tradit Bal. in cap. cum inter. lo. ij. infrà de elect. Anton. de Butr. in cap. quod ſicut. col. 2. in fin. in. j. not. infrà illo titu. & in arbitrando inſpici debet qualitas actus gerendi, ut loquitur Aretius hic. Breuiter ego ſequor opinionem gloſſę in dicto capitulo præſentium, à qua non uidetur diſcrepare gloſſa hic, ſi bene intelligatur: & ideo breuiter in iſta materia procedendo facio regulam & concluſionem generalem, quòd in actibus collegij, uel uni- 206
uerſitatis regulariter abſentes non ſunt uocandi: & ſecundum hanc regulam eſt communis concluſio, ut ſupra dictum eſt: & hanc concluſionem tenet

Universidad de Deusto Biblioteca



Maria Socynus in tractatu de cita. articulo. 5. in
15. quæſtione. Calderinus in conſilio. 4. an ſi duæ
partes. in titulo de his quæ fiunt à præla. Decius
hic in lect. prima.

207 Limita hanc regulam, ut non procedat in actu
electionis, ſecūdum glo. in dict. c. præſentium. cum
ſimil. ut tradit Maria Socy. in dicto tractat. de cita.
art. 5. in. 15. quæſt. in. j. limitatione ad hanc regulam.
Et iſta uidetur eſſe opi. glo. hic, ſi intelligatur ſecun-
dum iura quæ allegat, licet Docto. putauerint has
opi. contrarias, & malè: quia glo. debet intelligi ſe-
cundum iura quæ allegat: & cùm alleget iura quæ
loquuntur in electionibus, ideo in illis intelligi de-
bet. Et licet iſto caſu abſentes citandi ſint, tamen ele-
ctio facta illis non uocatis non eſt ipſo iure nulla,
dummodo ſit facta à maiori parte capituli, ut dixi
in. 7. limitatione ad ſecundam concluſionem colle-
ctam ex quarta parte gloſſ. & dixi ſupra in. 3. con-
cluſione in prin.

208 An autem hæc limitatio procedat in electione
fienda par uniuerſitatem ſecularem, uide Maria So
cy. in dict. tract. de cita. art. 5. in. 15. quæſt. ad fi. argu
entem, quòd ſic, ex quo de iure canonico ita ſtatutū
eſt, & ius ciuile contrarium non determinauit. ar-
gument. cap. j. infrà, de ope. no. nuntia. & eorum
quæ dixi ſuprà, in rub. quod tamen pro nunc ali-
ter non firmo.

209 Item an abſentes qui ſciunt uacationem eccleſiæ
in actu electionis ſint uocandi, uide gloſ. & Docto.
in. c. cùm inter uniuerſas. de elect.

Sublimita nunc hanc limitationem, & declara,
ut



ut non procedat in electionibus quæ poſſunt reuo-
cari ad libitum, ut ſunt electiones Oeconomi, uel
Guardiani. ita Bald. hic, col. 3. in fi. Feli. col. 11. uerſic.
prima fuit opinio.

Et notandum eſt, quòd licet abſens poſſit dele- 210
gare uocem ſuam alijs de capitulo. c. ſcriptū. de ele-
ctio. nō tamen poteſt illam per literas dare. c. ſi quis
iuſto. §. abſens quoque. de elect. in. 6.

Secundò limita hanc concluſionem, ut non pro- 211
cedat in collationibus præbēdarum ad capitulum
pertinentium, aut canonicorum receptione. c. cùm
in eccleſijs. de præbend. in. 6. nota tamen, quòd ſicut
in præcedenti limitatione dixi, quòd in caſu præce-
dentis limitationis actus factus non uocatis abſenti-
bus non eſt ipſo iure nullus, licet abſentes poſſint
proſequi contemptum, ita in caſu noſtro dicēdum
eſt ut tradit Albe. in. 1. parte ſtatut. quæſt. 143. quæ-
rit etiam an ſtatutum. Phil. Franc. in. d. c. cùm in ec-
cleſijs. in ulti. not. ubi etiam dicit, quòd hæc limita-
tio non procedit in receptione quæ fieret ad man-
datum ſuperioris: puta, ſuperior mandat capitulo,
ut prouideat alicui de tali canonicatu, uel præben-
da, nec in receptione quæ eſt facti, puta ſuperior cō-
tulit & agitur de recipiendo eum tanquam proui-
ſum, à ſuperiore. in iſtis enim nō ſunt neceſſariò uo-
candi abſentes ſecundum eum.

Tertiò limita ut non procedat quando uniuerſi- 212
tas eſſet diſperſa. Pet. de Ancha. in repeti. c. 1. col. 121.
uerſic. ſuper quinto dubio. ſuprà eo. Ioan. Bapt. Ca
cialupus poſt Ioan. Andr. per eum alleg. in repeti. l.
omnes populi. col. 13. uerſic. illud etiam eſt ſciēdum.

C 5 ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca



ff.de iuſtit.& iure.

213 Quartò principaliter limita hanc concluſionem,
ut nõ procedat quando ageretur de inducẽdo ceſ-
ſationem à diuinis:quia tũc abſentes neceſſariò uo-
candi ſunt.c.quamuis.de offic.ordi.in.6.gloſ. in di-
cto.c.præſentium. Maria.Socy.in.d.tracta. de cita.
articu.5.quæſt.15.in.3.limitatione.& iſto caſu ceſſa
tio à diuinis inducta non uocatis omnibus, eſt ipſo
iure nulla.Alb.in dicta prima parte ſtat.quæſt.143.

214 Quintò fallit hæc concluſio, ut non procedat,
quando conſuetudo eſſet in contrariũ.gloſ.& Do-
cto.in d.c.quãuis.per illum tex.Panor.in.c.coram.
col.2.uerſicu.quo ad ſecundam quæſt. & in.c.cùm
inter uniuerſas.in.4.notab.& col.3.uerſic.ad ſecun-
dam cõcluſionem,infrà,de elect.Oldr.in conſi.259.
impugnatur electio.col.pe.Maria.Socy.in.d. tract.
de cita.artic.5.quæſt.15.in.4.limitatione.& pro hac
limitatione eſt text.formalis in.c.in Geneſi. in fi.in-
frà,de elect.qui ꝓbat ualere cõſuetudine,quòd etiã
de toto regno Franciæ abſentes uocantur. An autẽ
ualeat ſtatutum diſponens,quòd abſentes uocẽtur,
Maria.Socy.in.d.tract.de cita.artic.5.quæſtio.15.in
7.limita.uidetur tenere quòd ſic,in uniuerſitatibus
ſecularibus:in eccleſiaſticis autẽ uidetur diſtingue-
re inter caſus,in quibus canones expreſsè diſponũt
abſentes non eſſe uocandos,& tunc non ualeat ſta-
tutum,quia non poſſunt ſtatuere contra ius & ca-
ſus,in quibus canones expreſſe hoc non diſponũt,
& tunc ualeat ſtatutum.

Sextò fallit ut non procedat in actu concernen-
te præiudicium ſingularium perſonarum, Maria.
Socy.



Socy.in dicto tracta.de cita.articu.5. quæſt.15.in.5.
&.6.limitationib. Lucas de Penna in.l. nominatio-
num.in.3.quæſt.C. de decurio.lib.10. dixi in.12. li-
mitatione ad præceden.concluſionem.

Septimò fallit in caſu.d.c.præſentium. de teſtib. 216
in.6.quem caſum gloſ.ibi ponit pro.4.caſu.

Octauò fallit quando præſentes nõ facerent ma- 217
iorem partem capituli,uel duarum partium ipſius,
ſecundum ea,quæ dicam infrà:tũc enim debent uo
cari abſentes,ſi cõmodè uocari poſſunt.gloſ.in uer-
bo,præſentiũ.in.c.fi.infrà,de maior.& obed. Aret.
hic col.fi.in prin.dicẽs ulterius, quòd ſi minor pars
remanſit in ciuitate,expulſa maiori parte:tunc pars
expulſa debet conuocare minorem partem ad locũ
tutũ,quia ius collegij reſidet in ipſa ſic expulſa. al-
legat textum in clementi.prima. de foro competen
ti.& in.c.ſtatuimus. de offic. delega.in ſexto. poſſet
etiam minor pars expulſa uices ſuas committere il-
lis qui manſerunt in ciuitate,ut tradit Alb.in.l.nul-
li.col.quarta.uerſicu. quid ſi tantùm tertia pars.ff.
quod cuiuſque uniuerſ.& ad hanc limitationem fa
ciunt quæ dicam infrà eodem.c.uerſicu.extra gloſ.
Panormita.hic quærit.uide etiam ad hæc domi.de
Ripa libro ſecundo reſpon. cap.21. Iaſon.in conſi-
lio.54.in præſenti cauſa admodum difficili.col. ſe-
cunda.uerſicu.ſecundo principaliter pro eccleſia.&
colum.quarta.in fine uerſicu.ſecundò principaliter
moueor. in prima parte. Felinũ hic colum.12. uer-
ſiculo, uel poteſt dici. Petrum de Rauẽnate in ſuo
alphabeto,in uerbo,uniuerſitas. Ioannẽ Baptiſtam
in repetitione.l.omnes populi.col.15.in fine uerſicu.
hinc

Universidad de Deusto Biblioteca

hinc quæritur probabiliter.& col.ſequen.ff. de iu-
ſti.& iure.

218 Nono principaliter limitatur ſupradicta conclu
ſio,ut non procedat in arduis.Et in hac limitatione
conſiſtit tota diſputatio Docto.nam in hac materia
reperiuntur duæ opin. Prima, quòd exceptis qua-
tuor caſibus poſitis per gloſ.in dicto.c. præſentiũ,
abſentes non ſint neceſſariò uocandi. Et hanc opin.
tenet Card. hic,Barba.& Decius in.1.lectu. dicens,
hanc eſſe communem.Imol.in.c.humilis. col.2.in-
fra,de maio.& obedien.& hic col.4.Ang.in.§. hoc
etiam.col.2.uerſic.ſed tunc uidendum eſt. in authẽ.
de aliena.emphy.Corneus dicens hãc eſſe commu-
nem in conſil.181.uiſis nonnullis.col.8.uerſi.nec etiã
obſtat,in.2.parte.do. de Ripa.lib.2.reſpon. cap.21.
Iaſ.in conſi.54.præalleg.col.3.uerſi. nec ad hoc ob-
ſtat.in prima parte.

Secunda opi.eſt, quòd in actibus grauis præiu-
dicij abſentes neceſſariò uocandi ſint,etiam extra ca
ſus,de quibus per gloſ.in dicto.c.præſentiũ.in alijs
autem procedit prima opin.Et ex hac ſecunda opi.
ſumpta eſt hæc nona limitatio,quam opi. tenuerũt
Innoc.& clarius Ioan. And.in.c.2.infrà,de ope. no-
ui nuntia. Anto.de Butr.hic col.3.uerſic. ex prædi-
ctis patet.in dicto.c.humilis.col.2.uerſi.in gloſ. ibi-
dem reſideñ.in.c.licet de uitanda.col.2.uerſi.an au-
tem ſint uocandi abſentes.infrà,de elect.& in.c.1.in
fi.infrà,de his quæ fiunt à maio.par.cap.Ioan.Cro
tus in repe.l.omnes populi.col.11.uerſic.ego aliâs di
xi in puncto iuris.ff.de iuſti.& iure.Gemi. in dicto
c.præſentium.col.7.uerſi.gloſ.ſuper uerbo,ipſorũ.
Panor.



Panor. hic, & formalius in dicto.c. cùm inter uni-
uerſas.col.2.infrà,de elect.& in.d.c.2.col.fin.uerſic.
extra gloſ.quæro.infrà,de oper.no.nuntia. ubi di-
cit,quòd iſta opi.ſemper ſibi placuit. Hanc etiã opi.
uidetur tenere Feli.hic,col.11.in fi.& ſequen.& licet
Decius hic in prima lectura tenuerit contrariã opi.
ut ſuprà dictum eſt,tamen poſtea recidiuus in.2. le
ctu.tenet hanc opin.pariter licet Barba.hic tenuerit
primam opi.contra hanc limitationem, tamen col.
11.fatetur hanc ſecundam opi. eſſe communem. &
hanc ſecundam opin. conſulendo tenuit idem Bar-
ba.in conſi.1.ex ſacris excellentiæ tuæ literis. col.13.
& ſequen.in.1.parte.& in conſi.17.præclarè ſcriptũ
eſt.col.2.&.3.in.2.parte. & utrobiq; cumulat mul-
ta ſpecialia, quæ inducuntur à iure ex eo quòd ali-
quid ſit arduum.quorum aliqua pluries conſulen-
do reaſſumit, ut in conſil.43.præclarè ſcribitur Iu-
dith.col.8.eadem.1.parte.& in conſi.8.ſapienter do-
ctiſsimus.col.6.in.2.parte.plura etiam ſpecialia cau
ſarum ſeu negotiorum arduorum cumulat Iaſ. in
l.placet.col.3.& ſeq.C.de ſacroſanct.eccle.ubi etiam
facit mentionem de hac ſecunda opi. licet eam non
firmet.Et certe iſta opi.mihi magis placet,tum quia
uidetur magis æqua, tum quia multi ex Doct. te-
nentibus primam opi. ſolùm ponunt regulam ne-
gatiuam , quòd abſentes non ſint uocandi præter-
quam in caſibus poſitis per gloſ.in dicto.c.præſen-
tium.non tamen negant quin aliæ limitationes ad
prædictam regulam dari poſsint : pariter nihil di-
cunt de cauſa ardua , & ſic non ſunt numerandi in
numero doctorum,tenentium opinionem contra-
riam:

Universidad de Deusto
Biblioteca



riam:nam uidemus, quòd licet exceptio firmet re-
219 gulam, in caſibus non exceptuatis.l. nam quod li-
quide.§.fi.ff.de penu lega.l. quæſitum.§. denique.
ff.de fund.inſtruct.non tamen excludit quin etiam
à regula cenſeantur excepti caſus ſimiles caſibus cõ
prehenſis in exceptione.gloſ.in.l.1.C.de cõdi. inde-
biti. imò exceptio includit omnes caſus ſimiles, ut
tradit Panor.hic,& ſequitur Alexã.in conſil.130.in
cauſa ſtrazarolorum,col.2.uerſicu. nec etiam uide-
tur obſtare in.4.parte. Gratus in cõſilio.33.in cauſa
huius nobilis.col.1.uerſic.ſecundò reſpõdeo.in pri-
ma parte.in conſi.52.ſuper contentis.col.3.uerſi. ni-
hilominus dico.eadem.1.parte. ex quo inferri poſ-
ſunt duo:Primò,quòd generaliter abſentes uocãdi
ſint in omnibus caſibus arduis explicandis, in qui-
bus militat eadem ratio,quæ militat in caſibus ex-
ceptis per gloſ. in dicto.c.præſentiũ. prout arguũt
Panor.& alij tenentes hanc limitationem. Secũdò,
quòd cùm gloſ.in.d.c.præſentium.& alij Doct.pri
ma opi.allegati pro maiori parte non negent quin
in caſibus arduis abſentes uocandi ſint, ſed ſolùm
ponunt regulam,quòd abſentes non ſint uocandi,
præterquam in caſibus, de quibus per gloſ.in.d.c.
præſentiũ.& ſic non excludunt caſus ſimiles illorũ
opi.nõ debet numerari in numero Doctorũ tenen-
tiũ contra hanc limitationẽ,& ſi ſolùm in numero
Docto. tenentium contra hanc limitationem ueli-
mus computare Docto. qui expreſsè tenent, quòd
etiam in explicandis arduis non ſint neceſſariò uo-
candi abſentes,certè hæc limitatio erit magis com-
munis,quia eam tenent longè plures Doct. & ma-
ioris



ioris authoritatis. & per conſequens non ſolùm in
puncto iuris eſt uerior, ſed etiam in iudicando, &
conſulendo ſequenda.

Cõfirmatur hoc,quia hęc opi.diſtinguit dubia: 220
& nos dicimus ꝙ opinio diſtinguens dubia in du-
bio ſequẽda eſt.Sali.in.l.filiæ cuius.uerſi. expeditis.
gl.C.fa.herc.Hiero.Gratus in cõſi.118. præſens cau-
ſa.col.2.uerſi.præterea.cùm hinc inde ſint opi.in.1.
parte.in cõſi.132.& ſi pręſens caſus,col.2.in prin.ea-
dẽ.1.parte.& alibi ſæpę.plura ad hoc alleg.Rochus
de Curt.in repe.rub.infrà,de cõſuet.in.3.cõcluſ. col
lecta ex doctrina Panor.ſuper.2.parte gl.primę ibi.

Nec obſtant nunc allegata in cõtrariũ.Et primò
nõ obſtat tex.in.c.fi.infrà,de maio.& obed.quia ul
tra reſpõſiones datas per Doct.dico quòd ad illum
tex.eſt clara reſpõſio,quòd in illo tex.præſentia uel
abſentia aliter capitur, quàm in iſta materia. Nam
hic appellamus præſentes illos,qui ſunt in ciuitate,
ut ſuprà dixi:ſed ibi appellãtur præſentes,qui ſunt
in prouincia, licet non ſint in ciuitate: ideo non eſt
bonum argumentum.

Secundò non obſtat, quòd alienationes rerum 221
eccleſiaſticarum ſint de arduis negotijs,& tamen in
illis non ſint neceſſariò abſentes uocandi. authenti.
hoc ius porrectum.C. de ſacroſanct.eccle. cap.ea.§.
hoc ius porrectum.10.quæſtio.ſecunda. Guido Pa
pæ quæſtio.160.alia Calderi. in conſilio quarto,an
ſi duæ partes. in titulo,de his quæ fiunt à prælat.
& ita communiter tenetur, licet Baldus in conſi-
lio.475.quidam Ioannes abbas.circa finem. in pri-
ma parte ſecũdum nouam impreſsionem tenuerit
contrar

Universidad de Deusto
Biblioteca



contrarium.nam ad hoc Feli.hic col.12.poſt Panor
mita. & alios hic ponit plures reſpon.Prima,quòd
alienatio rei eccleſiæ facta in caſu licito, non eſt res
magni præiudicij,ut dicit Panor.hic,& addit Feli.
quòd ubi eſſet maximi præiudicij non procederet.
dicta authen.hoc ius porrectū.allegat Bald.hic,qui
hoc tenet,& ſequitur Ant. de But.in.c.1.in.4. quæ-
ſtio.uerſic.quantum ad propoſitū.infrà,de his quæ
fiunt à præla.facit quod tradit Barba.in conſil.1.ex
ſacris excellentiæ tuæ literis.præalleg.col.7. in pri-
ma parte. ubi tenet, quòd ſi Papa uult infeudare
pretioſa caſtra eccleſiæ de nouo,uel ſimilia ardua fa
cere,non poteſt ſine conſilio dominorum cardina-
lium.Quod tamen ultimū pro nunc aliter non fir-
mo.Barba.hic.col.11.tam contra hoc dictum Bald.
quàm contra hanc ſecundā opin.quæ habet, quòd
in arduis abſentes uocādi ſint,ponderat text. in di-
cta authen. hoc ius porrectum. in uerbo,ſit tamen
res mediocris.dicens,quòd ille tex. deſtruit dictum
Bal.hic,& apponit febrem ad dictum Innoc.in.d.c.
2.de oper.no.nuntia.

Sed certè iſta ponderatio non conueniebat tan-
to uiro,imò tex.ibi probat totum oppoſitum, pon
derādo quòd in principio tex.ponit regulam pro-
hibitiuam alienationis rerum eccleſiæ, ut Doct. ibi
intelligunt: & uerum eſt,quòd alienatio rerum ec-
cleſiæ regulariter eſt prohibita.l.iubemus.C.illo ti-
tu.c.nulli.de reb.eccleſ.non alienan.Frede.de Senis,
conſil.142.domini Ioan.Pet. de Ancha. in.c.2.in.2.
notab.de reb.eccleſ.non alienan.in.6.bonus text. in
authen.de non alien.& in authen.de aliena.emphy.





deinde in uer.eatenus excipitur.ponitur exceptio à
regula cōtinēs modū & formā permiſsionis aliena
tionis rerum eccleſiæ.at in uerſic,ſit tamen res me-
diocris.declaratur quæ res cum prædicta ſolennita
te & quarum rerum alienationi lex dederit formā.
Vnde ſequitur, quòd illa uerba, Sit tamen res me-
diocris:important quòd res magni præiudicij non
poſſunt alienari,etiam ſeruata ſolennitate illius Au
tē.& ideo Pet.de Bella pertica ibi, in figuratione ca
ſus.& Gem.in dict §.hoc ius porrectum.in ultimo
not.dicunt, quòd prædium eccleſiæ uendendum
in caſu neceſsitatis,non debet eſſe nimis magnum.
Idem ſentit Ioan.Fab.in dict. Auten.hoc ius porre-
ctū.col.2.uerſic.in.3.caſu,dū dicit, quòd nullo mo-
do res magni ualoris poſſunt alienari, exceptis ca-
ſibus per eum ibidem poſitis.

Nec obſtat ſi ad hoc dicas,quòd tex.ibi non re-
quirit abſolutè rem eſſe mediocrem, ſed ſolùm in-
ſpecta qualitate, quantitate, & onere: ut ſit ſenſus,
quòd pro paruo debito res magna non alienetur,
prout intellexit Bar.ibi.col.pe.uerſi. uenio ad ſextā
partem.Salic.col.pe.in fi.et ante eos hoc tenuit Pet.
de Bella partica ibi.col.4.ad fi. quia reſpondeo pri-
mò,quòd etiam ille tex.nō permittit alienationem
rei pretioſæ,dato quòd urgeat magnum debitum.
& ſic tex.non probat,quòd etiam in arduis non re
quiratur uocatio abſentium. Secundo dico, quòd
illa uerba,Quantitate & onere, non referuntur ad
debitum,ſed ad onus rei incumbens ut tributorū
ita enim illum tex.intelligunt glo.ibi in uerbo,one
re;dum recitat hanc opi. pro ultima. & Archid.in

Universidad de Deusto Biblioteca



dict. §.hoc ius porrectũ. col.2.in prin.& ſic uerba, Inſpecta ipſius quãtitate,qualitate,& onere:non referuntur ad debitum quod urget, ſed ad rem quæ alienatur;ut ſit ſenſus, quòd ad cognoſcendum an res ſit mediocris,inſpici debet qualitas,quãtitas, & onus ipſius rei.& ita intelligendo, ſemper ille text. probabit quòd res magnæ,& non mediocres eccleſiæ alienari non poſſunt, etiam ſeruata ſolennitate illius Autenticæ.

222 Alio modo hanc primam reſponſionem Felini reprehendit Decius hic in.j.lect.qui ex pluribus nititur probare, quòd imò alienatio rerum eccleſiæ, etiam facta in caſu licito,eſt grauis præiudicij. Cuius uerba non refero,cùm experientiam rerum magiſtra doceat,non omnes alienationes rerum eccleſiæ eſſe grauis præiudicij. & ultra Feli. hic opi. Panor.hic quòd alienatio rerum eccleſiæ facta in caſu licito,nõ dicatur eſſe negotium arduum, tenet Iaſ. in conſil.54.præalleg.col.3.uerſi. nec ad hoc obſtat. in.j.parte & ibi uol.4.dicit,quòd tunc diceretur negotium arduum, quando ageretur de alienatione omnium,uel maioris partis bonorũ eccleſiæ, quæ æquiparantur cauſæ ſtatus iuxta.l. propter litem. ff.de excuſa.tuto.& Bal.hic.col.3.in fi.ponit exemplum in alienationibus notabilium grangiarum.

223 Non omitto tamen,quòd Corn.in cõſil.181.col. 10.in prin.in.2.parte præalleg.dicit, quòd quidam negant lectturam quæ dicitur eſſe Bal.ſuper decretales,eſſe Bal.ſed quicquid ſit,non erat Bal. limitare dictam Auten.quæ generaliter loquitur:& hac ſola ratione reprehendit Bal.hic, ſed mea ſentẽtia fal-





litur:tum quia non eſt uerum, quòd dicta Auten. hoc ius porrectũ generaliter loquatur, cum ſolùm loquatur de alienatione rei mediocris ut ſuprà dicebam:tũ quia etiam ſi generaliter loqueretur, deberet tamẽ reſtringi per ſimilitudinẽ rationis aliorũ iurium,quæ requirunt quòd abſentes uocentur ex eo,quòd materia ſit ardua. Tum etiam quia iniquũ eſt,legem non fallere ubicunq; aliqua æquitas ſuadet.Glo.in Auten.ut ſine prohibi.mat.deb.in prin. in uerbo extenſiuam per tex. optimum in.c.intelleximus & ibi Panor.col.j.in fi.infrà,de iudi.Galiaula in repet.l. centurion. col. 44. in princ.ff.de uulg. Frãc.de Curt.iunior in.l.j.in prin.in.2.not.ff.quod quiſq; iur.at ubi agitur de alienatione rerum magnorum,& grauis præiudicij, eſt magna æquitas, ut maior ſolennitas requiratur, quàm ubi agitur de alienatione rerũ tollerabilis præiudicij:quia ubi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agẽdum.c.ubi periculum.in prin.de elect.in.6.l.j.§.parui.ff.de carbo.edict.Et quia uidemus multa ſpecialia eſſe excepta à regulis iuris communis, ex eo quòd agatur de arduo,ut ſuprà,dicebam.Et ſic habes plenè defenſatam & ſubſtentatam hanc primam reſponſionem Felin.

Secundò reſpondet Feli.hic, quòd ſpeciale ſit in alienatione rerum eccleſiæ,ne forte eccleſia quæ patitur neceſsitatem habeat diu cum periculo expectare.

Tertiò reſpondet, quòd in dict. Auten. hoc ius porrectum,illa uerba,Ibidem ſeruientium : exponuntur, ideſt, deputatorum ibidem ad ſeruitium.

Universidad de Deusto Biblioteca

& ſic omnes deputati ad ſeruitium uocandi eſſent. Iſtas duas ultimas reſponſiones pro nunc aliter nõ approbo.

Poteſt etiã & quarto reſponderi, quòd ibi ideo lex non curauit requirere conſenſum abſentium, quia lex alio modo prouidit indemnitati eccleſiæ: & ideo ſpecialiter ſtatuit, non eſſe requirendos abſentes. Ex quo datur intelligi, quòd ſi hoc ſpecialiter non ſtatuiſſet, non fuiſſent abſentes uocãdi: ſicut etiam arguunt Doct. reſpondendo ad dictum ca. ſi. infrà, de maior. & obed. mihi tamẽ magis placet prima reſponſio.

224 Vltimo circa præmiſſa notanda ſunt duo dicta. Primum fuit Pet. de Bella partic. in dict. Autẽ. hoc ius porrectũ. col. 4. qui loquitur in alienationibus rerum eccleſiæ, & dicit, quòd ex qualitate perſonarum habenda eſt ratio: nam ſi ſapientior eſſet abſens, & res pateretur deliberationem, ille uocari deberet. Secundum dictum fuit Frede. de Senis in conſil. 148. caſus talis eſt, aliqui ſunt canonici. & in conſil. 227. ſi potero. ubi generaliter dicit, quòd ſi aliqui dicunt ſe fuiſſe contemptos, debent probare, quòd tempore quo actus gerebatur, erant in tali loco, ex quo uocari debuerint: quo probato, præſumitur quis contemptus, niſi probetur uocatus: quę tamen duo dicta pro nunc aliter non firmo.

225 QVARTA cõcluſio colligitur ex ultimis uerbis glo. magnę hic, iũcta doctrina Panor. hic, quòd in actibus uniuerſitatis & collegij habentes uocem debent ſimul congregari, & non ſufficeret ſi unuſquiſq; ſeparatim cõſentiret, uel daret uocem ſuam.

cap. in



c. in geneſi. infrà, de elect. Card. in conſil. 108. uacante canonicatu. in prin. Ang. in conſil. 45. uacante abbatiſſa. Bertachi. in tract. de epiſco. in. 3. parte libri primi. quæſt. 32. & in. j. parte libri tertij quæſt. 24. cum ſimil. ut tradunt Doct. hic, & dixi in. c. cum eccleſia ſutrina. in glo. j. infrà, de cau. poſſ. & proprieta. Bar. in rep. l. omnes populi. col. 6. uerſic. tertio dixi. & ibi Rayne. de Forli. col. 13. uerſic. deinde quæritur. Ia. Crotus in rep. illius. l. col. 10. in fi. uerſi. prima concluſio. ff. de iuſt. & iur. Albe. in Auten. hoc ius porrectum. col. 2. uerſic. ſed nunquid iſte conſenſus. C. de ſac. ſanct. eccle. & in. l. nulli. col. 4. uerſic. mouetur etiam quæſtio ff. quod cuiuſq; uniuer. no. & ibi Bal. col. 2. uerſic. iuxta iſta quęro. & uerſic. item ſi. §. fi. & cognoſcitur quòd actus debeat expediri per ſingulos ut uniuerſos quando diſpoſitio quæ dat poteſtatẽ pluribus nominat illos per nomina denotantia collegium, uel uniuerſitatem: ut ſi Papa mandat capitulo, ut tradit Hoſti. in ſumma huius titu. §. quando conſtitutio. uerſicu. quid ſi Papa, dicens, eſſe differentiam, quando Papa mãdat aliquid expediri per maiorem partem capituli, an uerò per maiorem partem canonicorum: ut primò caſu requiratur conſenſus ſimultaneus, & collegialis. & ita loquitur tex. in dict. c. in geneſi. in prin. ſecundo caſu ſufficiat conſenſus ſeparatim præſtitus, & non collegialis, ſequitur Feli. hic. col. 14. uerſic. tertia declaratio. Imol. col. 6. uerſicu. item aduerte. Anto. de But. col. 5. uer. & ex hoc deciditur dubitatio. addẽs hoc procedere, niſi materia ſubiecta aliud habeat: nam ſi Papa reſcribat in materia pertinente ad capi

 tulum

Universidad de Deusto
Biblioteca



tulum, ut capitulum, licet mandet canonicis, tamen
requiretur cōſenſus ſimultaneus. Et ita etiam aliâs
tenui in dict. c. cum eccleſia ſutrina. & quòd ex qua-
litate actus, qui mandatur expediri, hoc debeat iu-
dicari, tenuit Paul. de Caſtro in. l. reſcriptū. in prin.
ff. de pact. et ſequitur Io. Bapt. de Cacia lup. in rept.
dict. l. omnes populi. col. 19. in princip. Et de modo
agnoſcendi, an aliquid committatur pluribus ut ſin
gulis, uel ut uniuerſis, dixi remiſsiuè ſuprà, in. 2.
concluſione. in prin.

226 Limita nunc primo hanc concluſionem, ut non
procedat, quando actus conſiſteret circa merum fa
ctum, ut tradit Imol. hic col. 6. Feli. col. 13. in fi. uerſi.
ſecunda declaratio. & plenius in. c. eam te. col. 9. uer.
actus conſiſtens. infrà, de reſcript. Barba. hic. col. 16.

Secundo limita, ut non procedat, quando con-
ſuetudo aliter ſe haberet Bal. in Autē. hoc ius por-
rectum. C. de ſac. ſanct. eccle. Decius hic in. 2. lect.

227 Tertio limita ut non procedat, ubi agitur de ra-
tifficatione actus qui poterat infringi ratione cōten
ptus: nam abſentes qui fuerunt cōtempti, poterunt
ratifficare actum, & renuntiare iuri proſequendi
contemptū, etiam ſeparatim, & non adhibito con-
ſenſu collegiali, ut tradit Feli. hic. col. 13. in fi. uerſic.
prima declaratio. Et ratio eſt, quia non dicuntur
actum facere, ſed remouere obſtaculum, ut tradit
Barba. hic. col. 16.

Vltimo notandum eſt, quòd conſtitutio emanās
ad uniuerſitatem, non includit ſingulos de uniuerſi
tate, niſi aliud exprimatur. Philip. Fran. in. c. j. in. 3.
not. per illum tex. de ſtat. regu. in. 6.

QVINTA



QVINTA concluſio in actu pertinente ad plu 228
res ut ſingulos, ſi maior pars non poteſt præiudica
re minori, tūc ſinguli poſſunt ſeparatim cōſentire. l.
per fundum. ff. de ſerui. ruſt. prędi. cum ſimil. ut per
doct. hic, & plenè dixi in. dict. c. cū eccleſia ſutrina.

SEXTA ſit concluſio, quòd etiam in actu per- 229
tinente ad plures ut ſingulos, ſi maior pars poteſt
præiudicare minori, tunc nō ſufficit ſi ſinguli ſepa
ratim conſentiant, ſed debent ſimul conſentire per
l. & ſuum. ff. de pact. Bar. & rayne. de Forli. in rep. l.
omnes populi. ff. de iuſt. & iu. Pet. de Ancha. in rep.
c. j. col. 130. uer. ulterius quæro. ſuprà, eodē. Io. Bap.
in rep. dict. l. omnes populi. col. 18. uerſi. quærit Bar.
quarto loco. ff. de iuſt. et iur. Pet. de Ancha. in rep. c.
j. col. 130. uerſi. ulterius quæro. poſt Bar. ſuprà eod.

Eſt uerum, quòd Dec. hic in prima lectura uiſus
eſt tenere contrarium & hanc contrariā opi. tenuit
expreſſe Io. Crotus in rep. d. l. omnes populi. col. 11.
ff. de iuſt. & iur. in quibus locis reſpondent præfa-
ti Dec. & Crotus ad multa iura quę pro communi
opi. allegantur non tamen reſpondent ad. l. fin. ff. de
cura. bon. dam. quam pro cōuni opi. allegauit ray-
ne. de Forli. in dict. rep. l. omnes populi.

Retenta tamen hac concluſione quę eſt comunis
declara & limit. illam primo, ut licet actus quē plu-
res ſeparatim conſentiendo faciūt in caſu huius ſe-
xtæ concluſionis, non ualeat, tamē excuſatur à pœ-
na qui illū obſeruat, ut tenet Bertachinus in tract.
de epiſco. in. 3. parte lib. j. in. 32. quęſt. ubi dicit, quòd
illo anno, dum gereret pręturam Caſsiæ, iudicauit
quòd licētia cōceſſa Iac. de Vezzano per Maſſarios

D 4 ſrcuſani

Universidad de Deusto Biblioteca

freuſani oſtiatim,& diuerſis locis,& temporibus, à
ſingulis eorum, de accipienda calce communis,
non ualebat: ſed dictum Iacobum à pœna furti
excuſabat.

230 Secundo limita eum,ut non procedat in iure pa-
tronatus pertinente ad plures ut ſingulos,nam ipſi
poſſunt ſeparatim præſentare,etiam alijs non uoca
tis.Card.in.cle.2.§.et ut facilius.col.2.de iure patro.
Panor.dicẽs hanc eſſe cõmunem,in conſil.70.plura
ſunt examinãda in.2.parte.& hanc opi. tenuit Dec.
hic in.j.lect.col.8.uerſi.retẽta tamẽ hac ſecũda com-
muni cõcluſione.ubi allegat plures tenẽtes hãc opi.
& dicit hanc eſſe communem. Contrarium tamen
tenent Panor.& Feli.hic,& Panor.in c.3.in fi.infrà
de iure patro.Rochus de Curt. in tract. de iure pa-
tronatus,in uerbo honorificum in.10. quæſtio &
quia habeo in facto cõſulere ſuper huiuſmodi quæ
ſtione,ideo pro nunc illam aliter non examinabo.

231 Nota tamen,quòd in inſtitutione quæ fit per or
dinariũ de pręſentato ab uno ex pluribuspatronis,
debent intereſſe prætendentes uocari per edictum.
de quo in.c.fin.de elect.in.6.qui text.procedit etiam
in inſtitutione rectoris,ut ibi dicit glo.2. commu-
niter approbata.Bal.in cõſil.17. factum ſic proponi
tur.in.5.parte.Io.de Selua.in.3.parte tract.de benef.
quæſt.53.Rochus de Curte in dict.tract.de iure pa-
tro.in uerbo honorificum.in.2.&.38.quæſt.

Extra gloſſ. quærit Panormitanus hic de not.
quæſt. ſcilicet,quot homines de collegio uel cap.re
quirantur, & debeãt eſſe præſentes,ad hoc ut actus
per eos collegialiter factus ualeat? Et communis
conclu



concluſio eſt, quòd actus nõ dicitur factus ab uni-
uerſitate,uel collegio,niſi ad minus interueniãt duę
partes uniuerſitatis,uel collegij.per.l. nulli.ff. quod
cuiuſque uniuer.&.l.nominationum.C.de decurio.
lib.10.ubi Lucas de Penna in.2.quæſt.cum ſimil.ut
hic per Doct.quibus addo idem tenere Iaſ.in conſi.
54.circa dubium primũ.col.2.uerſic.ſecundò prin-
cipaliter.in.1.parte.Stepha. Bertrand.in conſil.145.
deliberando in & ſuper quodam prætenſo inſtru-
mento. in princip.in.2.parte conſiliorum ſecundæ
impreſsionis.& in conſi.192.multa ſunt.in princip.
eadem ſecunda parte. Franc. de Curte iuniorem in
conſil.174.in cauſa uertente.col.fin.Alexan.in con-
ſil.69.& uiſo.col.3.uerſic.nec ad hoc obſtat.in ſecun
da parte.Corn.in conſil.177.in hac re.col.3.uerſicu.
item non apparet.in.2.parte.& in cõſi.181. uiſis nõ-
nullis.col.1.uerſic.& primò dicta conceſsio. Pet. de
Ancha.in repeti.c.1.col.125.uerſic.uidendum reſtat.
ſuprà eodem.Ioan.And.in.c.2.col.3.infrà, de oper.
noui nuntia.ubi etiam tradit,an fœminæ uocandæ 233
ſint ad conſilium uniuerſitatis: & refert opi.tenen-
tium,quòd omnes uocandi ſint,tam mares, quàm
fœminæ:deinde poſt Hoſtiẽ.tenet cõtrarium,quòd
imò mulieres nõ ſint uocandæ.Quod ultimum te-
net Ange.in conſil.67.municipali lege.col.2.Lucas
de Penna in.l.nominationum.in.4. quæſt.C. de de-
curio.lib.10.plenè Iaſ. per illum text.in.l.1.col.2. in
2.notab.ff.de legib. ubi allegat Imperatorem.in.§.
hæc autem omnia.in authenti.ut iudi.ſine quoquo
ſuffrag. dicentem,quòd illam conſtitutionem fecit
cum conſilio uxoris ſuæ:& refert Ioan. Andr.in.c.

 grauis

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



234 grauis.infrà,de ſe didiciſſe ab uxore ſua, quòd etiã ſi pulchra nomina magno pretio uenderentur, deberet pater emere,ut imponat filio bonum nomẽ. Et licet quidam dixerint, quòd Ioan. Andreas debuiſſet erubeſcere allegando auctoritatem uxoris ſuæ,tamen iſtud non eſt inconueniens:quia Socrates teſte Leonardo Aretino profeſſus eſt ſe multa didiciſſe ab Aſparia muliere,ut referunt Barba. in dicto.c.grauis,do. de Ripa in.c.1.col.45.uerſic. ultimò quærit abbas.& col.ſeq.infrà,de iudic. Et unũ maximè laudandũ muliebre conſilium.refert Plutharchus in lib.de claris mulieribus.c.8. Plures etiã mulieres quæ ſtrennuitate,conſilio, fortitudine, ſapientia,& induſtria uiguerũt,refert Guil.Benedict. in repet.c.Raynutius.in uerbo,duas habẽs filias.nu-
235 mero.15.& pluribus ſequen.infrà,de teſta. Ex quibus confirmari poteſt,quod tradit Decius in.l.2.in princip:numero.37.& pluribus ſequen.ff. de regu. iur.ubi dicit,quòd licet neceſſariò mulieres non ſint uocandæ,nec habeãt uocem in ſtatutis, uel legibus condendis : tamen earum conſilium haberi poteſt. Quæ omnia notãda ſunt ad ea,quæ dixi ſuprà eodem capitulo.

Poſtremò ultra dicta Panor. Decius hic in pri-
236 ma lectu.circa finẽ.quærit,an in inſtrumẽtis actuũ factorum ab uniuerſitate,uel collegio,debeant inſeri nomina ſingulorũ de uniuerſitate, uel collegio. De qua quæſt. ultra eum uide Corn. in conſil.148. uiſo quodam protocollo.col.2.in prima parte.Stephanum Bertrand.in conſi.192.multa ſunt.col.prima,in fine,in ſecunda parte conſiliorum, ſecundæ impreſsio



impreſsionis. Barba.in conſilio.7. clemẽtiſsimi dei. aliâs incipit,mihi uidetur aperto iure.in prima parte. Alb.in.l.nulli.col.tertia.uerſic. ex quo etiam dependet ſolutio.ff.quod cuiuſque uniuer.& ibi Baldus col.prima. uerſicu. ſextò requiritur. Petrus de Ancha.in.c.primo. col.129.uerſicu. utrum in agendis.ſuprà eodem. & in.c. quanto.in tertio notab.infrà,de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli.

Et ex his cum laude Dei omnipotentis ſit expedita præſens Decretalis.

Universidad de Deusto Biblioteca

# INDEX MATERIARVM SINGVLARIVM IN HOC OPERE CONTENTARVM.

Prior numerus paginam, ſequens uerò numerum marginalem eiuſdem paginæ ſignificat.


Abbas cum capitulo ſi iurauerunt non recepturos ſe monachos ultra certum numerũ: intelligitur, niſi ſuperior aliter mandet. pagina. 132 numero. 163
Abbas habens priuilegium ut poßit diſpenſare cum monacho ſuo incurrente irregularitatem impoſitam à canonibus: poterit etiam diſpẽſare ſuper irregularitate impoſita ex generali ſui ordinis conſtitutione 72.3
Abrogare, & Corrigere, quomodo differant. 129.155
Abſens, uel Præſens, quot modis quis dicatur. 310.58
Abſens tandiu, ut dubitetur uiuat'ne, an mortuus ſit: beneficium illius dari poteſt alteri. 305.43
Abſens quamuis uocem ſuam delegare poßit alijs de capitulo: id tamen facere non poteſt per literas. 409.210
Abſentes in actibus collegij uel uniuerſitatis regulariter non ſunt uocandi. 407.206
Abſentes, qui ſciunt uacationem eccleſiæ, an ſint uocandi in actu electionis. 408.209
Abſentes uocandi ſunt in his quæ pertinent ad plures, & uniuerſos. 404.204
Limitatur. 408.207. & ſeq.
Abſens aliquis dicitur pluribus modis. 406.205
Abſentia ſola non ſufficit alleganti ignorantiam, ſed requiritur iuramentum allegantis. 286.72

Abſoluens

Abſoluens excommunicatum à canone, uel conſtitutione ſynodali, contemnit legem, & eius autorem: abſoluens uerò excommunicatum ab homine, cõtemnit hominem tantum. 74.8
Acquiſita per canonicum intuitu eccleſiæ, mortuo canonico tranſeunt ad capitulum, non autem ad nouum canonicum, qui in locum eius eſt aſſumptus. 350.140
Actio, & Factio quomodo differant. 216.351
Actio quæ competit contra peræquatorem eſt criminalis, & pœnalis. 325.97
Actionem intentans ineptam, etiam de iure canonico ſuccumbit. 218.352
Actus etiam merè uoluntarius factus à maiore parte, minore contradicente, non eſt ipſo iure nullus, quãuis retractari debeat. 369.162
Actus facti per tyrannum tempore tyrannidis debent reſcindi iuſto dominio ſuperueniente. pag. 36. nu. 106
in Actibus uniuerſitatis & collegij habentes uocẽ, debent ſimul cõgregari, nec ſufficit ut unuſquiſque ſeparatim conſentiat. 420.225
in Actu pertinente ad plures, ut ſingulos, ſi maior pars non poteſt præiudicare minori, tunc ſinguli poſſunt ſeparatim conſentire. 423.228
Si uerò maior pars minori præiudicare poßit, non ſufficit ut ſinguli ſeparatim, ſed opus eſt omnes ſimul conſentiant. 423.229
Limitatur. 424.230
Actum fieri ex neceßitate, aut ex utilitate, paria ſunt. pagina 368. nume. 160
Actus in quibus electa eſt induſtria perſonæ, an expedierit fieri per ſubſtitutum. 298.19. & ſeq.

Adiunctum

Universidad de Deusto Biblioteca

Adiunctum non alterat diſpoſitionem cui adiungitur. 43.127
Admonere uerbum pro corripere. 137.182
Adoptionis appellatione an ueniat Arrogatio. 75.11.& ſeq.&.76.14.& ſeq.
Aduerſatiua non ſemper ſeruat ſuam naturam, ſed ſæpius impropriatur. 264.16
Aduocatus poteſt allegare hoc modo, Dicit quædam lex. 112.112
Aduocati curiæ Rom. cùm deficiant eis iura, dicunt: Ego ſic uidi interloqui Papam in ſimili caſu. 127.150
Aegyptius iudex, pro iuſto & incorrupto. 256.465
Aetas omnis prona ad malum. 11.18
Alexãder Seuerus Imperator nullam legem ſanxiſſe dicitur ſine xx. iuriſperitorum, & quinquaginta diſertiſſimorum conſilio. 61.185
Alienatio rerũ eccleſiæ, etiam facta in caſu licito, eſt grauis præiudicij. 418.222
Alienationes rerum eccleſiaſticarum ſunt de arduis negotijs. 415.221
Allegare an liceat ius, cuius autorem non habemus. 113.114
Allegare ſufficit eum, qui alios citat. 110.107
Allegare ſufficit unam legem, uel canonẽ: licet plures ſint idem dicentes. 111.108
Allegatio ad baliſtam, quæ dicatur. 110.106
Alleganda non eſſe iura coram Papa, cùm habeat illa in ſcrinio pectoris. 112.111
Altare unum diſcooperire, ut cõoperiatur aliud non eſt iuſtum. 390.29
Amicitia ac lite omnia fieri. 16.40

Annexum

Annexum non eſt idem cum connexo. 314.66
Antiochus edixit, ut ſi quid ſuo iuſſu contra leges & iura decretum foret, ſibi non pareretur, impuneq; aduerſaretur. 58.176
Apices iuris non attendendos, ubi de ſalute animæ agitur. 158.232
Apices iuris princeps obſeruare non tenetur. 157.229
Apices iuris ſunt, quicquid bonã fidem nõ tangit. 158.234
Appellari poteſt licitè à ſtatuto edito in odium, uel præiudicium particularis perſonæ. 315.73
Ampliatur. 316.75.& ſeqq.
Limitatur. 318.80.& ſeqq.
Appellari à quolibet actu extraiudiciali, an & quando poßit. 316.74
Appellari poſſe à ſtatuto principis. 319.84
Appellari poteſt à ſtatuto contra aliquam particularem perſonam facto. 54.164
Appellatione remota, hæc clauſula an operetur in præiudicium tertij. 243.430
Appellandi facultas non eſt perpetua, ſed durat tantum per annum. 55.157
Arbiter tenetur ſeruare leges & ſanas conſtitutiones. Et ſi iudicet contra ius, facit litem ſuam, ſicut iudex. 215.349
Arbiter tenetur arbitrari ut bonus uir, non autem ſecundum ſenſum ſuum. 215.350
Arbitrator habens liberum arbitrium debet ſequi ueritatem, undecunq; illam habeat, etiam per garritum auiũ, ut inquit Hoſtienſis. 247.443
Arbitrium boni uiri præferendum eſt libero arbitrio, ſi dubium eſſet, an uerba intelligi debeant de libero

arbitrio

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitrio,an de arbitrio boni uiri. 246.442

Arbitrium ſi cui ſit datum in procedendo, nõ extenditur, ut iudex habeat arbitrium in iudicando. 245.439

Arbitrium habens diſtribuendi bona inter pauperes,poteſt diſtribuere conſanguineis ſuis, ſi uerè ſint pauperes. 246.441

Arguere non licet ex uerbis gloſſatorum, niſi quatenus expreſſè aliquid decidunt. 40.121

Arguere de ſententia ad poteſtatem ſtatuti licet. 328.104

Argumentum ab etymologia eſt probabile, ſed non neceſſariò concludit. pag.53.nume.163

Argumentum à ratione ſcripta in lege ualet. 344.126

Argumentum à diffinitione ad etymologiam an ualeat, pagina.50.numero.154.& pagina.51.numero.156

Argumentum à ſecundum quid,ad ſimpliciter tale ualet. pagina.42.nume.126

Argumentum de Sententia ad Statutum non eſt bonum. pagina 327. nume.102

Aſtutias maioribus noſtris diſplicuiſſe. 15.36

Autoritas ſuperioris in omni iuramento excepta uidetur. 132.162

Autoritates Sapientum & Poëtarum licitum eſt allegare in deciſionibus. 110.232.110.& ſeq.

Autores extranei cùm dant teſtimonium legi ſcriptæ, fit inde lex pulchrior,non ualidior. 334.114

Barbam ne quis nutriat,lex ridicula Plutarcho. 23.62

Barbam primus omnium Imperatorum Adrianus nutriuit. pag.23.nume.63

Barbam ne clerici nutriant Anacletus Papa prohibuit. pagina.24. nume.64

Beneficium eccleſiaſticum datur propter officiũ. 300.30





Bene placitum,uerba, quid importent. 232.391.& ſeqq.

Bonum eſſe aliquid uno iure, & malum alio, non eſt abſurdum. 222.361

Boni mores aliter de iure canonico quàm ciuili iudicantur.222.362.& ſeqq.

Bonis & honeſtis ciuibus nõ opus multis legũ tabulis.9.9

Bonis duo hæc præcepta, Diliges dominum Deum tuum &c.&, Diliges proximum &c.ſufficiunt. 8.5. Malis uerò minimè. 12.27.

Bona ſingularia capituli poſſunt annecti præbendis canonicorum, ſi fructus præbendarum ſunt inſufficientes. 313.63.

in Bonæ fidei contractibus, non conuenit de apicibus iuris diſputare. 159.235

C

Canon uocabulum duobus modis capitur,& utroq; propriè. 74.10.& 76.18

Canon uocabulum, in multis locis pro quacunq; ſumitur conſtitutione, tam Papæ uidelicet, quàm inferioris à Papa. 74.9.& 83.39

Canon nunquàm receptus à ſubditis, an obſeruari debeat. 133.166

Canonis appellatione uenit etiam conſtitutio eccleſiaſtica.71.1.Item conſtitutio epiſcopi uel ſynodalis. 72.2.& 73.5.

Canonis conſtitutio ligat omnem creaturam. 91.65

Canonis conditori omnes eſſe ſubiectos. 145.205

Canones ſicut obſeruandi ſunt in foro eccleſiaſtico,ſic & leges in foro ſeculari. 141.194

Canones nondum recepti an ligent. 91.63

Canones perſonales debent ſeruari ab omnibus. 122.138

Universidad de Deusto
Biblioteca



Canones ſicut ſunt obſeruandi ab omnibus, ita & leges. 141.192
Canones etiam reprobati, an dicantur canones. 91.62
Canonum ſtatuta legum conſtitutionibus ut adiuuentur, neceſſarium eſt. 18. 49
Canonum uiolatores dicuntur blaſphemare in ſpiritumſanctum.101.74. Committuntq; ſacrilegium.102.76. Et ſunt infames infamia facti. 102.77
Canonum conſtitutione omnes homines ligari. 145.206
Canonibus ſolis omnia inter clericos decidi poſſe. 17. 42
Canonicus non habet ſucceſſorem in honore & onere, ſed capitulum ſibi ſuccedit. 350.139
Canonici cõſenſerũt: hæc uerba ſi ponãtur in inſtrumento, intelligendũ eſt, omnes canonicos conſenſiſſe. 291. 2
Canonici dicũtur habere ſucceſſores, largo modo. 314.67
Canonum locus eſt ſacris uiris, ac canonicè uiuentibus, deſtinatus. 84.42
Capellæ poſſunt annecti præbendis canonicorum, ſi fructus præbendarum ſunt inſufficientes. 313.64
Capitulum de iure communi ſuccedit canonico in iuriſdictione. 297.15
Capitula pleraq; (ſiue canones) ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt: quorum modi quia non medullitus indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli impinguntur. 118.127
Captus in iuſto bello, cum ſit ſeruus capientis, ſi aufugiat, committit furtum ſuijpſius. 211.347
Carceratus ob iuſtam cauſam, ſi aufugiat, peccat. 211.346
Caſus omnes, in quibus non poteſt dari certa regula, ſunt in arbitrio iudicis. 248.448
in Caſibus à iure non deciſis, licet iudex poſſit iudicare





ſecundum æquitatem: non tamen abſolutè ſuo ſenſu niti debet: ſed ſenſu regulato dictamine cõmunis. 249.451
Catechumeni an ligentur conſtitutionibus eccleſiaſticis. 175. 268
Catechumenus, quis dicatur. 175.269
Catechumenis idem ius ſeruari debet quod Chriſtianis. 177. 276.
Catechumenis ſeruari debet æquitas iuris canonici, non rigor. 178.277
Catechumeni cur ſtatim non Baptizentur: rationes tres. 178.278
per Catechiſmum, qui baptiſmum præcedit, contrahitur cognatio ſpiritualis. 177.275.
Cauſa legis an ceſſet, uel non, non cuiuslibet eſt iudicare, ſed eius qui eam tulit. 190.304
Cauſa finali ceſſante, ceſſat & diſpoſitio. 344.128
Cautio ſignificat tam actiuè quàm paſſiuè, tam reſpectu eius qui cauet, quàm eius cui cauetur. 51.158
Certitudo, uel Incertitudo iudicij, triplex: Summa, Naturalis, & Moralis. 234.394
Ceſſionarius an poſſit executionem uirtute inſtrumenti guarentigiati. 242.429
Chriſtiani hominis eſt rẽ ipſam amicitiæ ac pacis legibus prius tẽtare, q̃ in iudicio ſuũ ius experiri. 259.472
Chriſtiani nõ debent inuocare auxilium Iudeorum in infirmitatibus ſuis. 174.264
Citatio in actibus extraiudicialibus, non propriè citatio dicitur, ſed intimatio quædam. 327.103
Ciues duo, quorum unus habet filios, alter nullos: ille qui filios habet alteri in ordine ſedendi, ſcribendi, & arengandi præfertur. 338.121

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ciuitas an poſsit pro debito ciuitatis imponere collectam ſingulis de ciuitate. 380.281
Ciuitate mutuante ad uſuras an ſinguli ſint uſurarij, & teneantur ad reſtitutionem. 395.297
Clauſula, Non obſtantibus ſtatutis: non tollit ius commune. 87.47.& 88. 49
Clauſula, Non obſtante lege, derogat omnibus legibus ſimilibus. 111.109
Clericus uagans priuari poteſt beneficio, etiam ſi beneficia non requirerent reſidentiam. 304.42.& 305.45
Codicis appellatione, intelligitur propriè Codex Iuſtiniani, quamuis & alij ſint Codices. 44.131
Collegium Doctorum non poteſt aliquid ſtatuere de nouo contra antiquam formam, nec magis grauare doctorandos. 312.62
Collegium conſtituitur ex pluribus hominibus, qui iuris fictione intelliguntur eſſe unum corpus. 346.130
Comites magis principi quàm præſidi aſsimilantur, in comitatibus ſuis. 35.103
Commiſsio an facta ſit pluribus ut ſingulis, an ut uniuerſis, quomodo cognoſci poſsit. 365.156
Comparatiuus præſupponit ſuum poſitiuum. 225.373
Concluſionem communem ſequi debet iudex, etiam in his in quibus habet liberum arbitrium. 250.455
Conditio omnis cenſetur eſſe de forma. 59.179
Conditio importat formam. 69.205
Conditio importat formam. 65.196
Conditio quando eſt appoſita ad tertium finem, ſufficit eam impleri per æquipollens. 68.201
Conſcientia dicitur, quaſi cognitio ſuijpſius cordis. 180.282





Conſcientia mille teſtes. 180.283
Conſcientia ſpiritus correctrix, & animæ pædagogus. 180.284
Conſcientiæ non conuenit de apicibus iuris diſputare. 158.231
Conſcientiæ uermis, quid apud Theologos: & quid conſcientia cauteriata apud diuum Paulum. 181.286
Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur, an de illa cõſcientia poſsit cognoſci per ſuperiorem. 237.413
Conſcientiæ alicuius ubi quid committitur, non poteſt ille committere alteri uices ſuas. 237.411
Conſcientiæ alicuius ne quid committatur, quomodo intelligendum. 235.402
Secundum Conſcientiam eſſe factum aliquid, ut probetur ſtandum erit iuramento facientis. 236.404.& 237.409.& ſeqq.
Conſilium malum conſultori peſsima res eſt. 160.240
Conſtitutio largo modo accepta, unde dicatur. 61.186
Conſtitutio edita per Papam cum conſilio, dicitur conſtitutio Papalis, non conſiliaris. 351.142
Conſtitutio ſicut non ligat ignorantes, ita nec ligat impeditos. 284.62
Conſtitutio regulariter non ligat ignorantes. 270.28
Conſtitutio nulla eſt tam generalis, quæ non reſtringatur. 271.32
Conſtitutio principis dicitur quaſi communis ſtatuitio. 48.147.& 52.162
Conſtitutio terminus, propriæ in Imperatoris conſtitutione uendicatur. 33.89
Conſtitutio uocabulum, quando debeat referri ad conſtitutionem principis, uel ad conſtitutionem inferiorum à

principe.in Rubr. 47.145
Conſtitutio non ligat ſcientes ſtatim quòd facta eſt,ſed requiritur promulgatio. 75. Nec ſtatim poſt promulgationem ligat,ſed requiritur elapſus duorum menſium. 288.76
Conſtitutio noua ita ſolet futuris formam imponere, ut præterita non commendet. 266.22
Conſtitutio epiſcopi contra ius canonicum non ualet:ſecus in conſuetudine. 32.87
Conſtitutio hominum à conſtituentium multitudine appellatur. 44.129
Conſtitutio perſonalis,quæ priuatam aliquam concernit perſonam,an ſit propriè conſtitutio in Rubr. 48.148
Conſtitutio eſt,quod rex, uel Imperator conſtituit, uel edidit. 35.99
Conſtitutionis uocabulum ſumitur etiã pro quodam hominis inſtituto,& naturali inclinatione,uel genio.in Rubr. 48.146
Conſtitutionis,uel Canonis appellatione an comprehendatur Statutum epiſcopi:& econtrà. 90.60
de Conſtitutione ſi ſimpliciter fiat mẽtio, nec apparet de qua conſtitutione intelligatur,in dubio intelligi debet de conſtitutione Imperatoris, uel regis,tãquàm digniori. 44.130
Conſtitutione abrogata utẽs incidit in crimẽ falſi.129.155
per Conſtitutiones perſonales fit diſtributio iuris in ſingulas perſonas:per locales uero in ſingula loca.119.131
de Conſtitutionibus Papæ dubitandum non eſt, ſicut nec de ſcriptura ueteris & noui teſtamenti. 101.73
Conſuetudo ciuilium ſumit uoluntarium: Statutum uerò coactum. 342.123





Conſuetudo,& Priuilegium ſeu Diſpenſatio æquiparantur. 301.33
Conſuetudo introducta in eccleſia ſciente & patiente Papa:etiam ſi aliâs non ualeret,ualet tamen ex hoc quòd Papa ſciens paſſus ſit eam introduci. 308.52
Conſuetudo ſine iuſta & rationabili cauſa introducta cõtra ius commune,non ualet. 309.54
Conſuetudo eccleſiæ,ut iuniores canonici tantundem percipiant quantum antiqui,ualet. 336.118
Conſuetudo,ut quis poſsit habere duo beneficia curata, non ualet. 302.36
Limitatur.302.37.& 304.41.
Conſuetudo obſeruanda eſt iudici in pœnis imponendis, ſi à iure non ſint determinatæ. 250.454
Conſuetudo,quòd ſcriptura priuata fidem faciat, ualet. Statutum autem non ualeret. 30.75
Conſuetudo,ut credatur perſonæ fidedignæ,ualet.30.76
Conſuetudo eccleſiæ, ut canonici, etiam non reſidentes, recipiãt fructus ſuorum beneficiorum,an ualeat. 293.5
Limitatur. 297.18
Conſuetudo generalis inoleuit,ut quis etiam ſine diſpenſatione poſsit obtinere duo beneficia ſimplicia,uel unũ non ſimplex cum alio ſimplici. 294.6
Conſuetudo quæ uult, ut antiquiores canonici præferantur,innititur æquitati. 342.124
Conſuetudo poteſt dare poteſtatem canonico diſponendi de fructibus prouenturis poſt mortem ſuam infrà annum. 295.13.& 297.16
Conſuetudo cùm in facto conſiſtat,certa eſt. 27.67
Conſuetudo populi an liget principem. 149.214
Conſuetudo laicorum an comprehendat Iudæos. 173.263



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Cõſuetudo quæ inducitur ex tacito cõſenſu ualet. 298.22
Conſuetudo laicorum, lucrum clericorum impediens, modò nihil ab eis auferat, ualet. 290.1
Conſuetudo an & quando excuſet à reſidentia. 295.9
Cõſuetudo ſeruatur per totum mundum ut canonici non teneantur reſidere. 294.7
Conſuetudo ſcripta nomen conſuetudinis retinet. 28.70
Conſuetudo ſemel ſublata, non poteſt iterum introduci. 30.77
Conſuetudinis appellatione uenit ius commune. 85.44
Conſuetudini contra ius canonicum an epiſcopus conſentire poßit. 299.24
Conſuetudo contra canones fortior eſt, quàm ſtatutum. 299.25.
Conſuetudo oneroſa eccleſiæ an ualeat. 26
Conſuetudines laicorum, quæ ſunt fauorabiles eccleſiæ, ualent, & tenent. 30.79
Cõſuetudines quomodo differant à Statutis. 79.72. et ſeqq.
Contra bonos mores eſſe aliquid, dicitur pluribus modis. 220.363
Contra legem, uel ſine lege facere paria ſunt. 106. 88. & 107. 93. Cuius contrarium habes. 106.99. & 106. 91. & ſeqq.
Contractus quales fieri poßint inter Iudæos, Saracenos, & Chriſtianos. 174.267
Contractus præſumitur eſſe factus in loco deſtinatæ ſolutionis. 176.271
Contractus factus inter priuatum, & eum qui nõ ligatur legibus, in ſuo territorio, habet uim legis. 36.104
Contradictores eccleſiaſtica cenſura compeſcas: hæc clauſula quomodo intelligenda. 282.56





Contrariorum eadem eſt diſciplina. 270.30
Conuentio inter principem & dominum alicuius terræ, ut in dicta terra ſeruetur ius: intelligitur de iure ciuili Romanorum. 45.136
Correctionem legum in dubio non debemus inducere nec interpretari. 134.171
Culpa inſipientem oſtendit, pœna uerò facit ſapientem. 13.31
in Culpa an eſſe dicatur, qui priuſquam fiat conſtitutio facit actum prohibitum per conſtitutionem. 260.1
Culpa carens, careat & pœna. 261.7
Cuſtodire pro obſeruare 102.78 Accipitur etiam quandoque pro defendere. 102.79

D

Damnum à periculo quomodo differat. 262.8
Damni appellatione an ueniat pœna 262.9
Damnum duobus modis capi poteſt. 263.10
Damni appellatione an ueniant expenſæ. 263.13
Et an ueniant fructus. 264.14
Damnatus ad mortem, ſi aufugiat, peccat. 208.341
Debitor extra iudicium interpellari debet, priuſquã trahatur in iudicium. 259.473
Decipere ſe inuicem nemini permittitur in foro conſcientiæ: Quare non licet cuiquam uendere rem pluris, nec emere minoris quàm ualeat. 195.313
Deciſio quid differat à Conſtitutione. 62.187
Declaratio quæ poteſt recipere uariationem in tempore, non poteſt ante tempus fieri. 249.453
Decretales quid. 84.41
De iure & de facto, clauſula. 238.416
Delegati plures quòd ſi committant cauſam uni, ille non

Univerſidad de Deusto Biblioteca



poterit ferre diuerſas ſententias. 349.136
Deliberandum diu, quod ſemel ſtatuendum. 22.57.& 134.172
Deorum proprium eſt, nullo egere: eorum uerò qui Dijs ſimiles ſunt, quàm minimo tantùm egere. 11.22
Derogatio generalis priuilegiorum, non cenſetur derogare priuilegijs clauſis in corpore iuris. 125.147
Diſcretioni tuæ, uerba quid ſignificant. 234.395
Deſertio appellationis, quæ ex forma ſtatuti ualidat proceſſum nullum, non operatur reſpectu tertij. 243.432
Deſtinato ad Chriſtianiſmum idem ius reddendum, quod Chriſtiano facto. 177.273
de Deſtinato ad actum idem iudicamus, quod de ipſo actu. 175.270
Deuians à iure canonico non poteſt eſſe niſi malum, ſaltē eo iure. 223.365
Deuotus & religioſus, olim in malam tantùm partem accipiebantur: hodie tantum in bonam. 36.109
Dictare uerbum, differt à uerbo, Scribere. 63.190
Eius ſignificatum. 64.195
Diffinitio conuerti debet cum ſuo diffinito. 50.151
Diffinitio omnis ex genere & differentijs conſtare debet. 41.124
Diffinitionis natura eſt, ſignificare ſubſtantiam rei diffinitæ. 39.118
Diffinitionem ſecundum communiter contingentia uerificari ſufficit. 50.150.&.152
ex Diffinitione colligitur propria ſignificatio alicuius uocabuli. 39.119
Diœceſis appellatione an comprehendatur ciuitas. 77.22
Diœceſis in genere prædicatur de ciuitate. 77.19

Diſpenſatio



Diſpēſatio eſt quædā cōis mēſuratio ad ſingula. 116.121
Diſpenſationes rerum nonnunquam cogunt à debito rigoris decedere, ut maius aliquid lucri faciant. 117.124
Diſpenſator quis. 116.122
Diſpenſandi poteſtas eſt fauorabilis. 72.4
Diſpoſitio quæ poteſt ſumi ut genus & ut ſpecies, in materia odioſa potius ſumitur ut ſpecies, quàm ut genus, ratione odij. 76.16
Diſpoſitio, quæ reducit nos ad ius antiquum an ualeat. 311.60
Diſpoſitio omnis ad terminos poteſtatis diſponētis reſtringitur. 146.207
Diſpoſitio minus continens difficilius trahetur ad diſpoſitionem plus continentem, quàm econtrà. 86.45
Diſtinctio legis inter forum conſcientiæ, & cōtentioſum ſeruanda eſt. 179.280
Diſtributiones duas in eadē eccleſia nullus percipere debet, etiam ſi habeat duo officia. 307.51
Diſtributiones quotidianas non percipit, qui non reſidet: etiam ſi priuilegiatus fuerit de percipiendis fructibus beneficij non reſidendo. 305.47
Diſtributiones quotidianas clerici non reſidentes percipere nō debent. 305.46. Ampliatur. 305.48.& ſeqq.
Do, Dico, Addico: uerba quid importent. 139.188
Doctor an poſſit legere per ſubſtitutum. 298.21
Doctor ſi cōſulit aliquid in una cauſa, ſi habeat caſum ſimilem, an teneatur illud ſequi in cauſa propria. 314.70
Doctores ad ſuorum ſcriptorum corroborationē allegare poſſunt doctrinas ſcribentiū, etiam reprobatas. 135.175
Doctoribus dantur ſalaria propter onus legendi. 301.31
Donationis appellatione comprehenditur donatio cauſa mortis

Universidad de Deusto Biblioteca



mortis. 79.26.& ſeqq.
Eius contrarium uide 79.28
Donationem cauſa mortis non eſſe donationis ſpeciem. 79.29.& .80.31
in Dote exigenda attenduntur ſtatuta quæ uigent in domicilio mariti: limitatur. 278.45
Dux Aurelianenſis in ſuo ducatu pro Imperatore habetur 35.101 Idem de duce Mediolanenſi, & alijs ducibus ac comitibus. 35.102

E

Eccleſia non diſpenſat à iuramento Iudæorum ſecundum eorum ritum præſtito. 173.26
Eccleſiam Dei ſola Biblia poſſe regi. 17.41
Eccleſia Romana quando componit de delicto, non intelligitur componere de pœnis & iuribus ſingularum perſonarum. 380.280
Eccleſia non opus habet multis mandatis: ſed paucis, in quibus tota lex & prophetæ pendent. 7.3
Eccleſia ſi patitur defectum in miniſtris, epiſcopus, etiam inuito capitulo, poteſt facere ſtatutum de reſidendo cōtra antiquam conſuetudinem eccleſiæ. 303.40
Edictum illius, qui habet poteſtatem legis condendæ, dicitur conſtitutio. 38.115
Edictum regium, appellari poteſt conſtitutio. 33.90
Edicta, & leges inferiorum à principe, largo modo appellantur Conſtitutiones. 37.110
Electio facta à maiori parte capituli, aliquibus contemptis, & non uocatis, an ualeat. 375.171
Epiſcopus quando uult condere ſtatuta, an teneatur requirere conſenſum ſubditorum. 327.101
Epiſcopus ſicut non poteſt ſtatuere contra ius, ita nec conſentire





ſentire ſtatuto contrario iuri communi. 299.23
Epiſcopus poteſt contra ius canonicum ſtatuere, ſi per illud ſtatutum reuertatur ad ius antiquum. 311.61
Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius: ſed bene præter ius. 106.90
Epiſcopus quando ſtatuit aliquid, licet adhibitus ſit conſenſus capituli, tamen ſtatutum attribuitur epiſcopo. 351.141
Etymologia nihil aliud eſt quàm reſolutio uerbi in proprium ſignificatum. 52.160
Exceptio debet eſſe de corpore regulæ, & de his quæ ſub regula continebantur. 73.7
Exceptio firmat regulam in non exceptuatis. 414.219
Expulſa una parte ciuitatis, an alia pars quæ remanſit, poßit facere ſtatuta contra partem expulſam. 320.88
Extraiudicialiter expediendum ſi quid committatur bono uiro, uidetur haberi reſpectus ad qualitatem ipſius actus expediendi: cùm autē ad modum ſeu formam procedendi. 243.433

F

Facias quod licet hæc uerba quid importent. 240.421
Facias iuſtitiam: uerba quid importent. 238.414
Faciens ſecundum conſcientiam, licet ſit contra legem ſcriptam, non tamen incidit in pœnas. 223.366
Falſum nemini nocens non eſt punibile. 134.169
Falſum commiſſum ſine dolo non eſt punibile. 134.170
Fieri quæ poſſunt per priuilegium aut diſpenſationem, etiam poſſunt fieri per præſcriptionem uel conſuetudinem. 301.32
Fieri nobis quæ nolumus, alijs facere nō debemus. 20.55
Filius à perſona patris cognomen accipit, etſi mater in liberorum

beroram procreatione certior eſſe dicatur. 27.68
Filij an iuſtè plectentur pro delicto patris. 276.41.
Finis legis, imponentis pœnam, eſt: ut reſpublica purgetur malis hominibus. 209.343
Fœminæ an ſint uocãdæ ad cõſiliũ uniuerſitatis. 425.233
Forma non ligat principem. 65.197
Forus triplex, Contentioſus, Conſcientiæ, & Quaſi animæ. 184.290
in Foro conſcientiæ quilibet eſt iudex. 190.305
Fori diuerſitas ex cauſa diuerſificat iudicium. 183.289
Forenſis, & ciuis nouellus, æquiparantur. 285.67
Fortitudine non eſſet opus, ſi omnes iuſti eſſemus. 9.10
Fructus beneficij ut quis percipere poßit, ſufficit ut reſideat in loco, etiam ſi non interſit diuinis. 309.55
Limitatur. 310.57
Fructus, mortuo prælato, futuris ſucceſſoribus in prælatura conſeruandi ſunt &c. 296.14
Furtum an contineatur appellatione damni. 263.12
Furtum à furuo dictum. 50.153

G

Gabella ſi ſit iuſtè impoſita, peccat qui eam fraudat. 185.293.
Gabellam illicitè & iniuſtè impoſitam fraudare licet in foro conſcientiæ. 192.309.& 198.320
Gabellam fraudare licitum eſt, ubi ceſſauerit cauſa propter quam eſt inſtituta. 188.301
Gelaſius papa Anaſtaſium Imperatorẽ Conſtantinopolitanum à fide deuiũ, ac pertinacem excõicauit. 142.199
Genus, quod in una tantum ſpecie uerificari poteſt, habetur pro ſpecie. 54.165
Genus nihil aliud eſt, quàm plures ſpecies ſimul collatæ. 77.21



77.21
Genus & ſpecies, quõ differant à Toto & parte. 71.20
Genus uerè & propriè cõprehendit omnes ſuas ſpecies. 78.25.& 80.32.& 82.38.& 83.40
Genus quoties ad ſuam aliquã ſpeciẽ reſtringitur, nõ amittitur generis nomẽ, ſed minus generale efficitur. 78.24
Genere remoto, quælibet eius ſpecies remota cenſetur. 81.34 Non autem econtrario, poſito genere, cenſentur poſitæ omnes eius ſpecies. 81.35
Geſta à maiori parte citra appellationem, & contradictionem, tenent. 369.163
Gloſſæ autoritas quanta. 108.96
Græci ſacerdotes non peccant ducendo uxores. 191.306
Gratianus nõ habuit poteſtatẽ legis cõdendæ. 40.120
Grauamen habens tractum ſucceßiuum, tamdiu poteſt appellari, quamdiu durat grauamen. 321.90

H

Hæres quemadmodum ſuccedit in ius defuncti: ita prælatus ſuccedit in uniuerſum ius eccleſiæ. 350.138
Hæreditas dicitur propriè delata, etiã ignoranti. 284.61
Hæreſum inuentores perſpicacia ac acumine ingenij plurimum ualebant. 221.358
Hieruſalem regnum pertinere ad eccleſiam, ideo regi Carolo per Papam concedi potuit. 142.198
Homo difficilis poſſeßio. 12.26
Homini ab homine multa contingunt mala. 12.27
Homo homini lupus. 12.23
Homo homini Deus, aut Dæmonium. 12.24
Homo quemadmodum perfectione accepta optimum eſt omnium animalium: ita ſi à lege ac iudicijs alienetur, peßimum. 12.25



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Hominem in menſe Martio creatum eſſe. 24.65 Alij uerò uolunt hominem Septembri menſe creatum, ibidē.

Hominem deorum eſſe imaginem, Diogenes cenſuit. 11.21

I

Ieiunia eccleſiæ non ſeruātes, nō omnes peccant. 189. 303

Ignorantia aliter probari non poteſt quàm per iuramentum. 287.73 Vbi uerò fuerit præſumptio cōtra allegantē ignorantiā, nō ſufficeret iuramentū. 287.74

Ignorantia quando excuſet aliquem à legis uel ſtatuti diſpoſitione: & quādo non. 278.43. & tribus folijs ſeqq.

Ignorantiam allegare nō permittitur cuiquam poſt duos menſes à tempore promulgationis. 284.63 Hoc fallit. 285.65

Immunitas ſeu exēptio data rebus intelligitur etiam conceſſa hominibus. 261 6

Imperare non licebat cuiquam apud Aegyptios ſine ſacerdotio. 142.200

Imperator ante coronationem dicitur rex Romanorum. 35.100

Imperator lex animata. 115.120

Imperator an ſubſit Papæ in temporalibus. 143.203

Imperator exiſtens Romæ an poſſit facere legem inter ſubditos. 199.324

Impetrans ius iniquum patitur retorquutionem, etiam ſi eo iure non utatur. 330.107

Incluſio unius eſt excluſio alterius. 114.38.114

Indefinita in materia probatoria non equipollet uniuerſali. 291.3

Inferior à principe, qui poteſt facere ius ciuile, poteſt etiā facere conſtitutionem. 36.105

Inferiores debent reuerentiam ſuperioribus. 337.120





Infidedes non ligantur canonibus. 166.251

Infidelium duo genera, Pagani uidelicet, & Iudæi. 166.252

Iniuſti iudices perſonarum ſunt acceptatores: non attendunt merita cauſarum, ſed merita perſonarū. &c. 257. 470.

Inſtitutus in teſtamento minus ſolenni, bona hæreditaria ſalua conſcientia retinere poteſt. 160.237

Inſtitutionum mutationes in republica periculoſæ. 22.58

in Inſtrumentis actuum factorum ab uniuerſitate, uel collegio, an inſeri debeant nomina ſingularum. 422.236

Interlocutoria principis an faciat ius generale quoad omnes. 127.151

Ioanna Anglicana ſpecie uiri ſummum pontificatum inuaſit, anno ſalutis DCCCLIII. 99.70

Iudæus non poteſt eſſe ciuis, ſed incola tantum. 173.262

Iudæus tranſiens ad ſectam Saracenorum, non eſt puniendus à Chriſtianis. 174.266

Iudæi aliquid in contemptum fidei committentes, à quo iudice debeant puniri. 174.266

Iudæi & Sarraceni, habitantes in terris Chriſtianorum, uti debent habitu, per quem à Chriſtianis diſcernantur: Et in die paßionis dominicæ non debent in publicum prodire. 172.259

Iudæi Chriſtianorum puerorū aliquem quotannis ſurripientes die Veneris ſancta clanculum loco ſubterraneo crucifigebant: tempore Ludouici iunioris regis Franciæ. 168.256

Iudæi è regno Franciæ pulſi. 166.255

Iudæi ſubſunt Papæ. 166.253

Iudæis quodnam ius ſeruandū ſit in eorū cauſis. 172.257

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudæis non licere fœnerari Chriſtianis. 173.260
Iudex non ex uno argumento, ſed ex multis iudicare debet. 256.468
Iudex aliquando mouetur per rationem quæ nihil ualet. 257.469.
Iudex iraſci non debet nec moueri affectu aliquo ad fauorem ſeu odium. 253.462.
Iudex corruptus, an grauius peccet, an pars ipſa corrumpens. 259.474
Iudex ſi dicat in ſententia, quia per A, & B, probatum eſt, licet teſtes dicant ſe nihil ſcire, tenet nihilominus ſententia. 251.460
Iudex debet habere duos ſales, uidelicet Sapientiæ, & Securæ conſcientiæ. 252.461
Iudex eligens, in caſu ualde dubio, eam opinionem, quæ ſibi ſecundum conſcientiam uidetur uerior, excuſatur apud Deum & homines: quamuis poſtea contrarium declaretur. 250.456
Iudex errans in ſubtilitatibus iuris non peccat mortaliter. 251.457
Iudex poteſt moueri ad iudicandum ex aliqua confeſsione coram ſe facta, non redacta in actis. 251.458
Iudex debet omnia tranquilla mente paragere. 256.466
Iudex dicitur ire per uiam ſilicatam, ubi facti ueritate cognita illam ad ius applicare uult non habens deciſionem in terminis. 256.467
Iudex non poteſt uti ſenſu ſuo, niſi in caſibus à iure permiſsis. 224.371
Iudex eccleſiaſticus quomodo pro ſuæ ſentētiæ executione implorare poſsit poteſtatem iudicis ſecularis: & ecōtrà. 140.191

Index



Iudex ſi tenetur ſequi conſilium, & conſulentium opiniones ſunt contrariæ & æquales, ut quia duo unam teneant opinionem, & duo alij aliam, poteſt iudex eam ſequi, quæ ſibi uidetur æquior. 387.288
Iudex an poſsit ſequi ſuam conſcientiam. 223.367
Iudicum uis non eſt regia illa maieſtas, ſed legum cuſtos, regisq́; miniſtra. 139.185
Iudicare habens ſecundum conſcientiam, ſequi debet conſcientiam publicani. 236.403
Iudicare habens ſecundum conſcientiam, an teneatur citare partem. 237.412
Iudicantes debent habere ueritatem præ oculis. 252.461
Iudicium hominis rectum, quatuor de cauſis peruerti poteſt. 227.381
Iudicium peruertentia ſunt quatuor. 253.463.
in Iudicio animæ cuilibet credendum. 236.405
Iudicia eccleſiaſtica ſunt regulanda ſecundum canones, non ſecundum leges. 103.80
Iudicio tuo, uerba quid importent. 233.393
Iuramentum præſtitum ad obſeruationem primi ſtatuti, non debet ligari cōtra autoritatem ſtatuti poſtea facti. 132.164.
Iuramentum Iudæorum an ualidet eorum contractus. 172.258.
Iurans non reuelare ſecreta conſilij, non ligatur, ſi reuelat conſilia illicita. 197.317
Ius quærendum facilius tollitur, quàm ius quæſitum. 343.125
Ius iniquum non dicitur quis ſtatuiſſe, niſi ius illud ſortitū fuerit effectum. 91.61
Ius dicēdi extra territoriū, impunè non paretur. 200.325

 Ius

Universidad de Deusto Biblioteca



Ius ſcriptum ubi non habemus,debemus æquitatem ſequi, quæ conſtat ex iuſtitia naturali. 248.449
Ius & lex natura,non poſitione conſtant. 10.17
Ius canonicum licet in terris eccleſiæ circa pacta nuda ob ſeruetur, tamen n terris Imperij ſeruabitur ius ciuile. 141.195
Ius canonicum in multis diſcrepat à iure ciuili. 141.196
Ius unum per aliud ſuppletur. 17.43
Ius non ſcriptum antiquius eſt iure ſcripto. 31.82
Ius utrunq;,tam canonicum quàm ciuile deriuatur à lege naturæ. 186.296
quodnam Ius ſeruandum ſit laicis in foro eccleſiaſtico liti gantibus:& econtra clericis in foro ſeculari. 103.82
Ius ſcriptum nobilius iuri non ſcripto. 26.66
Ius commune obſeruari dicitur,quando obſeruatur ſtatu tum. 46.138
Ius ſcriptum nobilius eſt iure non ſcripto. 28.72
Iuris diuini appellatione in lata ſignificatione, comprehenditur etiam ius canonicum:in ſtricta uerò,ſolùm ſana. 90.59
Iuris canonici duplex finis:unus fori contentioſi,alter fori conſcientiæ. 187.298
Iuris communis appellatione contineri etiam ſtatutum ciuitatis. 48.144
Iuris principium,& quibus modis ad legum hanc infinitā multitudinem peruentum ſit,ex Corn.Tacito. 14.35
Iuris appellatione uenire etiam ius priuatum, in Rubr. 48.145
Iuris ſcripti,et Conſuetudinū differentiæ.29.72. & ſeqq.
Iuris periti non ſolent allegare iura,cum ab eis petuntur conſilia per iudices cauſarum: ſecus ſi partes petant. 113.



113.113
de Iure ſi fiat mentio ſimpliciter, nec intelligatur de quo iure intelligi debeat:in dubio de iure ciuile Romanorū intelligendum eſt. 44.133.& 45.137
in Iure patronatus libertorum præualet quod fit à maiore parte patronorum. 356.149
Iura id negotijs præſtant, quod medicamenta exhibent morbis. 18.46
Iura eſſe parum eſt,niſi ſint & qui ea exequātur. 139.186
Iura,quæ permittunt contrahentibus ſe inuicem decipere,non habent locum in foro conſcientiæ. 193.310. Et quomodo intelligi debeant ea iura. 193.311. & 194.312 & 195.314. & 196.315.
Iuriſdictio ſine coërcione eluſoria eſt. 140.190
Iuriſdictionem eccleſia uacante habere quis poteſt ſine emolumento:emolumentum uerò ſine iuriſdictione minimè. 297.17
Iuſtinianus cùm aliquid ſtatuit de nouo,utitur longa præfatione,& uerbis claris,non obſcuris. 266.21
Iuſtinianum ius noſtrum nimis anguſtū reddidiſſe. 18.48
Iuſtum & Turpe non natura,ſed lege conſtare. 13.29
Iuſtis ratio uitæ ſuæ lex eſt. 9.12
Iuſtam ignorantiam probandi ſunt plures modi. 285.66. & ſeqq.
Iuniores ſi ſint maiores in ordine,erunt etiam in portione percipienda potiores. 336.119
Iuuenum non eſſe conqueri de legibus, ſed eas tanquàm à deo latas uenerari. 318.82

L

Legatus plurium mittentium non habet plures uoces,nec plura ſuffragia. 348.135

Universidad de Deusto
Biblioteca



Legatarij ſi ſimpliciter dicant, quòd uolunt ſtare uoluntati hæredis in detrahenda falcidia, quod importent ea uerba. 235.399

Lex an & quando per non uſum tollatur. 136.177

Lex uerè & propriè eſt Conſtitutio: et qui legem facere poteſt, poteſt & conſtitutionem. 93.117

Lex à legendo'ne, anà legando dicatur. 66.199

Lex oſtendit & arguit peccatum non autem eſt cauſa peccati. 19.52

Lex regia facta fuit tempore Veſpaſiani. 38.113

Lex non poſita eſt iuſtis. 9.13

Lex differt à Conſtitutione. 40.122

Lex, Bene à Zenone, habet locum in ciuitatibus, quæ præſcripſerunt merum & mixtum Imperium, & ſuperiorem non recognoſcunt. 34.98

Lex quantuncunq; dura, ferenda eſt. 318.81

Lex, uel Statutum etiam ſemel reuocatum, iterum ſuſcitari poteſt per nouum ſtatutum. 30.78

Lex non debet trahi ad præterita, ſed ad futura. 266.22. & 268.25. & ſeqq.

Lex puniens inobedientes, iuſta eſt, & rationabilis. 271.31.

Lex Oppia ad cohibendum muliebrem ornatum lata: magno Reip. incommodo abrogata. 273.38

Lex poſitiua imponens pœnam, in foro conſcientiæ non obligat. 207.339

Lex quantuncunque iuſta non obligat ante ſententiam. 210.344

Lex, uel conſtitutio facta per principem extra limites ſuæ poteſtatis, iniuſta eſt. 199.322

Lex principis ſecularis an liget clericos. 199.323





Lex quæ non tendit ad utilitatem communem, ſed ad priuatam condentis iniuſta eſt. 197.319

Lex quæ ex una cauſa aliquid diſponit, extenditur à paritate, uel maioritate rationis ad aliam. 182.287

Lex, uel Conſtitutio iniuſta non ligat in foro conſcientiæ. 191.306. & 196.316. & 201.329.

Lex quæ non eſt nutritiua peccati ſeruanda eſt, etiam in foro conſcientæ. 184.291

Lex ſiquid præſumat, licet urgens aliqua coniectura ſit in contrariũ: non peccamus tamẽ ſi cum legis præſumptione nos conformamus. 204.336

Si tamen ille pro quo lex præſumitur, eſſet certus de contrario, non debet ſe præſumptioni legis conformare, aliàs peccat. 205.337

Lex fundata ſuper præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ. 202.332

Lex non æquè diſtribuens onera ſubditis, iniuſta eſt. 200.326

Et econtra. 201.327. & ſeqq.

Lex iniuſta quamuis non liget in foro conſcientiæ, tamen ſi ſcandalum ex eius tranſgreßione oriretur, obſeruanda eſt. 201.329. & 202.330

Lex canonica maxime ligare debet in foro conſcientiæ per illam autoritatem Quodcunq; ligaueris &c. 183.288. & 186.295

Lex cùm loquitur conditionaliter, cenſetur requirere id quod eſt in conditione poſitum tanquàm grauem ſolennitatem. 228.70.208

Lex correcta in parte tantum, obſeruari debet in parte non correcta. 133.167

Lex poſitiua à lege æterna deriuatur. 185.294

Universidad de Deusto Biblioteca

Lex prædeceſſoris non ligat eius ſucceſſorem. 149.217
Lex ciuilis bona eſt ab effectu, quòd edatur propter bonũ publicum. Idem de lege canonica. 186.297
Lex poſitiua, ſiue ciuilis, ſiue canonica, an obliget in foro conſcientiæ. 179.279
Lex correcta obſeruari non debet, nec etiam reformationes in ea factæ. 133.165
Lex & ſi ſolùm in ſui præfatione ſit generalis, quàmuis poſtea per uerba ſpecialia loquatur, nihilominus tota generalis erit. 123.142.& ſeqq.
Lex continens priuilegium, etiam bonum commune reſpicere dicitur. 115.119
Lex generalis quæ dicatur. 122.140
Lex Perſonalis quæ. 124.144
Lex ſimpliciter facta comprehendit omnem caſum, quamuis in uno ſit maior ratio quàm in alio. 123.141
Lex debet eſſe omnibus communis, rebus competentem ordinem ponens. 114.116
Lex non poteſt omnibus eſſe utilis, ſed ſufficit ut ſit utilis maiori parti. 118.125
Lex allegata in iudicio tãgere debet caſum de quo agitur, aliàs allegatio non prodeſt. 110.105
Lex & Canon ſi ſibi non contradicãt, erit ſeruanda lex, etiam in foro eccleſiaſtico. 103.81
Lex quid, ſecundum Aulum Gellium. 114.118
Legi, & Naturæ homines ſeruiunt. 14.34
Legis ut ſtatuti diſpoſitio non ligat ignorantes. 278.43
de Legum multitudine non eſſe conquerendum. 14.51
Legis multipliciter intellectæ ueritas ignoratur. 187.300
Legi uarios habens intellectus contraueniens, excuſatur. 187.299





Leges ſicut præſunt magiſtratibus: ſic præſunt magiſtratus. 138.183
Legis natura eſt, ut generaliter ſtatuat, & in commune, de negotijs hominum. 114.115
Legem quærere, ubi naturaliter ſentimus, nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus. 109.100
Legem allegare non ſufficit, niſi decidat. 110.104
ad Legis eſſe, an requiratur ſcriptura. 66.200
Lege una ſublata, cenſentur ſublatæ omnes aliæ ſimiles. 89.55
Lege agere, uerba quid ſignificent. 139.187
in Lege eſſe, aliud eſt, quàm Eſſe ſub lege. 154.221
Legem non obſeruans, quæ dat conſilium perfectionis, nõ punitur. 136.178
Fallit, 136.180.& ſeq.
Leges multas exquiſitas, argumentum eſſe malè adminiſtratæ ciuitatis, inquit Iſocrates. 20.54
Leges ſcriptas qui primi propoſuerint. 32.83
Leges non factæ ſunt propter iuſtos. 9.11
Legum metu quod alij, id philoſophi iniuſsi faciunt. 10.14
Leges & Statuta derogant conſuetudinibus, non autem econtra. 31.81
Leges aliquot ridiculæ Plutarcho relatæ. 23.6
Leges nõ per homines conditas eſſe, ſed fortuna uarioſq; caſus incidentes omnes nobis tuliſſe leges, Plato affirmat. 19.53
Leges non dedignantur ſacros canones. 18.50
Leges correctæ etiam legi poſſunt, ad inſtructionem tantum, non ad exercitium. 135.174
Leges omnes omnibus ciuitatibus conuenire, falſum eſt. 23.60

Universidad de Deusto Biblioteca



Leges bonæ ex malis moribus ortæ. 13.32
Leges & Conſtitutiones eò conditæ ſunt, ut omnes caſus contingentes deciderent. 17.44
Leges an ſint ſuperfluæ, cùm lex euangelica ſufficiat. 7.1
Leges Iſocrates cancellos quoſdam hominum flagitijs circundatos appellat. 15.38
Leges hominum, non homines legum dominos eſſe oportet. 141.193
Leges & bonis & malis ſcriptas. 15.39
Leges duæ una poſt aliam emanantes, quarum prima ſpecialis, ſecunda generalis: ſecunda non uidetur corrigere primam. 133.168
Leges olim nullam uim habebant, quæ nō approbatæ eſſent à populo. 70.209
Legibus, & canonibus deficientibus, ſufficit allegare rationem naturalem. 108.97
Leges quæ non ſunt cōmuniter totius ciuitatis gratia poſitæ, non dicendæ ſunt leges. 114.117
Leges habere bonas, non id eſt ſi rectè ſint poſitæ, nec eis pareatur. Itaq; una recta legum inſtitutio putanda eſt, legibus parere: Altera ut hæ rectè ſint leges poſitæ. Ariſtot. 185.292
Leges condentes iniquas, & ipſi, & hæredes eorum tenentur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem damnorū, quæ ſubditi ex iјs legibus paßi ſunt. 197.318
Leges correctæ nō debēt inſeri in corpore iuris. 130.156
Legibus ijdem nō poſſe gubernari omnes prouincias: cùm unaquæq; prouincia proprio ſenſu abundet. 119.132
Legiſlator aliquando priuatum lædit, cauſa uniuerſalis boni. 117.123
Legiſlatori ſufficit dicere, Ita iure cautur. 111.110





Leuis ſolennitas quæ dicatur. 68.202
Liber nullus tam malus eſt, quin aliqua ex parte prodeſſe poßit. 258.471
Librorum multitudo an neceſſaria. 7.2
Liberè uocabulum, quid importet. 422.240.424
Liberum arbitrium licet datum ſit iudici, nihilominus adhibere debet cauſæ cognitionem. 244.452
Liberum arbitrium datum alicui in criminalibus: intelligitur ſolum datum in his, in quibus non eſt determinata pœna in conſtitutione ſuperioris. 248.447
Licentia, uocabulum, quid importet. 240.422
Litigare non poſſunt, qui charitatem obſeruant. 8.7
Lupi latratu canū, & paſtorū baculo arcendi ſunt. 13.30

M

Magiſtratus quid. 138.184
Maioritas ordinis, & dignitatis, magis attenditur, quàm prioritas temporis. 31.85
Maior pars non ſufficit, niſi etiam ſit ſanior. 391.192
Maior pars in iudicio faciendo ubi requiritur, nō tam attenditur numerus perſonarum, quàm qualitas: ditiores nanq; & optimi præferuntur. 392.293
Maiorem partem duntaxat in Papæ electione iura requirunt: nec ullam faciunt mentionem de ſaniore. 393.295
Huius contrarium. 300
Maior pars ſi propter delictum ſuum priuata eſſet poteſtate eligendi, aut gerendi alium quempiam actum: tūc poteſtas illa reſidet in minore parte. 401.201
Maior pars poteſt renuntiare honori introducto in fauorem collegij. 366.157
Maior pars eorum, qui aliquid habent commune ut ſinguli, ſi quid ſtatuat, nō ualet, niſi omnes cōſentiāt. 353.143

Fallit. 358.151.&.353.145.&.356.148
à Maiore parte factum ualet in his, quæ ad plures ut uniuerſos pertinent. 365.155
Limitatur, 366.158.&.369.164.&.372.166.& ſeqq.
Maritus, qui promiſit ſoluere dotem in omnem caſum iuris communis: an eo caſu quo mulier cum liberis decederet, reſtituere teneatur. 46.139
Metu legis quæ alij, id philoſophi ſponte faciunt. 8.8
Minor pars habens iuſtam contradicendi cauſam, non tenetur coram maiore parte probare cauſam: ſed adeundus erit ſuperior. 379.277
Minor pars ut impediat maiorem, non ſufficit ut alleget iuſtam cauſam, ſed oportet ut eam probet. 371.165
Minor & eccleſia æquiparantur. 355.146
Monachi tranſgredientes canones, qualiter puniantur. 75.
Motu proprio: hæc uerba quomodo intelligantur. 219. 354.& ſeq.
Mulier Iudæi an habeat tacitam hypothecam pro dote. 174.265
Mulierum cultus notatur. 172.37
Mulieres licet neceſſariò non ſint uocandæ, nec habeant uocem in ſtatutis, uel legibus condendis, poteſt tamen haberi earum conſilium. 426.235
Mulierem non poſſe eſſe procuratricem, eſt de apicibus iuris. 158.233
Mundus muliebris, quid. 274.39
Mutuum dicitur, quaſi de meo fiat tuum. 51.155.52.161

N

Natura cõmunis hominum eſt bene agere, & ratione moueri. 104.86





Natura ſuper nouas formas edere deproperat: multisq; utitur nouitatibus. 17.45
Negatiua plus negat, quàm affirmatiua affirmat. 214.348
Negotium alicui commiſſum, de quo non conſtat quid ſit agendum de iure: tale negotium commiſſum uidetur iuxta æquitatem. 249.450
Nihil nouari appellatione pendente: hic titulus non operatur reſpectu tertij. 243.431
Nomina quæ deſcendunt à uerbis, cuiuſmodi eſt Conſtitutio, tam actiuè, quàm paſſiuè ſignificant. 51.157

O

Obligatio naturalis licet non poſſit tolli, princeps tamen impedire poteſt ortum obligationis naturalis. 163.243
Obligationes ex maleficijs ſunt de iure naturali. 210.345
Occiſor occidatur, niſi habuerit pacem cum hærede occiſi. 358.152.&.359.153
Officium uno dũtaxat modo in omni actione noſtra perficitur: diſceditur autem ab eo pluribus modis. 11.19
Officia duo, ſiue ſecularia ſiue eccleſiaſtica, quando ſint compatibilia in perſona unius. 295.10
Omnia ſuo iudicio nullius conſilio adhibito faciẽs: aut deus quidam inter homines, aut potius temerarius iudicandus eſt. 160.239
Omnia licent, ſed non omnia expediunt. 107.95
Opinio, uocabulum, tam prauam quàm rectam ſignificat. 228.382
Opinio diſtinguens dubia in dubio ſequenda eſt. 415.220
Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito. 270.29
Ordinarius ex iuſta cauſa diſpenſare poteſt cum curatis, ut per ſubſtitutum deſeruiant: aut ſaltem concedere po



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



teſt licentiam non reſidendi. 301.34

P

Pactum, ut in ſucceſsionibus iura ſeruentur, intelligi debet de iure communi Romanorum. 45.134

Papa diſpenſare poteſt non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè. Quare ſi alicui concedit duas eccleſias curatas, tacitè de non reſidentia in altera diſpenſare uidetur. 302.35

Papa cùm ſine comparatione aliorum creatus ſit maior: ideo ſi peccat ſine ſpe ueniæ eſt condemnandus ut diabolus. 100.72

Papa non ſubijcitur legibus Imperatoris. 160.218

Papa & Imperator licet ſoluti ſint legibus, profitentur tamen ſe uelle uiuere legibus. 153.219

Papa hæreticus minor eſt quocunq; Chriſtiano. 100.71

Papa & Imperator legibus non reſtringuntur. 146.208 &.148.211

Papa à nemine iudicatur. 147.209

Papa an ligetur regulis cancellariæ. 148.212

Papa non poteſt tollere effectus iuramenti inductos à iure ciuili. 143.202

Papa poteſt ſe ſubmittere ſuo pœnitentiario 165.248

Papa ligatur proprio iuramento, nec poteſt ſeipſum abſoluere. 165.250

Papa & Imperator non ſunt ſupra ius diuinum. 164.244

Papa, uel princeps, non poſſunt condere legem ſine iuſta cauſa, ut liget in foro conſcientiæ. 192.308

Papæ ſubiectas eſſe omnes creaturas: imò etiam omnes reges. 142.197.& ſeq.&.143.201

Papam habere ſuperioritatem ad imperium. 144.204

Papa etiam in arduis nõ tenetur adhibere conſilium cardinalium, niſi de honeſtate. 58.177 Idem in princi

pe ſec



pe ſeculari quo ad conſilium procerum. 59.178

Papa an ſine cardinaliũ cõſilio legẽ cõdere poſsit. 57.173

Parochiani ſi præſentauerunt unũ iure ſingulari, non poterunt præſentare alium nomine collegij. 348.134

Pater habens filium & filiam, ſi eos inſtituat in eo quod eis de iure contingit: intelligitur inſtituiſſe æqualiter ſecundum ius Romanorum. 45.135

Permiſſa cenſentur omnia, quæ à lege non reperiũtur eſſe prohibita. 107.94

Philoſophos hoc eximium habere Ariſtippus ait, quòd ſi omnes leges interire contingeret: ipſos æquabiliter eſſe uicturos. 7.4

Philippus rex Franciæ Iudæos è regno eiecit. 167.254

Placet uerbum, importat arbitrium boni uiri. 231.287.& ſeqq.

Et ad quod tempus referatur. 232.390

Plebs à Populo differt ſicut genus à ſpecie. 77.23

Plenitudo poteſtatis. 156.226

Plenum arbitrium: & Plena poteſtas, hæc uerba quid ſignificent. 240.423

Plura ſunt negotia, quàm uocabula. 18.47

Plures conſentire in unum eſt difficile. 389.290

Pluribus deputatis ad præſidendum in concilio generali loco papæ: non ualet quod fit à maiori parte eorum, oportet enim ut omnes conſentiant. 356.147

Pœna eſt lucrum ex parte petentis. 263.11

Pœna ante ſententiam non eſt debita, etiam in foro contentioſo. 209.342

Pœna ante ſententiam non eſt uerè debita. 362.154

Pœnam interdicti impoſitam pro delicto uniuerſitatis, incurrũt etiã abſentes, & illi qui cõtradixerũt. 396.298

Pœnæ

Universidad de Deusto Biblioteca



Pœnæ propter corruptam naturam introductæ. 15.37
Pluris quod eſt, utique tanti eſt. 225.374
Pœnam non meretur, quod non ſit mala fide. 225.372
Pœnam non ſoluens ſi non peccat: nec ille peccat qui eam exigit. 207.340
Poëtis non debent intendere ſacerdotes, quamuis permiſſum ſit poëtas allegare. 334.115
Poëtis et Oratoribus quãdoq; magis creditur, quàm Gloſſis & Doctoribus. 335.116
Pono me in manus ueſtras. hæc uerba quid importent. 241.426
Poſitioni iuris ſcripti non eſſe reſpondendum. 32.86
Poteſtas principis duplex eſt, Ordinata uidelicet, & Abſoluta. 156.225
de Poteſtate Papæ, quinam autores ſcripſerint. 92.66.& 93.67.&.95.68.&.97.69
Poteſtas, & Anciani ſi habeant expedire aliquem actum, Poteſtas habet dimidiam partem iuriſdictionis, & Anciani aliam dimidiam. 378.174
Non tamen poterit Poteſtas cum uno Ancianorum expedire actum, ſed requiritur maior pars corũ. 378.175
Præcepta per modum ſtatuti facta, non eodem modo obligant omnes. 188.302
Præcepta omnia legis, una charitatis obſeruatione tenentur. 8.6
Præſcribi prohibita, ſi ex ſcientia, & tolerantia principis præſcribantur, ualet præſcriptio. 308.53
Præſcribi quanto tempore poſſit contra legem per contrarium uſum. 136.176
Pragmatica quid. 84.41
Princeps ſi à iure communi recedendo aliquem lædat, etiã propter



propter maius bonum: tenetur nihilominus illi reſarcire damnum: ſicuti ſi ex cauſa alicui rem ſuam auferat. 118.126
Princeps eſt lex animata in terris. 122.135
Princeps an ſeruare teneatur legem quam ipſe tulit. 154.220
Princeps non ligatur uinculo legis. 216.149.216
Princeps non tenetur iudicare ſecundum allegata & probata, ſed ſecundum conſcientiam. 158.230
Princeps omnes actus ſuos regulari uult iuſtitia poli, & iuſtitia fori. 156.227
Princeps ſi quid reſcribat contra ius, præſumitur circumuentus. 157.228
Princeps non timore pœnæ, ſed iuſtitiæ Zelo æquitatem colere debet. 154.222
Princeps qui patrijs legibus ſe primum ſubiecerit, is uerè eſt princeps, ut Bias dixit. 155.223
Princeps non eſt ſolutus lege naturali. 163.242
Princeps licet iudicare debeat ſecundum conſcientiam, uti tamen debet conſilio peritorum. 160.238
Princeps an ſine conſilio procerum poſſit condere legem. 57.173
Princeps licet ſolutus ſit legibus, familia tamen eius obſeruare debet leges. 164.245
Princeps poteſt compromittere de lite quam cum ſubditis habet: ac etiã ſe inferiori à ſe ſubmittere poteſt. 165.247
Princeps inauditum iudicare non poteſt. 164.146
Princeps non eſt ſolutus lege contractus. 165.249
Priua uocabant ueteres, quæ nos ſingula dicimus, ut priui lapides, ſilicesq́; priua uerbena, priua utenſilia, priue res, mulieres. 118.128

Universidad de Deusto
Biblioteca



Priuilegium etiam dici poteſt communis ſtatuitio. 49.149
Priuilegium legis, bene à Zenone. an competat regi Franciæ. 34.97
Priuilegium largo modo dici poteſt Ius cōmune. 122.136
Priuilegium potentius eſt quàm Pactum. 122.137
Priuilegia perſonalia ab omnibus ſeruari debere. 122.139
Priuilegia licet priuatam aliquorum utilitatem reſpiciāt, ab omnibus tamen obſeruari debent. 121.133
Id autem uocant Priuilegium perſonale.
Priuilegium, & Ius commune non differunt reſpectu potentiæ ligandi, cùm quicquid princeps facit eſt lex. 122.134
Priuilegia ſunt leges perſonales, ſeu ſpeciales. 118.128
Hæ etiam Diſpenſationes appellari poſſunt. 118.129
Priuilegijs in corpore iuris inſertis, nunquàm cenſetur derogatum: etiam ſi dicatur, Non obſtantibus priuilegijs quibuſcunq;. 48.87.48
Prius ſemper dignius in eſſe. 32.84
Probationibus deficientibus poteſt quis in occulto ſibi ſatisfacere. 203.334
Procedere habens ut bonus uir, debet procedere ut faceret in cauſa propria. 329.106
Procurator plurium patronorum non poteſt præſentare unum nomine unius patroni, & alium nomine alterius. 348.133
Promittentes duo ſi eiuſdem ſint peritiæ, tunc poſſunt cōſtitui duo rei promittendi operas. 300.28
Promulgatio an ſit de ſubſtantia, & eſſe, legis. 69.206. & ſeqq.
Prouerbia poſſunt allegari in iure. 335.116
Publicè quod fit, quilibet ſcire præſumitur. 284.64





Publicatis rebus alicuius, cenſentur etiam publicati ſerui, & uaſalli illius. 261.5
Pulchra nomina etiam ſi magno uenderentur pretio, deberet pater ea emere, ut imponat bonum nomen filio. 426.234
Puniri quando, & quibus caſibus poßit unus pro delicto alterius. 272.34. ubi habes XII. caſus, in quibus unus pro alio punitur.
Puniri unum pro alio, eſt contra ius ciuile, naturale, & diuinum. 271.33
Puniendus ex facto alterius mitius punitur, & fortiores requiruntur probationes. 277.42

Q

Qualitas, quæ poteſt interuenire poſt actum, non eſt de ſubſtantia actus. 68.203
Quicunq; effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. 139.189
Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure utatur. 329.105
Quod capita tot ſenſus. 226.378. & 235.401
Quotiens dictio, quid ſignificet. 264.15

R

Ratio dicitur cordis facies. 109.102
Ratio eſt quidā animi motus, uiſum mentis acuens, ueráq; à falſis diſcernens. 109.101
Ratio legis eſt uirtus & anima legis. 124.145
Ratio potentius addit, quàm uerba. 125.146
Ratio quando eſt expreſſa in lege, licitum eſt ex illa arguere. 267.27
Ratio expreſſa in lege præſumitur finalis. 344.127
Ratio naturalis per inobedientiam primi parentis extenuata

Universidad de Deusto
Biblioteca



nuata & obſcurata eſt. 11.20
Ratio naturalis habetur pro lege. 109.98.& ſeqq.
Rationem naturalem contra textum allegantibus quomodo reſpondendum. 109.103
Rationes duæ ubi tendunt ad duo contraria, illa quæ fortior eſt magis attenditur. 28.69
Recedendum non eſſe ab antiqua practica. 134.173
Recenſere uerbum, non exigit ſcripturam. 63.191
Recitare uerbum non importat ſcripturam. 63.192
Præſupponit tamen ſcripturam. 63.193
Et quid ſignificet. 63.194
Rector eccleſiæ ſi ſeruiat per ſubſtitutum æquè idoneum, non grauat eccleſiam. 300.27
Redditus unius eccleſiæ ſi non ſint ſufficientes, poteſt fieri unio duarum eccleſiarum. 313.65
Regiſtrum, & Regiſtrare, quid ſignificent. 260.2
Regulæ cancellariæ an ligent Cardinales. 148.213
Religionem ingreſſa, etiam intra annum profeßionis conueniri debet coram Iudice eccleſiaſtico. 177.274
Religioſi, qui abſoluunt excommunicatos à canone, ſunt excommunicati. 73.6
Religioſi an teneantur obſeruare legem conſilij. 136.179.& ſeqq.
Renuntians omni iuris auxilio, renuntiaſſe uidetur etiam auxilio ſtatuti. 47.142
Renuntians inſtrumento, non uidetur renuntiare contentis in eo. 131.160
Res, dictio, accipitur pro perſona. 260.3
Res cenſetur eſſe in ea qualitate, ad quam eſt deſtinata. 176.272
Rempublicam nullam abſq; legibus geri poſſe. 21.56





Reſidere uerbum, quot modis accipiatur. 309.56
Reſidentia qualis requiratur in beneficijs. 294.8
Rex ſi neglecta ſubditorum utilitate proprium commodũ quærat, tyrannus fit. 199.321
Rex in regno ſuo tantam habet poteſtatem, quantam Imperator in ſuo imperio. 33.91
Et maiorem. 33.92
Rex Franciæ eſt ſuper omnes reges, tanquàm ſtella matutina in medio nebulæ. 33.94.& ſeqq.
Regem animatam eſſe legem. 155.224
Rex Franciæ regnum ad ſuos hæredes, tranſmittit, quod Imperator non poteſt. 33.93
Rex Angliæ quando loquitur de iure, intelligitur de iure anglicano. 46.140
Reges hoc ſolo priuantur, quòd non ſit qui illis uerum dicat. 161.241
Reges Hiſpaniæ & Portugalliæ habent iura Imperij. 34.96
Rubrica plerunq; generalior eſt nigro. 37.111
Et ecõtra, Nigrũ plerũq; eſt generalius Rubr. 37.112

S

Sacerdos de licentia pœnitentis poteſt reuelare confeßionem. 236.407
Sacerdos deponens de emendatione alicuius criminoſi per confeßionem ſacramentalẽ, ſtatur illius dicto. 237.408
Sacerdos non poteſt imponere parochiano ſuo pœnitentiam eundi per mundum cum baculo cubitali: hoc enim eſſet uagare. 305.44
Sacerdote dicẽte ſe abſoluiſſe aliquem ab excommunicatione, adeoq; eum ſepeliuiſſe in loco ſacro, ſtatur illius iuramento. 236.406

Universidad de Deusto Biblioteca



Sancimus, Statuimus, Decernimus, uerba quid ſignificent. 266.20
Sanior pars in uniuerſitate, aut collegio, quomodo poßit cognoſci. 392.294
Sapientes iuxta uirtutis normam, non ſecundum leges conſtitutas uiuunt. 10.15
Sapientis autoritas ubi citatur in lege aliqua, intelligitur de Catone. 332.109
Scandali euitandi cauſa, de iure ſuo quis concedere debet. 202.331
Scholaris nō poteſt inducere ganeas in hoſpitiū. 353.144
Scriptura an ſit de eſſentia legis, uel conſtitutionis. 62.188. & ſeqq.
Scriptura eſt, quæ legi poteſt. 66.198
Secundum propriam ingenij uirtutem: hæc uerba quomodo intelligenda. 220.357
Segnius expediunt commißa negotia plures. 389.291
Senatus unde dictus. 229.386
Seniores à ſenſu ſapientes dicuntur. 228.385
Sententia diffinitiua fortior eſt quàm ſtatutum. 323.94
Sētētia parte nō citata ſicut nō ualet, ita nec ualere debet particularis diſpoſitio ſtatuti alicui præiudicās. 327.100
Sententia ſtatuti tranſit in rem iudicatam. 324.96
Sententia principis licet ſpecialiter inter certas feratur partes, facit tamen ius inter omnes. 127.149
Sententia iudicis fortior eſt, quàm ſtatuti. 55.166
Sententia iudicis non dicetur nulla tanquam ex non probatis lata, ſi ſe retulerit ad inſtrumentum, de quo ſæpe in iudicio fuit facta mentio, licet productum non fuerit. 251.459
Sentire uerbum tam in bonam quàm in malam accipitur partem





partem. 228.384
Sēſus dictio cùm ad animū refertur, quid ſignificet. 104.85
Senſus omnis, qui non regulatur ſecundum canones, dicitur malus ſenſus, ſaltem de iure canonico. 222.360
Senſus uocabulum, non modo ad corpus ſed etiam ad mentem ſpectat. 226.379
Senſus iudicis, ſequendo propriam conſcientiam, bonus eſt (in caſibus quibus iudici permittitur ſequi propriam conſcientiam) etiam ſi deuiet à iure cōmuni. 223.369 & 224.370
Senſu ſuo ne quis ducatur: quō ſit intelligendū. 248.446
Senſum appellabat Zeno, quicquid eſſet ſenſu comprehenſum ab homine. 105.87
Senſus propriè dicitur qui ſentit, Senſa uerò quæ ſentiuntur. 227.380
Seruus plurium ſi uelit effici clericus, ſufficit conſenſus unius dominorum. 381.284
Signaturam papæ habens, eſt tutus in foro conſcientiæ. 203.333
Si tibi uidebitur, uerba, an æquipolleant his uerbis, iudicio tuo. 239.418. & ſeq.
Solennitas inducta à lege, non ligat ipſum principem qui legem dedit, nec eius ſucceſſorem. 59.180
Sola facti ueritate inſpecta: hæc uerba quomodo intelligenda. 238.415
Solutio fieri debet eadem menſura & moneta, quæ tempore contractus erant in uſu. 268.24
Species ineſt generi, largo modo: non tamen propriè & ſtrictè. 82.36. & ſeq.
Specie poſita, neceſſariò ponitur & genus. 81.33
Statutum epiſcopi an liget ipſum epiſcopū: & an ſtatuentes

tes ligentur ſuis ſtatutis. 315.71.& ſeq.
Statutum dicitur iniquum, ſi ſtatuentes nolint obſeruare, quod de alijs ſtatuunt. 314.69
Statutum capituli contra conſuetudinem de non reſidēdo, ualet: modò ſit rationabile. 311.59
Statutum minoris partis an ualeat. 397.199
Statutum ſi dicat, uxore mortua in matrimonio ſine filijs uir lucretur certam partem dotis: habet locum etiam in dotibus ante tale ſtatutum conſtitutis. 341.122
Statutum factum in præiudicium ſingularis perſonæ eſt ipſo iure nullum. 326.99
Statutum quandiu durat, ſtatuentes pati debent retorquutionem. 331.108
Statutum dicitur, quaſi ſtatum publicum tuens. 86.46
Statutum permittens licentiam non reſidendi, ualet. 295. 11.& ſeqq.
Limitatur. 297.18.& 302.38.& ſeqq. & 304.41.& 35.46.
Statutum ſi re & nomine ſit generale, ab eo appellari nō poteſt. 169. Et quidſi ſit nimis generale. 56.170
Statutum quandoq; diſponit de iure perſonæ, quandoq; de iure formæ uel ſolennitatis, quandoq; de iure ordinis ſiue iudiciorum, quandoq; de iure executionis. 128.154
Statutum tripliciter diſponit de iure perſonæ. 129.155
Statutum ſeruare, ſiquis iurauerit, quod ſi poſtea abrogetur, non tenetur illud ſeruare. 130.158
Statutū & Cōtenta in Statuto, quomodo differāt. 131.159
Idem de Inſtrumento, & contentis in inſtrumento. ibi.
Statutum tollens exceptiones contra inſtrumentum, intelligitur reſpectu contrahentium, non autem comprehendit tertium. 242.428





Statutum loquens de pœna dantis damnum, non comprehendit damnum datum ab animali irrationali. 260.4
Statutum diſponens quòd copia iudiciorum detur reo ſi illam petierit, quomodo intelligendum. 279.46
Statutum, quòd filij mercatorum teneātur ſoluere debita patris, an ualeat. 276.40
Statutum prohibens alienationem bonorum immobilium uxoris non dotalium, debet intelligi de bonis quæſitis, & non de quærendis. 267.23
à Statuto in odium particularis perſonæ facto quamuis non fuerit appellatum infra decem dies, poterit nihilominus per uiam querelæ peti reuocatio. 322.91
Limitatur. 322.92.& ſeq.
Statutum plus operatur in determinando numero canonicorum, quàm conſuetudo. 32.88
Statutum factum in odium delinquentis, ualet. 57.171
Statutum cuiuslibet ciuitatis propriè appellatur ius ciuile. 44.132
Statutum factum in odium alicuius de collegio, eo contradicente, ſtatutum eſt nullum. 56.168
Statutum fieri poteſt contra delinquentem, etiam poſt cōmiſſum delictum. 57.172
Statuti appellatione an contineatur ius commune. 84.43 & 88.50.& ſeq.& 90.57
Statuta inferiorum an ligent ſtatuentes. 149.215
Statuta epiſcopi in dubio præſumūtur eſſe iuſta, & rationabilia, niſi de contrario appareat. 326.98
Statuta facientes cōtra libertates eccleſiæ, incidunt in pœnas, c. nouerit de ſent. excom. & Authen. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccle. 130.157
Statuta gratia frequentioris uſus facta, locum habent etiā

in caſu minus frequenti. 126.148
Statuta humana ſecundum temporum uarietatem mutari, non eſſe reprehenſibile. 23.59
Statutorum ac Conſuetudinum differētiæ. 29.72. & ſeqq.
Statuimus, uerbum, eſt noui iuris inductiuum. 265.19
Statuentes ſi iurauerint ſeruare ſtatutum, contraueniendo illi collegialiter, non incidunt in periurium. 131.161
Stylus & conſuetudo Romanæ curiæ ſic ſe habent, ut Papa nihil arduum agat ſine cœtu cardinalium. 60.183
Stylus nō poteſt plus inducere, quàm conſuetudo. 60.184
Stylus ſacri palatij facit ius. 60.181
Stylus principis idem operatur quod conſuetudo. 60.182
Succedere dicitur alicui, qui in locū illius ponitur. 314.68
Suo ſenſu, uerba quomodo interpretentur. 219.353. & 222.359. & 225.375.
Suo ſenſu: hæc uerba, important arbitrium nō regulatum legibus. 103.83 Contrarium, 104.87
Supplicationis uia, & uia Querelæ, an differant. 223.95

T

Tacens cùm de ſuo agitur præiudicio, præſumitur conſentire. 320.86
Tantùm dictio non excludit caſus ſimiles. 39.116
Teſtis ſi dicat, quòd homines talis caſtri fecerūt actum aliquem, non probatur illum actum fuiſſe factū per omnes homines illius caſtri. 292.4
Teſtis deponens quòd Titius agnouerit Bertham uiolenter, non probat quòd illam uiolentiam Titius intulerit. 52.159
ex Teſtamento minus ſolenni, ac ſolennitatum ratione imperfecto, an oriatur obligatio. 159.236
Teſtis officium. 220.356

Traianus



Traianus Imperator nunquam ex ſcripto, ſed tantum uerbo, libellis & diplomatibus reſpondebat: ne pernitioſum inde exemplum & quaſi ſeminarium mali oriretur. 119.130
Tranſgreſſor conſuetudinis punitur ſicut tranſgreſſor legis. 346.129
Tunc, dictio extremitatem temporis denotat. 69.204
Tuo ſenſu, uerba quid importent. 226.376. & ſeq.
Turpitudinem ſuam allegare quis poteſt in foro conſcientiæ, ſecus in foro contentioſo. 179.281
Tyrannus quis dicatur, & quis Iuſtus princeps. 36.107
Tyranni olim & boni, & mali, dicebantur principes. 36.108

V

Verbum quod poteſt capi in genere & in ſpecie, in dubio ſumitur in ſpecie non in genere. 76.17
Verba hæc, Sit extra protectionem iuris communis, & ſtatutorum: quid importent. 88.53
Verba prolata ad executionem, non alterant uim primariæ diſpoſitionis, ſed confirmant potius illam in ſuo intellectu. 128.152
Verba importantia arbitrium, referuntur ad arbitrium legibus regulatum. 103.84
Verba inueſtituræ, quòd Vaſallus poſſit facere de feudo quicquid uoluerit. 235.397
Verba per quæ quis ſe ſubmittit gratiæ ac miſericordiæ alicuius, important arbitrium boni uiri. 241.425
Verba illa Placet, & Videtur, ſi ſimul iungantur, important liberum arbitrium: quamuis per ſe poſita important arbitrium boni uiri. 243.434. & ſeq.
Verba ad unum finem tendentia ſi geminentur, plus operantur

rantur

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

rantur, quàm ſi de per ſe perſerantur. 244.436
Verba in diffinitione non ſolent ſignificare impropriè. 41.125.
Verba importantia liberam uoluntatem non operantur effectum ſuum quoad tertium: ſed ſolum inter eos de quibus diſpoſitio loquitur. 242.427
Verba quæ poſſunt accipi in præterito & futuro, quomodo ſint intelligenda. 268.25.& ſeq.
Verba, Beneplacito, & Voluntate, quid importent. 245.438
Verbo, liberum arbitrium denotante ſi iungatur uerbum arbitrium boni uiri denotans: ea uerba ſimul iuncta arbitrium boni uiri importabunt. 244.437
Verbalia nomina, actum ſui nerbi ſignificant. 228.383
Verbalia nomina ſignificare debent actum ſui uerbi. 43 128
Vergilij autoritas non ſemper facit legem. 333.113
Veritatem habens pro ſe cõtra præſumptionem iuris, tutus eſt in foro conſcientiæ. 204.335.&.206.338
Verò, dictio, inducit repetitionem qualitatum præcedentium. 264.18
Verò, uocabulum, ſine copula poſitum aduerſatur præcedentibus in iure & in facto: ſi autem cum copula ponatur, aduerſatur in facto ſolum, & non in iure. 264.17
Veteres antequam ſcirent literas, cantabant leges, ne obliuioni darentur. 71.210
Videbitur uerbum, importat arbitrium boni uiri. 238 417.&.240.420
Virtutis opera homini naturaliter inſita eſſe, Stoici affirmant. 10.16
Virtutũ elemẽta duo: Spes honorũ, & Pœnæ metus. 13.33

Vna



Vna & eadem res nõ debet diuerſo iure cenſeri. 349.137
Vniuerſitas an poßit obligare ſingulos ad molendum bladum in molendino domini. 380.282
Vocabula rerum non conueniunt, niſi rebus perfectis. 91.64
Voces duas habens (hoc eſt cui commiſſa eſt uox alterius) non poteſt dare uocem uni, & aliam alteri. 348.131.& ſeq.
Volo, uerbum quid importet. 235.398
Voluntas quid. 235.400
Voluntati alicuius ſi quid committatur, quomodo debeat intelligi. 234.396
Vtile eccleſiæ utilitate rei, neceſſarium eſt Prælato neceſſitate officij. 368.161

Z

Zaleuci legiſlatoris in obſeruandis legibus ſeueritas. 157.228

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca